56


6
20-d
77

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
20 G
14

Ex Bibliotheca
[M]ajori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google



Krapich del. *Bar: Kilian Sculp.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII MILLIEI, LUGDUNENSIS, E SOCIETATE JESU,

MOYSES VIATOR:

SEU,

IMAGO MILITANTIS ECCLESIÆ MOSAICIS PERE-GRINANTIS SYNAGOGÆ TYPIS ADUMBRATA.

PARS ITINERIS POSTERIOR.

Cum Gratia, & Privilegio Sacræ Caſ. Majeſtatis,
Et facultate Superiorum.

Bibl. Sec
Coll. Rom
Soc. Jesu



DILINGÆ,

Typis & Sumptibus JOANN. CASPARI BENCARD,
Bibliopolæ Academici.
Per FRIDERICUM SEVERINUM GROCH.

Anno M. DC. LXXX.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
PRINCIPI,
DOMINO, DOMINO

FRANCISCO LUDOVICO

COMITI PALATINO
RHENI, BAVARIÆ, JULIÆ,
CLIVIÆ, AC MONTIUM

DUCI,

VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ,
RAVENSPURGI, ET MOERSIÆ

COMITI

BIBLIOTECA
ROMA
VITTORIO EMAN

Domino in Ravenſtein, &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO

Felicitatem.

VIVAT IN ANNOS
DIE S. ANNÆ, MAGNÆ DEI AVIÆ NATUS,
SÆCULI FELICIORIS PHOSPHORUS:
MUNDI SUI DECUS:
CLARUM PATRIÆ IUBAR:
ECCLESIÆ GERMANICÆ LUMEN, OCCASU CARENS:
VIRTUTIS AC HONORIS
EXIMIUM OMNINO DELICIUM!

Liceat

Digitized by Google

LIceat ita mihi præfari, fauſtas inter acclamationes, quas feliciſſimo complexus anagrammate, tituli s Tuis non pridem adſcripſit, Eximius *Franciſcorum*, Tuique inprimis Celſiſſimi Nominis Cultor & Encomiaſtes, Scriptor Moravus, SERENISSIME PRINCEPS FRANCISCE LUDOVICE. Liceat inquam mihi, alienas interim ab ingenioſo Auctore, minimè invito, pennas mutuari, quibus alteram libri mei frontem exornem. Nempe uti ſuum olim peregrinanti Synagogæ, ſub nubis lucidæ, flammantíſque ſpecie, Ducem Angelum præire juſſit rerum omnium Moderator DEUS, ita Moſi meo, è Gallia ſua, in noſtram Germaniam peregrinaturo, & in ejus typo, militanti Eccleſiæ, ſuus cuique jungendus erat defenſor, Tutórque Genius. Ac favit quidem ſors bona, ut ſeniori Synagogæ, cum Duce ſuo Amramide, majorem natu è geminis Sereniſſimis Palatinis fratribus, deligerem anteſignanum, quem etiam, niſi mea me fallit opinio, benignè habui annuentem; Nunc Juniorem alteram, magíſque verecundam, Tuas juſſi modeſtè fores ſubire, SERENISSIME PRINCEPS FRANCISCE LUDOVICE, quas ſciebam huic Hoſpiti, ſanctiſſimo JESU Nomine inſignitæ, non minùs, ac fraternas alteras, fore gratioſas. Quò enim potiùs, quàm ad geminos fratres, ſorores geminæ diverterent, quos uti pares ſanguine, ita moribus & ingenio nihil diſpares eſſe, minimè poterant ignorare? Hæreat igitur tantiſper, peragratâ ſpoliatáque Ægypto, tranſmiſſo Erythræo, & parte ſolitudinis feliciter decurſâ, jam prope feſſus de itinere, ad Sinaitici montis radices, ſui nempe Patroni ſub umbra tutus, Moyſes noſter, dum peregrinam alteram, in novas quidem viarum difficultates ac ſalebras emitto, pede tamen illæſo ambulaturam, nec aberra-

aberraturam ab optatæ Chananitidis beatiſſimo termino, ſi ſuus illi Angelus, in nube lucida, in Sereniſſimi vultûs ſui ſplendoribus, Palatinus Princeps, monſtret ſignétque iter. Neque eſt, quod audaciæ meæ indigneris, SERENISSIME PRINCEPS FRANCISCE LUDOVICE, quaſi inconſulta fingendi temeritate, vel impudente adulandi libidine, hanc in Te nomenclationem comminiſcerer; non ſynceriùs olim Scapham dixêre Scapham veraciſſimi Teutones noſtri, quàm ego Te Angelum appellem, qui non formæ tantum gratiâ, cujus fragile & breve bonum eſt, ſed animi maximè cultu, ac morum amabilitate, ita omnium rapuiſti jam pridem oculos & affectus, ut Angelum Te credant, mortali carne, velut transparente pellucentéque nebula veſtitum. In hac Tu nube ac nebula, quâ Sereniſſimi vultûs Tui imaginem ſculptoris etiam graphium induit, ita præi peregrinanti periclitantique Eccleſiæ, ut inter hæc ferrei ſæculi funeſta tempora, *Te felicioris ævi Phoſphorum*, inter corrupti Orbis deformes abortus, *Te Mundi ſui Decus*, inter Cimmerias Memphiticáſque tenebras, *Te clariſſimum patriæ Jubar*, inter graſſantes hæreſum noctuas, *Te lumen ſuum occaſu carens*, inter denique avia & invia, ac circumvenientium undique hoſtium inſidias & perſecutiones, Te ſecum habeat ſentiátque *Virtutis ac honoris Eximium omninò Delicium.*

Et quid dubitem, an impleturus ſis has de Te conceptas ſpes, hæc divinantium Vatum magnifica Oracula, quando jam nunc, in primo ætatis flore, vireſcens ſurculus ſtirpis Palatinæ, fructus edis excultæ virtutis, jam propè maturos? Non ego hîc laudum Tuarum texam panegyres; erit fortè, ut quemadmodum alieni nunc operis primam frontem, Sereniſſimi Nominis

Digitized by Google

Tui & vultûs ſplendore illuſtras, ita rerum à Te geſtarum hiſtoria, vaſti voluminis utramque olim paginam impleat, ubi reperti fuerint, quorum ex ingenio laudes profluant Æacidæ Palatini, ſuppares nempe Maronio Vati Encomiaſtæ. Felices tunc Officinæ, quorum ſub prælis ſudabunt hæc virtutum monumenta, ad ſeram poſteritatem famam Tui & gloriam porrectura. Mihi illud tantùm nunc liceat, in operis mei, quod offero, commendationem liberè edicere, dignum in his paginis contineri argumentum, cujus patrocinio Tua Serenissime Princeps Francisce Ludovice, pietas & virtus velificetur; Parthenias enim iſtic, id eſt Tui ſimiles, Muſas reperies, quibuſcum liceat, quantùm libet, tuto deliciari, illis nempe caſtiſſimis delicijs, quarum liquidiſſimo torrente, poſt caducarum generoſa repudia voluptatum, plenæ DEO animæ irrorantur. His namque tota religioſi hujus Vatis exundat Hippocrene, his & Tu, Princeps Serenissime, ita à teneris aſſuêſti, ut imbuto tam delicata promulſide Principali palato, vix alij deinceps arridere poſſe latices videantur. Idque futurum, ſperare nos jubent illi primæ ætatis Tuæ caſtiſſimi amores, quibus ita in DEUM divináq; omnia exardeſcebas, præſertim cùm Sacris Myſteriis adſtares, ut toto vultu accenſus, & velut parvus quidam Moſes, inhabitante Numine irradiatus, non admiratione ſolùm Tui, ſed eodem etiam igne Spectatores inflammares. An credam igitur, jucundius Tibi fore aliquid, quàm legere iſtic familiares hominis mortalis cum immortali DEO congreſſus, amicáque colloquia, & amoris ecſtaſes, ubi admiſſus in Secreta divinorum animus, Cœleſtíque ebrius dulcedine, remoto Sipario, futura prænoſcere, occulta rimari queat? Quos amori ſtimulos addet explicata his

in pa-

Digitized by Google

In paginis paterna DEI providentia, qua aberrantibus Ductorem dedit Angelum, ambigentibus Directorem Moſem, ſacrificaturis Pontificem Aaronem, famelicis Cœleſtem mannæ cibum, ſitientibus dulces aquas, & vivos è ſcopulis fontes; arſuris æſtu Solis, nubis opacæ umbraculum, nuditate laboraturis, veſtium inviolatam durationem, deſtitutis ope medica, corporum firmitatem, domo carentibus, incorrupta pellium Tentoria, vagis in medio exilio, Patriæ quandam ſpeciem, nihil habentibus denique, ſemetipſum impendit Munificum Numen, hoc eſt omnia. Quid? ubi ſtratas legeris prodigiis vias, inclinata montium cacumina, devicta Gigantum monſtra, hoſtium cæſas phalanges, miſſos ſub jugum Reges, pérque cadaverum cumulos, aditus in Chananitidem apertos? Et tamen his tantis, támque prodigè effuſis, in mortalium ingratiſſimos beneficiis, non potuiſſe compeſci queritantium murmura, & obſtinatorum duritiem emolliri, quàm juſtam ſuggeret iraſcendi materiem? Quo deinde Zelo exardeſcet in crimina virtus Tua, cùm in Idololatrarum ſupplicia, mitiſſimi Ducis manſuetudo, & Levitarum pietas armabitur? cùm ſceleſto rubens cruore ferrum vibrabit heros Phinees, læſæ pudicitiæ, & contempti Numinis ultor egregius? Jam ſpectare velut oculis, ad extrema deductum DEI ſervum, multarum Ducem Myriadum, magnum Iſraëlis Principem, Mempheos Domitorem & Thaumaturgum Moſem, poſt exactam unius Sæculi, & plurium annorum laborioſam ætatem, meritis gravem, in placidiſſimum beatæ mortis ſoporem reſolvi, *jubente DEO*, funeris curatoribus Angelis, illacrymante omni populo, quos animi ſenſus, quæ de ſideria in ſupernam illam feliciſſimámque Chananitidem, quàm liquidæ plena voluptatis gaudia

 ciebit?

Tui & vultûs ſplendore illuſtras, ita rerum à Te geſtarum hiſtoria, vaſti voluminis utramque olim paginam impleat, ubi reperti fuerint, quorum ex ingenio laudes profluant Æacidæ Palatini, ſuppares nempe Maronio Vati Encomiaſtæ. Felices tunc Officinæ, quorum ſub prælis ſudabunt hæc virtutum monumenta, ad ſeram poſteritatem famam Tui & gloriam porrectura. Mihi illud tantùm nunc liceat, in operis mei, quod offero, commendationem liberè edicere, dignum in his paginis contineri argumentum, cujus patrocinio Tua Serenissime Princeps Francisce Ludovice, pietas & virtus velificetur; Parthenias enim iſtic, id eſt Tui ſimiles, Muſas reperies, quibuſcum liceat, quantùm libet, tuto deliciari, illis nempe caſtiſſimis delicijs, quarum liquidiſſimo torrente, poſt caducarum generoſa repudia voluptatum, plenæ DEO animæ irrorantur. His namque tota religioſi hujus Vatis exundat Hippocrene, his & Tu, Princeps Serenissime, ita à teneris aſſuêſti, ut imbuto tam delicata promulſide Principali palato, vix alij deinceps arridere poſſe latices videantur. Idque futurum, ſperare nos jubent illi primæ ætatis Tuæ caſtiſſimi amores, quibus ita in DEUM divináq; omnia exardeſcebas, præſertim cùm Sacris Myſteriis adſtares, ut toto vultu accenſus, & velut parvus quidam Moſes, inhabitante Numine irradiatus, non admiratione ſolùm Tui, ſed eodem etiam igne Spectatores inflammares. An credam igitur, jucundius Tibi fore aliquid, quàm legere iſtic familiares hominis mortalis cum immortali DEO congreſſus, amicáque colloquia, & amoris ecſtaſes, ubi admiſſus in Secreta divinorum animus, Cœleſtique ebrius dulcedine, remoto Sipario, futura prænoſcere, occulta rimari queat? Quos amori ſtimulos addet explicata his in pa-

In paginis paterna DEI providentia, qua aberrantibus Ductorem dedit Angelum, ambigentibus Directorem Moſem, ſacrificaturis Pontificem Aaronem, famelicis Cœleſtem mannæ cibum, ſitientibus dulces aquas, & vivos è ſcopulis fontes; arſuris æſtu Solis, nubis opacæ umbraculum, nuditate laboraturis, veſtium inviolatam durationem, deſtitutis ope medica, corporum firmitatem, domo carentibus, incorrupta pellium Tentoria, vagis in medio exilio, Patriæ quandam ſpeciem, nihil habentibus denique, ſemetipſum impendit Munificum Numen, hoc eſt omnia. Quid? ubi ſtratas legeris prodigiis vias, inclinata montium cacumina; devicta Gigantum monſtra, hoſtium cæſas phalanges, miſſos ſub jugum Reges, pérque cadaverum cumulos, aditus in Chananitidem apertos? Et tamen his tantis, támque prodigè effuſis, in mortalium ingratiſſimos beneficiis, non potuiſſe compeſci queritantium murmura, & obſtinatorum duritiem emolliri, quàm juſtam ſuggeret iraſcendi materiem? Quo deinde Zelo exardeſcet in crimina virtus Tua, cùm in Idololatrarum ſupplicia, mitiſſimi Ducis manſuetudo, & Levitarum pietas armabitur? cùm ſceleſto rubens cruore ferrum vibrabit heros Phinees, læſæ pudicitiæ, & contempti Numinis ultor egregius? Jam ſpectare velut oculis, ad extrema deductum DEI ſervum, multarum Ducem Myriadum, magnum Iſraëlis Principem, Mempheos Domitorem & Thaumaturgum Moſem, poſt exactam unius Sæculi, & plurium annorum laborioſam ætatem, meritis gravem, in placidiſſimum beatæ mortis ſoporem reſolvi, *jubente DEO*, funeris curatoribus Angelis, illacrymante omni populo, quos animi ſenſus, quæ deſideria in ſupernam illam feliciſſimámque Chananitidem, quàm liquidæ plena voluptatis gaudia ciebit?

ciebit? Nihil præ his valeant Feſcennini laſcivientium joci, & prætextata meretricantium Poëtarum lenocinia, propinata ſcilicet, poculo aureo, incuriæ Juventuti toxica; neque valebunt, ori, prout Tuum eſt SERENISSIME PRINCEPS, non his Epicurearum belluatum ſiliquis ac ſordibus, ſed baſilicis puriſſimarum mentium cupediis aſſueto. His ita Tu fruere largiter, ut Moſis in Te ſpiritus fiat duplex, quo peregrinanti Eccleſiæ adeſſe aliquando queas, novus in Judiciis Moſes, in Sacrificiis Aaron, potentiâ utrobique Rector, Tutórque Angelus. Hæc vota mea ſunt, hæc bonorum omnium deſideria. Quæ ut eventu ſuo non careant, Cœlum favoribus ſuis providebit, Tu evinces virtutibus, ego exorabo precibus, qui aliàs ad omnia obſequia, maneo

SERENITATIS TUÆ

Dabam Dilingæ, ex Officina mea Typographica, ipſo B. Virginis ab Angelo ſalutatæ Feſto die. Anno à nato DEO-Homine. M. DC. LXXX.

Servus humillimus devotiſſimúſq;

Joannes Caſparus Bencard,
Bibliopola Academicus.

Digitized by Google

SUMMA LIBRORUM XV. COMPLE-ctentium, quod reliquum eſt viæ ad finem Deuteronomij, & Moyſis obitum.

XIV. ACEDIA, *Guláque Viatoribus inſidiantes memorabili exemplo coercitæ. Synedrion diſpertito Moſis ſpiritu conſtitutum.* 5

XV. *In Mariæ Leprâ, invidiâque in Sephoram, & Moyſem, rejectæ ad tempus Synagogæ typicum ſpeculum. Exploratores XII. è Cadesbarne, ad inſpiciendam Chananitidem miſſi, Paradiſum veſtigant.* 35

XVI. *Hæreditas Dei repudiata à querulis per calumniam Exploratorum. queruli, & infideles exhæredati; pluribus ſtatim ab Amorrhæo cæſis.* 66

XVII. *Coræ, & ſociorum Ambitio detruſa ad inferos cum Schiſmate. Virgæ florentis prodigio Pontificatus Aaroni confirmatus.* 95

XVIII. *Mariæ pretioſa mors. Moſis, & Aaronis lapſus ad Aquas Contradictionis. Aaronis glorioſa Euthanaſia. De rege Aradiorum victo Hormatrophæum, Anathema.* 126

XIX. *Serpens æneus typica Theriace, Chriſtus Crucifixus antitypum Peccati, & Mortis Alexipharmacum.* 160

XX. *Chriſtus Cruce exaltatus, & maledicto deformatus in Serpentem, cujus livore ſanati ſumus.* 185

XXI. *Strata*

XXI. *Strata prodigio Iſraelitis via, inclinatis in aditu Chananitidos montibus, & Arnonis ad ripas ſcopulis. victus acie, cæſuſque Sehon rex Heſebonis.* 217

XXII. *Heſebone captâ, Ogo Baſanos rege profligato, cæſoque, Balacus Moabitarum rex cum Madianitarum Satrapis Balaamum Ariolum advôcant.* 247

XXIII. *Deſtinatæ Balaamo magicæ Diræ, in fauſtas precationes, & vaticinia divinitùs mutatæ. ſed peſſimum tamen ab eo conſilium de fœminarum pro patriæ ſalute lenocinio, Balaco datum, Deo permittente.* 276

XXIV. *Luxuries per meretricia Beelphegoris myſteria Viatoribus inſidiata, Venereâ lue, à Deo, ferroque Phineæ ſacerdotis coercetur. dant pœnas Madianitæ gentis excidio, & Balaamus meritâ morte.* 305

XXV. *Complexione Deuteronomij inculcata, & commendata Lex. tum inaugurato ad Imperium Ioſue, diris in fœdifragos imprecationibus ſancita. Vale dicit populo Moyſes ſupremùm benè comprecatus.* 338

XXVI. *Moſi in Phaſgâ morituro monſtratur Chananitis, & Tribuum XII. ſortes quæ promiſſa SS. Patribus Hæreditas.* 371

XXVII. *Moyſis ſervi Dei beata mors in conſpectu cœleſtis Jeruſalem, & in Oſculo Domini ſpectatis antè per Apocalypſin extremis Eccleſiæ, & Synagogæ temporibus.* 404

XXVIII. *Sepultus à Deo Moyſes perhonorificè, Angelorum miniſterio; fruſtrà altercante Diabolo de illius corpore, & ſepeliendâ olim cum Moyſe Synagogâ.* 432

ANTONII

ANTONII MILLIEI LUGDUNENSIS, E SOCIETATE JESU,

MOYSES VIATOR.

Libri I. Argumentum, & Synopſis.

DEUS fœderis ſui memor, duriſſimam populi ſui ab Ægyptiis oppreſſi ſervitutem miſeratur: egregia virtute præmunitum, & cœleſti viſo ad ardentem in monte rubum inauguratum, mirificáque authoratum virga Moyſem in Ægyptum mittit Oratorem libertatis, aut vindicem. Exhibetur hoc libro miſerrima Iſraëlitarum ſervitus, & in Moyſis legatione ſpes libertatis, Exodi 1. 2. 3. & 4. capitibus, ſequenti Synopſeos ordine, & marginalibus paginarum numeris.

1. Propoſitio, & argumentum totius Operis, cum allegoriæ ſcopo, ex 1. ad Corint. 10. 11. *Omnia in figura contingebant illis.*

2. Limbus Patrum, qui ſinus Abrahæ, Luc. 16. cujus ante veſtibulum Purgatorius ignis, & Cherubim cum gladio verſatili flammeo, Geneſ. 3. 14. ut interpretatur S. Ambroſ.

3. Abrahæ ex Elyſio pro ſuorum liberatione ſupplex oratio. Eorum miſerandam ſervitutem cognorat viſo ſibi oblato in ſomnis, Geneſ. 15. 9. Act. 7. 6. ante annos 400. quod interpretatur de nepotum ſervitute in fornacibus Ægyptiis.

4. Eadem vota & preces Patrum ad aram, quæ in Elyſio fingitur ad litanda precum ſacra, qualis in cœlo Apocal. 8. 3. & cap. 5. 8.

5. Infantum marium animæ, qui ex edicto Pharaonis Amenophis Nilo merſi, ſub Ara Elyſia idem

orant, quod illæ SS. Martyrum in cœlo ſub altari, Apocal. 6. 9.

6. Obſtetricum animæ, quæ pepercerant infantibus Hebræis illuſo Rege, beatæ in Elyſio ædificatis à Deo domibus, Exod. 1. 15.

7. Deus è ſolio Majeſtatis, cui circumfuſi beatorum Angelorum ordines, vota precantum accipit. Beatitudo Angelorum è viſione clara Dei, Dan. 7. 10. Apocal. 5. 11.

8. Dei conſilium de liberandis tandem Iſraëlitis diu ſatis exercitis in Ægypto, probatíſque.

9. Angelorum alacritas, ut ſcintillarum in arundineto micantium ad Dei nutus, & ſumendas de impiis pœnas Sanctos opprimentibus. Sap. 3. 7. Pſalm. 149. 7. Apocal. 7.

10. Dei cunctabunda ſemper in pœnas juſtitia miniſtrorum celeres impetus moderatur, oblata priùs Ægyptiis per Moyſem pace, quem Legatum ad Pharaonem deſtinat, collaudata viri virtute & fide.

11. Archangelus Michaël, ut veriſimile, ad Moyſem in Horebi verticem mittitur, qui nomen, perſonámque Dei gerens, flammante rubo Vatem informet, atque inauguret ad legationem.

12. Veriſimilius eſt, ante incarnatum Dei Verbum per interpretes Angelos ſemper loquutum Patribus Deum, ad Heb. 1. cum Virgine Matre & Eccleſia Sponſa primùm egiſſe per ſe ipſum in perſona mediatoris Chriſti. Non Synagogæ, ſed Eccleſiæ prærogativa fuit oſculum oris, Cant. 1.

13. Deus in rubo ardente apparens corporandi Verbi typum exhibet, Exod. 3. 2.

14. Moſis trepidatio, & fiducia, viſo prodigio rubi.

15. Vocatus à Deo, & de religione loci monitus nudat pedes.

16. Legatus ad Pharaonem ex Numinis præſentia felicem legationis exitum jubetur ſperare.

17. Excuſat, & cauſatur Vates ſeminimè idoneu tanto muneri.

1. 6. T

Digitized by Google

18. Timorem Deus eripit, & ineffabili Nomine indicato, fidei Ægyptiis, & Hebræis faciendæ teſſeram tradit.

19. Mutatur in ſerpentem virga mirabilium effectrix: manus in ſinum conjecta lepra inficitur, & purgatur.

20. Omnipotentia Dei in miraculis, & naturæ ſtato curſu eadem facillimè peragit omnia; ſed natura eſt in ordinario rerum, & cauſarum curſu, & lege.

21. Tergiverſatus Moſes obtendit infantiam; rogátque, ut mittatur ille potiùs Meſſias, aliquando tandem mittendus, & tamdiu jam expetitus mundo.

22. Confirmatur promiſſo fraternæ facundiæ ſubſidio. Aaronem legationis ſocium, & diſertum interpretem paulò pòſt obviam Moſi venturũ ſpondet Deus.

23. Obſequitur tandem Moſes, & meditabundus in via expendit propheticè rubi ardentis myſterium.

24. Fingitur Sephora cum duobus puſionibus filiis occurrere viro è paſcuis redeunti, & improviſo ſuæ ſolitudinis nuncio perculſa linqui animo.

25. Jethro Raguel Sacerdos, & Madianitarũ Princeps, Moſis ſocer, cognito Dei juſſu commeatum dat genero, fauſta precatus omnia; Sephoræ excuſat lacrymas, eámque cum liberis volens dimittit viæ comitem viro, aut ſarcinam. Exod. 4. 18. Moſis longa & cœlebs Philoſophia ante Sephoræ nuptias, quam probabilius eſt non duxiſſe ante annum ætatis 75. aut 76. cùm infantuli adhuc ſint duo filij ex ea ſuſcepti, Gerſan & Eliezer, in ipſo diſceſſu Moſis anno ætatis 80. & ambo cum matre Sephora aſello impoſiti, & Eliezer nondum circumciſione luſtratus.

26. Sephora viri amore, & pietate in patrem anceps virum ſequitur, ut poſteà Penelope in ſimili charitatum conflictu Vlyſſem ſequuta eſt.

27. Moſes in Ægyptum revertens itineris moleſtias ſublevat commemorandis Abrahæ migrationibus, Gen. 11. & 12. ejuſdem, Iſmaëlis, & vernarum circumciſione. Gen. 17. 23. & ad Mambræam quercum hoſpitiis, Gen. 18.

28. Sephora, quæ molliore in prolem affectu diſferebat crudum circumciſionis miniſterium Eliezeri, exhorreſcit ad illius fœderis mentionem. Probabilius eſt, Moyſem, ne uxori diſpliceret, luſtricum illum ritum infantulo diſtuliſſe.

29. Inde irato Deo, immiſſus Angelus, qui in diverſorio patri mortem interminetur, atque adeò inferat, niſi Sephora ipſa properata filij circumciſione, petrini cultri acie perniciem à marito avertat. Cruentatis filij ſanguine manibus complexa viri pedes teſtatur ſibi ſanguine illo coëmptum, redempta eo pretio periclitantis viri vita, Exod. 4. 24.

30. Remittitur ad patrem Sephora cum liberis: Moſes expeditus illo faſce, feſtinat in Ægyptum.

31. Aaron in ſolitudine fratri occurrit: mutuò ſalutant, & Rameſſem rectà petunt.

32. Spei cœleſtis effictio, quæ divinitùs objecta, myſticóque cultu, & comitatu adſiſtentium virtutum adjuta, contráque pugnantium vitiorum, & monſtrorum inſidiante invidia, Moſem & Aaronem nebula occultatos & protectos in Ægyptum comitatur, ut Hebræos in ergaſtulis pædore obſitos erigat fiducia divini auxilij & promiſſæ libertatis.

33. Miſeranda facies Ægyptiæ ſervitutis Moſem movet.

34. Ergaſtula Iſraëlitarũ, & opera indigniſſima ſub cuſtodia, & exactorum crudeliſſimis verberibus.

35. Fornacum, & lateritij luti præcipuus labor ad Rameſſem, & Phitona urbes ædificandas, aut muniendas.

36. Sævitia exactorum qualis in damnatos ad triremes.

37. Commiſeratio Moſis ad calamitatis ſpectaculum.

38. Moſis iras & zelum ſpes moderatur, ne erumpant.

39. Vates ſolatur miſeros ſpe proximæ libertatis.

40. Populi Principes ſegregat, ut in ſecreto loco doceat, quorſum, & cujus miſſu advenerit.

LIBER

Digitized by Google

LIBER PRIMUS.

SERVITUS POPULI ET MISSIO MOSIS LIBERATORIS.

PRODIGIIS *domitam Memphim, Regiſque ſuperbi* I. Argumentum Operis.
Duritiem obtritam plagis, & vindice Virga
Iſacidûm caſtra è Phariis aſſerta caminis
Aggredior: mihi Sina virens Parnaſſide ſylva
Ecce vocat Phœbum, & decima Tritonide Muſas
Ad currum, Thenſámque Dei, quem millia vectant
Alipedum complexa rotas, axémque ſonantem
Fulminibus: fumant montes, tactique procellæ
Tabeſcunt ſcopuli: horriſono clangore tubarum
Semineces cecidêre Tribus: duraque trementes
Cuſtodem Legis male fidum hausêre Timorem.
Hæc indicta mihi divinitùs eſt via; ſerò,
Poſtquàm ſanguis hebes ſenio, & florentior ætas
Triſtibus exhauſta eſt ſtudiis, deſuetáque Pindo
Ingenium haud molli iam reſpuit orbita clivo.
Numinis in ſtimulos ſcelus eſt illidere calces.
Quare age, pande viam nebulæ in penetralia Vates
Corniger, & poſito radiatæ frontis amictu
Fatidicum prætende iubar: myſteria mecum
Ingredere, accenſis ut quondam oſtende columnis,
Quæ peſtes iter obſideant Iordanis ad undas;
Quæve Pharanæo monſtra occurrentia tractu
Degeneres frangant animos ambage viarum,
Pactiſque avertant externata agmina campis.
Carminis hic mihi limes erit, dum Moſis in umbra
Agnoſcit peregrina ſuas Eccleſia ſortes:
Vique viam rumpens, ſedes ubi Fata beatas
Promittunt, iter Empyreas affectat in arces.

Hîc demum lacte undantes & nectare campi,
Ad Heb. 11. 10. *Et meliùs fundata Sion in vertice mundi.*
Heu reſides! ah! ne qua retrò faſtidia vertant!
Plena quater denis illuc via tenditur annis.
Nec numerate annos, quos vita breviſſima carpit;
Hoc ſpatium, hæc meta eſt, ea claudet linea curſus:
Strenuus in medio labor, & conſtantia ſudant.

2. Sinus Abrahæ. *Eſt ſinus Oceani in gremio, & tellure ſub alta,*
Hortorum nemora ingenti cuneata receſſu,
Perpetuo rupes dorſo inſuperabilis ambit,
Effuſúmque ſoli ſpatium longè ardua cingens
Suſpendit templa Elyſii placidiſſima cœli.
Purgatorium. *Exterior vallo Phlegeton, & februa ſtagna*
Allambunt ſcopulos flammis, quas ſulfure vivo,
Et pice farta palus ſcatebris flagrantibus efflat.
At ſuper in ſpeculis ſimulacra immania, triſtes
Excubiæ, flammam & ferrum illatabile verſant,
Queis ſontes arcent animas, Erebeáque monſtra,
Explorántque pios iuſto purgamine Manes.
Sanctorum hîc felix ſtatio, atque Atlantides olim
Inſulæ, Edeneos Nereus poſtquàm obruit hortos,
Felicéſque hauſit ſterili ſalſugine glebas.
Hos auguſta Patrum ſeries, hos caſta nepotum
Poſteritas ſortita locos, quibus omne per ignem
Excoxit vitium, & vivis fornacibus ardens
Obryzo ſimiles ſpectavit ab æthere virtus,
Expoliitque manu, & Divûm transmiſit habendos
Theſauris. Fidei princeps & ſanguinis author
Legitimi, refovétque ſinu, mulcétque beatam
Progeniem Abrâmus genitor. Dura ille ſuorum
Servitia, & Phario ſortem miſeratus iniquam
Sub cophino, dudum votis templa alta fatigat
3. Abrahæ preces. *Ætheris, & trans Elyſium ſuſpiria mittit*
Immites fractura polos. Placidiſſime iuſti
Arbiter, atque adeò ſcelerum lentiſſime vindex,
Aſpicis hæc? neque te ulla, Pater, miſeratio tangit
Gentis ad oppreſſæ queſtus? quanquam ebria noſtro
Sanguine, clamorem tellus ad ſidera tollit.
Sodo- *At te olim ſcelerum clamor, quem inceſta vorago*

Aſphal-

Digitized by Google

Aſphaltis Superûm caſtas mittebat ad aures, ma. Gen. 18. 20.
Elicuit cœlo, ac propiùs ſpectare coëgit
Cunctantem in pœnas, Veneriſque exempla nefanda,
Ne temerè in ſontes ferrum diſtringeret ira,
Perpluerétque ſacris obſcœnas ignibus urbes:
Nunc quaſi ſint oblita tibi tua viſcera, ſurdas
Avertiſti aures miſeris; neque te ulla tuorum
Supplicia Iſacidûm flectunt, quos impia Memphis
Coctilibus ſubigit penſis, ſaváque cataſta
Attritos verſare lutum, limoſáque circum
Sudantes ſcuticis opera inſultantibus urget,
Et paleas præbere focis, & ſolvere penſa.
Illi infelices animas cum pulvere miſcent
Exhauſtas opere indigno, vitámque peroſi
Ludibria, atque ignominiam cum luce relinquunt.
O pietas! ô ſancta fides! ea fœdera pacis? Gen. 22. 13.
Hæ populi latè hæredis, Pater optime, ſortes?
Huc Patrum cecidêre preces? huc vinctus ad aram Iſaac, typus Chriſti.
Iſacus, & genitor natura horrente Sacerdos
Intentus gnati iugulo, niſi vepribus hærens
Cœpta inſtauráſſet ſacra ſuccidaneus agnus?
Quòd niſi te cineres noſtri, Iſaciaq; favilla,
Tot niſi ſacra movent, moveat te myſticus ille
Eximio candore Aries, quem Moria geſtat
Vittatum ſpinis, araq; ad cornua fixum;
Omnibus una ſacris quæ victima cæſa litandis, Heb. 10. 14.
Aſpice adorantem in flammis; ſic deinde benignus
Reſpice nos, quibus ille ſuo hoc patefecit Aſylum
Sanguine, purpureóque dedit de vellere veſtes.
Non petimus Phario exitium crudele tyranno,
Quod meruit; nec quas tellus Ægyptia diras
Occinimus: ſatis eſt miſeris ſubducere longo
Colla attrita iugo: quatuor poſt ſæcula tandem
Libertas ſperata ſatis: quid deinde moraris
Affirmare fidem, factiſque abſolvere ſortes?
Secta mihi in iuſſas memini cur hoſtia partes, Viſum Abrahæ.
Et poſitum puro fruſtatim in ceſpite ſacrum Gen. 15. 9.
Carnivoras traheret volucres, quas fronde virenti
Perdius arcebam, donec denſiſſimus umbris

Ingrueret cum nocte ſopor; ſacer horror ab alto
Inſinuans imis vibraverat oſſa medullis,
Cùm ſinuata facem diſcurreret horrida lampas,
Fruſtáque diſpoſiti pervaderet omnia ſacri,
Depaſcens volucrúmque artus, ſegmentáque carpens
Quadrupedum. Agnoſco clibanũ, flammãque vorantẽ,
Harpyiarum ungues video: mea viſcera ſævus
Diſcerpit Pharao, & flammam fornacibus addit
Rameſſes, populátque meos tua ſacra nepotes.
Intereà noſtris Orci placatur abundè
Cladibus invidia, & ſucceſſu læta ſuperbit
Impietas: trahit incautos contage ruina.
Depoſitis tandem evigila ſuccurrere rebus,
O Pater, & ſancta prohibe à radice bipennim.

4. Patrum vota.
Talibus orantem Manes uno ore ſequuti
Circumſtant aram, Elyſio quæ maxima luco,
Æternum ſervat foculis halantibus ignem.
Nullus eam pecudum ſanguis, libamina nulla
Inficiunt, ſacri phialis miſcentur odores,
Quos Charites, Spéſque alma metunt cœleſtibus areis,
Galbanáque, ſtactémque, onychémq; & limpida thura
Porriciunt manibus caſtis & pectore puro.
His animæ poſt fata litant, blandóque precatu
Conciliant Superos, & odoro munere mulcent.

5. Infantum animæ.
Ante aram pueri infantes, aráque ſub ipſa
Confertis coiêre choris, quos effera Regis
Ambitio vitæ extorres à limine primo
Maternis, miſerum! gremiis, & ab ubere raptos
Niliacas, ante ora patrum, proiecit in undas,
Fluctibus expoſitos, monſtríſque alimenta marinis.

Infantum glorioſa mors.
Quanquam illos melior thalamis fortuna recepit:
Nam, miſerante Deo, vitreis Nereides antris
Collegêre artus teneros, ambráque liquenti
Oblita myrrhatis clauſerunt corpora conchis,
Et poſuêre inter virgulta corallina cipos:
Ipſe viam latè undiſono ſub gurgite Nilus
Vorticibus ſectis aperit, Manéſque puſillos
Sutilibus biblis, languineáque papyro
Traiicit Elyſii in nemoris felicia Tempe:

Quà

Quà medio exundat Paradiſi è fonte voluptas,
Arcana Geion ubi celat originis urnam:
Illi aram tetigêre ſimul, paritérque precantur.
Cùm tibi Seraphicæ, Genitor, poſt bella phalanges, Eorum oratio.
Ante thronum poſitis cana à cervice coronis,
Ter ſanctum Pæana canant, Pythone repulſo;
Ille tamen cumulus laudum eſt, ea ſumma tuarum, Pſal. 8. 3.
Quas teneri infantes linguis lactentibus edunt.
Intrepido ſi quando inter cunabula vultu
Serpentum ludunt iugulis, Stygiiique ceraſtæ Iſai. 11. 8.
Exuvias tibi ſuſpendunt; qua laude ſuperbus
Rumpitur, inque cavis muſſat Baſiliſcus Avernis.
Si te inſons ulla innocuis vagitibus ætas
Admonet, aut dulcem penitùs pietatis amorem
Extimulat, præbe huc aures; cauſámque tuorum
Vltor age. Ecce in nos odium Lamia impia vertit, Draco
Quo tua proſequitur ſceptra, imperiúmque virile. Pharao
Nos eius rabiem in cunis, unguéſque cruentos Apoc.
Senſimus ante diem, & prima vertigine fuſi 12. 4.
Depontanæ animæ; nos cocta in lacte parentum Exod. 23. 19.
Victima, inhumanas Saturni abſolvimus aras,
Niliacíſque fuit Pharao crudelior hydris
In Teſtes, Pater alme, tuos. Quorſum illa moratur
Formidata Pharo ſoboles, & maſculus infans?
Vſque adeóne parum tibi ſunt pretioſa tuorum
Funera? nec noſtra meruêre piacula cædes?
Sic orant, cumulántque aras: ferit aurea clamor 6.
Sidera: defluxêre ignes; & conſcius æther Obſtetricum animæ.
Admiſit cum thure precem: lætantur amicæ
Obſtetricum umbræ, quarum pia dextra faventem
Lucinam induxit thalamis, ſanctáque pepercit
Fraude puerperiis, verſo ne pollice mortem
Haurirent cum luce mares: reverentia ſummi
Numinis, & pietas illis in ſorte piorum
Æternas ſtatuêre domos, auctáſque virili
Progenie nunquam fidei mercede caduca
Inſeruêre Dei populo Sephorámque, Soámque;
Et quarum ſimili nomen memorabile facto. 7.
At Pater ætherei ſervans ſacraria templi, Deus vota audit.

 Vnde

Vnde globum Lunæ, & mundi adſpectabilis orbes
Obtendit ſolio: hîc velo interiore receptos
Cœlicolas beat; illi auram ſpirantis ab ore,
Angeli beati. *Immortalem auram, luciſque in imagine fuſam*
Ore bibunt avidi, fixiſque obtutibus hærent,
Vultu, animiſque Deo ſimiles: ceu fortè polito
Argento incubuit facies nitidiſſima Phœbi,
Adverſis ſplendent ſpeculis, totidémque recurrunt
Primævam in lucem radiati ab imagine Soles,
Oppoſitis quot Sol princeps tulit obvia lamnis
Spicula: diſparibus variant Phœbi ora metallis;
Omnes Sole tamen plena ſplendoribus ardent:
Haud aliter ſatiati omnes, & Numine eodem
Cœlicolæ pleni lucis diſcrimina ſervant
Ter ternis nexi ordinibus: cura omnibus una
Obſervare alacres, Regiſque capeſſere iuſſa.
In mediis Pater omnipotens, Patrique coæva
Progenies, atque ambobus ſpirabilis Ardor
Mutuus, una Dei facies, Trina Vna Poteſtas,
Vnica Maieſtas, unum & ſociabile Numen;
Conſors ipſa ſibi Princeps natura, coméſque,
Omnia Tres, Tréſque unus Apex, & in omnibus Vnũ,
Vni inhiant omnes, & ſufficit omnibus IDEM,
Quos ſic affatur Divûmque hominúmque Creator.
8. Conſiliũ Dei de liberandis Hebræis. *Æthereı cives, quorum ſarcire ruinas,*
Et deſolati complere ſedilia cœli
Molimur delectu hominum, qui pulvere ab imo
Provecti, vobiſcum olim ſuper ætheris axes
Conſideant: ſed enim magno poſcenda labore
Tentanda virtus. *Præmia virtuti; de vita & ſanguine noſtro*
Ante fores certamen erit: ſic denique victrix
Effracti curru muros pulſabit Olympi.
Hebræos ea nunc exercet cauſa minores:
Nec me ulla flexêre preces, non gratia Patrum,
Non miſeræ ſqualor ſobolis, ne dura ſubirent
Exilia, & ſæva coquerent in compede teſtas.
Sic amat attritu meliùs ſplendeſcere virtus,
Quæ depreſſa malis ſemper ſublimior exit.
Sic placitum cœlis electam condere gentem:

Sed

Sed quadam eſt tentanda tenus , neu victa fatiſcat , 1.Cor.10.
Neu gemitus gemat indecores : componimus hoſtem , 13.
Metamur campum , paria exploramus , & arma ;
Atque ſub extremam faciles gaudemus arenam
Mittere cum palma emeritos , pulchróque madentes
Sanguine , complexu & ſtabili dignamur Olympo :
Securi hinc ſpectant aliorum in pulvere pugnas.
Hactenus his mihi conſiliis Abramia proles
Proluſit Phario in campo : nunc denique factum
Virtuti , nobiſque ſatis ; lacrimáſque , precéſque ,
Elyſiaque aræ accipimus gratanter honores.
Quare , agite , atque novis animos accingite fortes
Conſiliis , ignota ferox miracula Memphis
Sentiat , exemplo ſæclis memoranda futuris :
Tantorum vos ipſe operum pro parte miniſtros
Inſtituo , ſeu pœna vocet , ſeu præmia dignos.
Sic ait , & tenerum inſpirat miſerantis amorem 9.
In populi afflicti caſus : dicto ocyùs ardent , Angeli
Complodúntque alacres pinnis , ignique corruſcant , Iuſtitiæ
Exultimque ineunt curſus , celeréſque recurſus ; miniſtri.
Quas iubeat cunque ire plagas , quæ fulmina mandet ,
Quas diſſlare arces , quas turbine verrere terras.
Sicut arundinea in ſylva , quaſſantibus Auſtris ,
Ad calamos hæſère faces , ſtipulámque ſonantem : Sap. 3.7.
Ilicet undantes cœlum occuluère favillæ ,
Et ſtipata globis nitida agmina ſcintillarum
Implicuère acies : nam prona ferentibus auris
Materies flammam ſtipula , ventóſque laceſſit ;
Excurrunt , redeunt , ſibi ſe fugientibus inſtant ,
Quocunque incubuit , levia impulit agmina turbo :
Haud ſecùs æthereas incendit ſpiritus alas
Bellipotens , nutúque rapit , populúmque , ducéſque
Impulſis claro igne rotis , illo auſpice ſigno
Omnibus ultrices dextræ mucronibus horrent , Pſ.149.6.
Arma ſonant , diris colliſa fragoribus arma ,
Queis trepidæ pallent gentes , cumulatáque plenis
Impia facta cadis , tardáſque urgentia pœnas.
Væ populis , quos illa petunt dilata tot annos
Supplicia ! heu ſcelerum meſſes , quibus illa paratur
Falca-

Falcatis tritura rotis! heu præla, lacúſque
Irato calcanda Deo! ſaniem illa draconum
Viroſam largè fellis vindemia reddet,
Quam proprio ad fæcem bibat ebria ſanguine Memphis.
Accenſas, ſed mulcet adhuc Pater optimus iras,
Conſiliique avidam Nemeſim regit, atque ita fatur.

10. Dei iuſtitia lenta.

Non brutum, ô iuvenes, neque inexorabile fulmen
Molimur dextra; neque nobis præpete penna
Præcipitans vindicta placet; ſed plumbea claudo,
Quæ ſectata reos figit veſtigia greſſu.
Ante ignem, ferrúmque pio tentanda medenti
Omnia ſunt, quamvis ſcelera indulgentia ſæpè
Augeat, & paucos ſanet patientia ſontes.
Antè igitur quàm veſtrâ operâ ferale ſecures
Ægypto iubar incutiant, cum gente ſuperba
Diſceptare placet, pacémque expoſcere ſignis,
Et placidum ante tubas olea prætendere ramum.

Moſis Philoſophia, & laus.

Cernite, ut herboſis ſub Horebi vertice clivis
Paſtor agens ſoceri pecudes inglorius erret.
Ille inter carecta olim, quem regia coniux
Suſtulit expoſitum, regnique in ſede recepit
Optatum hæredem, patria ſponte exulat aula,
Contemptámque humili cidarim compenſat hibiſco.
Quanquam alto perone nives, atque aſpera frangit
Vepreta, haud humiles curas ſub pectore verſat;
Sed magnis vitam imperiis, animúmque capacem
Fingitur, & durat crudas ad grandia vires
Sedulus officia: ad Regem mihi Taneos ibit
Orator, virgáque potens, & præſtite cœlo
Fultus, aget iuſtas victa è Mareotide prædas.

11. Angelus ad Moſē.

Iámque citant promiſſa fidem. Nec plura: coruſcum
Divinis iuvenem radiis è millibus unum
Excitat, auguſtúmque, & nulli effabile Nomen,
Perſonámque Dei imponens dat propria in ore
Verba Dei, mentémque Dei ſub pectore condit,
Conſiliúmque Dei magnum nutu expedit uno,
Qui Moſem doceat dictis, & pignore firmet
Iuſſus Horebeo celerem ſe ſiſtere dorſo.
Procumbunt cunei aligerûm, & venerantur euntem.

Vibran-

Vibrantémque alto radiatum vertice Nomen.
O Superi, quiſnam ille fuit? Michaélne maniplis Is fuit S. Michael.
Signifer æthereis, cui longè adamantinus umbo
Fulgurat, Hebræáſque tegit ſub fulgure turmas?
Nam ſemel exorſis Stygio cum Principe bellis,
Credibile eſt meruiſſe Ducem pertexere pugnas,
Funditùs anguimanos donec profliget Ophitas,
Porrigat & tota Regem Pythona ſariſſa.
Aut Michaël fuit, aut alius: nam credere fas eſt,
Non priùs humanos quàm ſe miſceret in artus
Progenies manifeſta Patris, hominémque, Deúmque 12. Deus per Angelos tantùm loquebatur.
Iungeret æterni connexum fœdere nodi,
Inſtabiles Patrem, aut Natum ſubiiſſe figuras,
Affatúſque hominum fictis tentâſſe loquelis.
Nec ſe Thariades tanto dignetur honore,
Nec tantum Moſes, aut Patrum ſæcla favorem
Promeruiſſe velint: longè inferiore palæſtra
Torpuit Iſacidæ coxendix marcida claudi. Gen. 32. 25.
Te, Virgo; te dîa manent Eccleſia Sponſi
Oſcula non dubiis quæſita, & reddita labris.
Se vobis magna illa Dei contracta laborat
Cogere in anguſtos, ſed veri ſanguinis, artus
Maieſtas, tenerúmque parat vagire ſorori,
Veráque germano circumdare brachia collo,
Fragrantéſque Dei vultus affigere plenis
Vberibus; neque te ille tuus iam frater in umbra
Lactat imaginibus falſis, aut ſpe implet inani:
Sed petit alternos coràm, redditque profatus.
O felix! ô ſera licèt, dilatáque tanto
Connubio gens Chriſtiadûm! cui pronuba Patrum
Sæcula adorârunt, vepreto interprete, Sponſum,
Inque faces ſpina alba polo inflammante reluxit, 13. Deus in rubo ardente typus incarnati Verbi.
Et Sinaa ſacro ſonuerunt carmine ſaxa,
Saxa repercuſſo Cœli, Terræq; Hymenæo.
O ſcopuli! ô vepres! dumiſque horrentia teſqua,
Quæ præſens ſacrat igne Deus, flammáque ſerenat
Irrigua! Fluit ecce polo liquidiſſima lampas
Aligero ſignante viam, ſpináſque virentes
Lumine comprendit, circúmque innoxia lambit

Hirſu-

Hirſutam cacto ſylvam, rhamnóque rigentem.
Non folia, aut ſpina crepitant undante per auras
Volcano, ſcatet illaſo de fomite flamma,
Materiámque alit ipſa ſuam vernante favilla.
14. *Horruit adverſo tumuli de vertice Moſes.*
Moyſis timor & fiducia. *At trepidæ glomerantur oves, nec gramina libant,*
Attonitique canes preſſis latratibus hiſcunt.
Sed ſimul ut blandiri oculis lux aurea cœpit,
Et mulcere animum radiis, miratur & audet
Ferre gradum contrà, propiúſque inquirere cauſas.
Ter digitis aciem abſtergit, ne lumina fallant;
Illudátve oculis humor, ter ſe excutit ipſum,
An vigilet, nec vana ferant inſomnia curæ?
Explorátque hebetes ſenſus: nam plurima quamvis
Cum Superis, cœlóque illi commercia virtus
Conciliet; timet uſque tamen ludibria ſpectris;
Diffiditque ſibi pavitans, séque ipſe trementem
Hortatur. Quin vado, inquit, penitúſque latentes
Inſpicio flammæ cauſas? quianam horridus ille
Ardeat igne rubus, quo non cineraſcit ab igne?
Nec ſit flamma vorax, ſitq; abſque uredine ſplendor.
15. *Sic ait, admirans; greſſúmque incendia verſus*
Vocatur Moyſes à Deo. *Dirigit, Ætneos non ut crateras, & ignem*
Empedocles ſcrutatum ibat, cui cuncta ſciendi
Æratas dederat ſoleas inſana cupido,
Igneus aggeſto ſepelivit pumice vortex;
Sed ſupplex, hominiſque memor. Tum nomine, Moſes,
Ingeminat medio igne Deus. Simul ipſe vocanti,
Adſum, inquit, properátque, niſi illum abſiſtere Numen
Admoneat, caſtúmque ſacris ita inauguret auſis.
Exue vincla pedum, curiſque exſolve caducis
Mentem animi: locus hic ſacer eſt, quem pelle profana
Contemeras: Deus hoc etiam veſtigia figit,
Inſiſtitque ſolo, & caput inter ſidera condit.
Ille ego ſum, Deus ille Patrum, quem caſta tuorum
Relligio venerata colit: mea ſacra ferebant
Abrâmus, ſterilique toro promiſſa propago
Iſacus, & minor Iſacides: hinc ſplendida duco
Nomina: vel tanti eſt pietas; his glorior aris.

Obſtu-

Digitized by Google

Obſtupuit dictis paſtor, cui miſta pudori
Relligio, caput atque oculos obnubit amictu,
Averſóſque ſolo figens, trepida impedit ora,
Nudatiſque trahit raptim talaria plantis.
Proſequitur Deus, & verbis ſuſtentat amicis
Lapſantem, media tenebris in luce repertis. 16.
Vidi ego crudeles pœnas, ſævúmque laborem, ...oſis le-
Queis ſatagit Pharao immeritam convellere gentem: gatio.
Iámque inopum cœlo fecit convitia clamor eſt
Non toleranda mihi: nunc ergo ergaſtula certum
Solvere, & abruptis miſeros emittere vinclis
Ambroſia ſaturos in agros, & melle natantes. eiſque
Macte animus; tuus hic labor eſt; aude ire
Alloquere imperiis Regem: te gloria facti e catenis
Certa manet: franges animos, ruptiſq; tyrannis
Excuties immane iugum, quo dira txenique victor
Opprimit indignos, atque hoc mihi aram,
Vertice de ſpoliis ſtatues hoſtilibus ia menſis
Feſta coronatis agitans convivolvétque choreas,
Tympana Libertas quatiet; manu per ſingula ducam,
Tecum adero, téque ipſe partibor honores,
Et tecum æternos bell' Domino, Moſiq; trophæum
Inſcriptúmque legeque volent meminiſſe minores.
Poſteritas; grat intrà Paſtor ſic reddidit ore:
Hæc pavido cc ego? aut quẽ me cenſes? mihine inſcius ipſe 17.
Nam quis? Regémne adeam? Satrapáſne ſuperbos Moyſis
Exciderit ar? unde domo? qua gẽte? quis arte? quis auſpex? excuſatio
Alloquio ad Pharios? ad Regem agreſtis? & expers
Opil oquij, ad Myſtas? ſummo & de cardine regni?
El Scilicet Iſacidæ credant autore bubulco?
Vnguibus & prædam Pharao laxârit avaris;
Convellique ſinat regnum fugiente colono?
Quid? ſi fortè rogent, ecquis laudabitur autor?
Quod nomen dicam eſſe tibi? quæ teſſera tantis
Adſtruat ulla fidem iuſſis, mandatáque faxit?
Hic Deus abſtergens ſenſim ſermone timorem: 18.
ESSE MEVM EST, EGO SVM QVI SVM: *nam* Nomen
ſomnia & umbra Dei ineſ-
fabile.

Cate-

Digitized by Google

Cætera; quippe meo ex uno pendentia nutu,
Quo tantùm à nihilo diſtant, poſſúntque reverti
In nihilum: ſed magna mei vis Nominis omnia
Ambit, & immenſam ſummam ſe colligit Vno;
Tam nullius egens extra: quam ſe intus abundans,
Vnde foras tot opum exundat ſcaturigo perennis.
Iſacidas ſic ergo meis aſſabere verbis.
Illius huc miſſu venio, QVI *ſemper, & à ſe*
Vnicus EST; *hoc ille ſibi haud effabile Nomen*
Gen. 28. 29. *Abdicat, & naturæ omni inviolabile ſumit.*
Iacob Abrahami, Iſaacique Deus celeberrimus aris,
Prætulitque ſacris titulis, quos inclyta Bethel
Ille Patrum antiqua mutato nomine Luza.
Hoſpitia Ægypti, generiſque pij memor impia tandem
Et vulgata occupti adſpexit, pollutáque iura,
Ergo triumphatulis ſcelera indignantibus hauſit.
Et ſpolia, & certa duce me Mareotide vobis
Spondet, & optatis cum libertate ſalutem
Nectare quos cœli ſatu campis iubet ire colonos,
Quid trepidas? nec adhrant, riviſque coloſtri.
Efficient mea verba fidem: animo fiducia ſurgit?
Quid video? aut quænam illa tibi ſiſte moveri.
Virga Moſis. *Paſtorale pedum Moſes nam forte geſtamina dextræ?*
Arma viro conſueta manu, furique è gerebat,
Perniciem, ſed præſidium pecorique, ſi. feriſque
Nec pavor attonito, ſubiti neque fulgur ibique.
Deſcendente Deo forti divellere dextrâ horror
Fatalem potuit virgam: quam lumine luſtrans,
Prætentánſque manu fida, & fraus ne qua ſuper,
Heb. 11. 24. *Ritè recognoſcens: Gerit, inquit, dextera virgam, ſit*
Quam profugus ſceptro falſæ genitricis eburno
Antetuli, miſeris agerem ne fratribus exſors
Immunem in luxu vitam: neu conſcia ſancti
Sanguinis allineret mihi diſſimulatio crimen
Perfidiæ, vel pollueret me ſtrage meorum.
Heu infelices! & adhuc ſub verbere durant?
Támque diu harpyias fibris pavêre renatis!
Heu! miſerere precor populi non digna ferentis.

Cui

Digitized by Google

Cui Deus. Hæc noſtris erit, inquit, teſſera iuſſis, 19.
Virga tibi proiecta ſolo: virgam abiice dextra. Virga in ſerpẽtem.
Paruerat: ſubitò in longum mutata colubrum
Tortilibus glomerat ſquamoſa volumina ſpiris.
Stant oculi flamma; ſanie, ſpumáque veneni
Colla tument criſpata iubis; ſurrecta coronat
Criſta caput; lucent maculis interlita terga
Cæruleis, linguiſque micans, ſtridénſque triſulcis
Volvitur, & campum cauda indignante flagellat
Lubricus, attritáſque iram conſumit in herbas.
Diriguit viſu paſtor, trepidúſque refugit
Inſtantem terrore feram; ſub cortice ligni
Serpentem latuiſſe ratus, iactúque repentè
Exuvias poſuiſſe alacrem, nitidúmque inventâ
Emicuiſſe foras; adeò accelerata fefellit
Divini vis verbi oculos, punctóque peregit Serpens rurſus in virgam.
Horrendum, at veri colubri memorabile monſtrum.
Caſtigat Deus ore fugam, caudáque prehenſum
Tollere humo iubet audenter: caudâ ille prehendit
Torquentem, & nodis ſe ſe in ſua terga plicantem;
Attactu ſubito in formam directa priorem
Virga redit, verúmque oculis haſtile pateſcit,
Quod puncto fuit antè ferox, & lubricus anguis: 20.
Sed fugiunt divina hebetes molimina ſenſus, Omnipotentia in miraculis.
Seu nutu imperij puncto, ſeu legibus orbis
Convertant elementa vices, & tempore certo
Induat indictas rerum natura figuras,
Omnipotentis agit verbi mira omnia virtus;
Quo mundum veluti citharam, cum carmine pulſat, Sap. 19. 17.
Harmonia eſt quæcunque fides miracula reddunt:
Legibus & ſemper naturam temperat æquis
Mundi opifex, ſequitúrque volens quocunq; vocantem:
Natura eſt quodcunque Deus verbo auſpice iuſſit;
At nos fixam operum ſeriem, quæ lege perennat,
Senſibus aſſueti minima de parte vocamus.
Sic recipit Moſes baculum, incumbitque recepto:
Deinde manum puram, & puras ad pectora iuſſus Manus Moſis leproſa.
Condere ſub tunicas, retulit prurigine fœda
Albentem, horrendum! papuláque elephantide putrem.

Digitized by Google

Rurſus & in gremio ſcabioſam occultat eodem;
Rurſus & è gremio puram producit eandem.
Tam propè, tam facili necis, & confinia vitæ
Divini imperij nutu admiratur in uno,
Defixúsque ſtupet monſtris: rursúmque ſtupentem
Inſtigat Deus hortatu. Perge, inquit, & iſtis
Aggredere Hebræos: geminis incredula cedent
Pectora portentis, ſubigéntque hæc monſtra fateri
Expoſuiſſe tibi ſua claro oracula vultu
Aqua in ſanguinē. *Abrâmi Iſaacique Deum: ſin tertia poſcent*
Argumenta meæ fidei, cape fluminis undam,
Et defunde ſuper viridantes gramine ripas,
Inſpectante omni populo; aut ubi glarea triſti
Aret agro: quidquid largo depleveris hauſtu
Sanguis erit, largúmque tibi repetita cruorem
Vrna dabit, ſignum inceſto ferale Canopo.

21. Tergiverſatur Moſes. *Sed cunctatur adhuc Vates humilémque timorem*
Quæſitis operit cauſis. Mihi, divitis, inquit,
Eloquij ubertas, & fandi copia deſit,
Deſtituitque animi tenuem præſentia linguam:
Quin etiam tua me alloquia, an tua fulmina? grandi
Attonuêre ſono, Battóque auxêre ſtuporem;
Lingua adeò officium obſtructis mihi faucibus hæret.
Chriſtum mitti petit. *Omnia te obteſtor tua per ſacra, pérque futuris*
Mittendum ſæclis Regem populósque faventes,
Imperiis, quos ille tuis virtutibus ingens
Adiiciet, ſine me corylos intérque myricas
Exigere hîc, ſi quid ſupereſt, ignobilis ævi,
Sectantémque greges, & paſcua nota terentem:
Illum autem æterno, quem tu perducis olivo
Participem ſoliique tui, paritérque verendi
Nominis hæredem, accelera demittere cœlo,
Iſai. 19.1. *Cui ſpolia Ægyptus; cui debet opima Damaſcus.*
Ille levi invectus nebula trepidantia Nili
Proruet imperia, & fœdabit Oſiridis aras.
Ille Patrum deſideriis, iuxtáque nepotum
Poſcitur: heu! mundo tandem illum oſtende labanti;
Fulciet aut ſolus mundi feret ille ruinas.
22. Aaronis *Dixerat; irato iam dudum Numine ſentes*

Prodi-

Prodigiale rubent, & flamma minaciùs ardet facundia promittitur.
Iraſci teſtata Deum. Quonam uſque morantur
Effugia hæc miſerantis opem? aut quiſnam ille potentis
Eloquij, quis lingua opifex? quis perforat aurem?
Quis ſolerte animat veſtros indagine ſenſus?
His negat; hos largo ſermonum flumine inundat?
Et dubitas, quin iſta mea ſint omnia dextra
Munera, ſeu mutos fingam ſeu lumine caſſos,
Loripedum, celerúmque opifex? Ego divite vena,
Atque opibus fandi largis Arona beavi:
Interpres tibi frater erit; tua ſenſa profatu
Expediet, raſósque catus producet in orbes,
Suſpendétque avidas Satraparum, & Principis aures.
Occurret mox ille tibi: tu tollere virgam,
Et parere meis iuſſis, mora nulla, memento.
Tecum ibo, & tecum pariter veſtigia figam.
Dixit, & averſum radiis afflavit anhelis, 23. Paret Moſes.
Quo vigor afflatu inſinuat, ſtimulique medullis
Incuſſi, curis animos ingentibus urunt.
Vadit magna, Dei Vates cum corde volutans
Oſtenta, & ſecum tacitus myſteria tractat
Scrutatus, quorſum illa rubi mulcantis hiulca
Aſperitas flammis potiùs radiata refulſit
Sidereis, quàm vel conos procera cupreſſus,
Vel lata platani, vel odorifera terebinthi,
Vel cariei cedri immunes, opulentáve palma,
Tótque alia pomis curvantes brachia ſylva?
Qui feriens geminos ſenſus aurémque, oculúmque
Lumine vocali ſplendor? nulla ora loquentis,
Nec ſpecies, tamen indubium ſine imagine Numen,
Et manifeſta fides ſignis, & clara poteſtas.
Multa movens animi exceſſu trans ultima ſcandit
Secula, nec curis obſtant penetrantibus anni.
Carpit iter, fruitúrque Deo, neque lumina flectit
Retrò uſquam, nec lenta uſquam veſtigia ponit.
Obverſatur enim ſalis inſiſtentis imago, Gen. 19. 26.
Qua mulier mutata fugam non ſponte capeſſens,
Imperiúmque Dei: balantum pone ſequuntur
Sponte greges, quos fida canum cuſtodia cogit

Inſtabula, & notas prono iam Sole carinas.
24. Sephora Moſi occurrit. *Iámque propinquabat puteo, quo ſuetus aquatum*
Cogere oves, cùm bina ferens iam pignora coniux
Occurrit feſtina viro, dulcéſque parenti
Exilij fructus attollit ad oſcula natos:
Ardet enim fax prima thori, thalamóque recenti
Inſopitus adhuc tepidis amor oſſibus hæret.
Infelix Sephora, *& votis inopina repulſis!*
Blanditias teneris fruſtrà dictabat alumnis
Conſpectu gaviſa viri: nihil ille movetur
Coniugis occurſu; teneris nec ſuavia libat
Arridens de more pater, gremióve receptat
Iactantes blandos fruſtrata ad colla lacertos:
Longè illi thalami cura, blæsíque ſuſurri
Infantum, & caſta ſtudia obſequioſa marita:
Vrget enim Deus *imperiis, & pectus obarmat*
Fortior in patriam pietas. Ergo *ille ſeveris*
Compoſitus vultum rugis ſic ora reſolvit.
Chara ſoror, quid enim à thalamis nos nomina deinceps
Vlla iuvent? ô chara ſoror, deſiſte morari
Moſes valedicit uxori. *Feſtinantem alia, & maiora ad munia fratrem.*
Delicias ſepone: haud hac echeneïde noſtrum
Tempus eget; quos in medios rapit horrida fluctus
Tempeſtas, ſequimur ventos, undáſque tumentes;
Quò nos cunque ferunt: nec enim fas tendere contrà
Imperia, auſpiciúmque Dei, *qui fervida nutu*
Attollit maria, & nutu tumida æquora ſternit:
Ille viam fluctus inter, rerúmque procellas
Tutam aperit, portúſque iubet ſperare quietos,
Per mare naufragiis, conſtratáque littora præda:
Forſan & olim illuc fratrem germana ſequeris,
Lætáque fraternum conſors ſpectabis honorem.
Sic fatur, properátque, nihil reſponſa moratus,
Nec lacrymas, quibus illa ſinus perculſa micantes
Impleràt: tremefacta repens calor oſſa reliquit,
Et gremio natos prope matrem oblita remiſit
Excuſſos trepidante manu; quas deinde querelas
Inchoet? aut quanto caſu ſit ſaucia quærit

Attoni-

Attonita? & veris maiora pericula fingens,
Præcipitat, ſequitúrque virum, & iam paſſibus anteit.
Ille petit celſo poſitos in colle penates 25.
Sacrato circum luco, & nemoralibus umbris
Horrentes, ubi iura ſocer Rex atque Sacerdos
Dat Madianeæ genti: iámque altus Olympo
Veſper, & extructis dapibus proceſſerat hora
Frangendis prope ſera toris. Sex ordine natæ
Intereà exercent fuſo glomerante Minervam;
Hæc illis operum requies, ubi Sole diurno
Perfunctæ teneras egêre ad ovilia fœtas.
Dividit attentis ſenio, vittáque verendus
Vivendi præcepta pater; fingitque pudicis
Moribus, & caſus fortunæ informat ad omnes.
Septima connubio, natu quæ maxima, Moſi
Ceſſerat, hanc pretium fidei, & virtutis habebat.
Illa pudicitia dotali inſignis, & alto
Sanguine, paſtorem non averſata maritum
Fecerat ex voto gemina iam prole parentem;
Iſacias inter memorabilis Heroïnas
Æthiopiſſa nurus, cùm te Iordanide lympha
Laverit, & nivea donârit cyclade Chriſtus,
Vivifica Moſes alter tibi ſponſus ab unda:
Nunc fragilis fortuna viri, ſpéſque inde caduca,
Atque ingens exterret amor. vix limen anhela
Contigerat, trepidas inter collapſa ſorores
Conſternat pallore domum: muta ora, genæq́;
Liventes, triſtique means in pectore pulſu
Spiritus: accurrit genitor, famuláſque fatigat
Feſtinent gelidos latices; vultum ipſe rigentis
Spargit aquâ, & vitam fugientem aſpergine ſiſtit.
Cauſa latet, necdum verbis vulgare dolorem
Certum audet, quæritque ſuos ignara timores.
Hæc ſuper ingreſſus Moſes, placido ore timorem
Eripit, ad ſocerum Raguelem his vocibus uſus:
Hic nimius tantùm errat amor; ſecludite curas:
Siqua mea eſt, præſtabo, ſocer, te iudice, culpam:
Nam mihi nota ſatis pietas tua, noſtra viciſſim
Explorata fides tibi tot labentibus annis

Domus Iethronis, & ſtudia.

Æthiopiſſæ uxoris Allegoria.

Sephoræ mœror de viri diſceſſu.

Cōmeatū petit à ſocero Moſes.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Securum facit, & veniam hoc in crimine ſpondet.
Si crimen vocat iſta Deo parere iubenti
Perſpicuè, & coram manifeſta in luce loquenti.
Scis, pater, ut profugus deſertis Taneos arvis
Quæſierim huc ſedes, inopem me, & longa trahentem
Rupibus exilia, atque inter loca ſola vagantem
Exod. 2. 20. Moſis vita in exilio. *Degere more feræ triceſima viderat æſtas,*
Quando tibi primùm ex undis putealibus hoſpes
Cognitus; arcebam veſtris illata puellis
Iurgia paſtorum, tu me iam tempore ab illo
Vrbe, domo, ſacris ſocias, Sephoraq́; hymeneis:
Iámque meæ fidei binos tibi pignora natos
In genibus connixa tuis devinxit abundè
Et patrem, & totam ſeriem, ſpes ſiqua nepotum.
An mihi poſt dulces urnas, charáſque meorum
Relliquias quicquam eſſe queat, vel ſanctius uſquam,
Vel melius, quam tot meritis, nexúque coëmptum
Stare domo ſoceri, & cineres miſcere ſepulcro?
Nec verò indignum veſtra me ſtirpe probavi
Officiis, ut ſpero equidem: ſint cætera ſoli
Nota Deo, qui me hoc fortunæ exercet in actu.
At nunc ille Pharum, & miſeros conviſere fratres,
Captiváſque Tribus iubet omni ambage remota,
An ſuperent? an adhuc cœlo veſcantur, & aura?
Cætera deinde ſui ducet moderamine nutus.
Sive erimus, ſeu nos in idem velut antè remittet,
Sive locis, totóque avulſos diſtrahet orbe;
Sed iunget, ſpero, potiùs; parere neceſſe eſt,
Atque alacres ſummi mandata capeſſere Regis.
Si te hoc ſacra, pater, capitis docet infula cani,
Si populos hoc ipſe doces; hæc cauſa doloris:
Excuſa Sephoræ lacrymas; generóque petenti
Da veniam: tibi magna domi à me pignora reſtant
Et ſocer, & coniux, & bini noſtra nepotes
Viſcera, ſpes notæ quondam ſuper æthera gentis.
His dictis ſedati animi; lacrymæq́; ſilentes
Omnibus ubertim pudefacta per ora volutæ.
Vrit enim pulchræ ſpecimen virtutis, honeſtis
Incoctas ſtudiis mentes, ac ſenſibus imis

Alligat,

Alligat; & blandè rapit ad pia vota volentes.
Vt Clytiem agnato ducit Sol aureus axe, Heliotropium.
Et florum arcanis deſcribit amoribus horas.
Vt viviſcit iners ferrum magnetide gemma,
Ponderis oblitum vacuo vel in aëre pendet; Acus nauticæ pyxidos.
Aut Helica aſſixo tremulum vibratur amore,
Quo regit audaces inſana per æquora puppes:
Haud aliter magnæ ſplendor virtutis amicat
Ingenuas animas, & ſancta in fœdera mittit.
Quamquam animum magno Raguel labefactus amore,
Deſertaq; timens nata, placidiſſimus infit.
Chare gener, columénque mea, ſpéſque una ſenecta, Iethro dat veniam.
Dura equidem, ſed iuſta rogas, nec publica tendam
Cedere privatis, iuſſa aut cœleſtia certem
Affectu patrio, & cæcis avertere votis.
Nec me tam ſtolidum cana huc perduxerit ætas,
Aut adeò immemorem videat domus inclyta regno,
Et nata adſiſtant teſtes, cúmque ignibus ara.
Vincat amor patriæ, & Superûm intemerata voluntas
Coniugis abſtergat lacrymas, ſocerique dolorem;
I, felix, quocunque aperit tibi fata Deûm Rex:
I; fratres conviſe tuos, & Numine dextro
Sic tibi ſit fas eſſe pio, ut maria invia, & ignes
Collectos gremio Iſacidas, ſanctaq; ferenti
Naufraga membra domus, iras tibi ſub pede ſternant,
Decedántque vadis exhauſto gurgite fluctus.
O mihi poſtrema ſuperet pars optima vita,
Et ſenij ærumnas vincam, & mea ſæcla ſuperſtes:
Spero equidem; Peluſiacis dum te ocyus oris
Gratatus magna aſpiciam mercede reverſum.
Hoc mihi præſagis ſpondent ſacra omnia ſignis,
Et ſperare iubet tua dudum cognita virtus.
Intereà dulces gremio cum coniuge natos
Et parvam ſervabo domum. Sic fatus amœnat
Igne larem, & manibus lymphas læto omine poſcit,
Lætitiámque epulis vultu imperat ipſe ſereno, 26.
Inſtaurátque pio menſas de more precatu. Sephoræ anceps amor.
Expediunt famuli cererem, lancéſque reponunt.
At Sephora nondum curarum, in pectore fluctus

Conſidunt; geminos agitant nova prælia ſenſus:
Hinc patris, inde viri ſcindunt pia nomina mentem,
Nec pietas in utrumque poteſt propenſa tueri,
Quod cupit officium: tali Spartana pependit
Penelope in fluctu pulchro diſtracta pudore
Spartam inter, ſcopulóſque Ithacæ; longævus habebat
Icarius Sparten: Ithacam monſtrabat Vlyſſes:
Hic vir, at ille pater: geminos confeſſus amores
Flammeolo litem tacito pudor ore diremit,
Præpoſuítque patri pietas comitata maritum.
Agnovit genitor teneras ſub pectore pugnas,
Dat veniam thalamis, & caſto ignoſcit amori.

27. Moſis reditus in Ægyptũ.

Ergo ubi puniceo primùm Tithonia limbo
Marginis Eoi albentem prætexuit arcum,
Et Sephoram & natos coſtis imponit aſelli,
Invadítque viam Moſes: procul ambitus omnis,
Et famulæ ceſsêre manus, vix una ſequuta eſt
Cum pueris dominam vernis ancilla duobus.
Tota cohors ducis illa fuit, quem Taneos arces,
Et ſeptem gemini expaverunt oſtia Nili.
Humanis adeò in rebus divina poteſtas
1. Corint. 1. 27. *Ludere amat; tot vertere opes tantilla per arma!*
Iam Madianeis decreſcunt oppida campis,
Deſcendunt patriæ turres poſt terga relictæ,
Iam ſcopulos Sole exuſtos, ſerratáque tollit
Saxa Pharan contrà propior: ſqualentia latè
Calcantur ſola, quà breviùs compendia ducunt,
Cinæóque graves equiti luctantur arenæ.
Solatur vario intereà ſermone laborem,
Accidénſque viam Vates denarrat avorum

Patrum & Abrahæ peregrinatio.

Exilia, & quæ ſit profugos fortuna ſequuta.
Vt patria procul inſignes, & rebus in arctis
Floruerint, mactique opibus, tum ſtirpe beati
Egregia: namque omne ſolum ſit patria forti;
Et facilis, quacunque feras, inoleſcere virtus.
Vt translata nitent meliùs plantaria cultu,
Manſueſcúntque procul natali Perſica cœlo:
Sic præſtantem animum peregrini latiùs auget
Gleba ſoli, tenuéſque acuens penuria ſenſus.

Narrat,

Digitized by Google

Narrat, uti quondam ſenior cum coniuge Sara Gen. 11. 31. & cap. 12. 1. & cap. 17. & 18.
Infeſta exierit patriis incendia Charris,
Fixerit arboreis vagus ut tentoria ſcenis,
Incertúmque larem Scythici velut accola Ponti,
Et circum levibus tulerit magalia plauſtris.
Fortè illi hoſpitium Mambreæ umbracula quercus
Glandiferis dederant ramis, ipſi hoſpita cœlo:
Huc ſæpè æthereos iuſſit deſcendere cives,
Quin ipſe Altitonans tribus aſſimulatus Ephebis
Hoſpitis acceſſit menſas, & ab hoſpite tanto
Iſacus effœto, & ſterili data xenia matri.
Hic etiam ſexus melior, ſobolésque virilis
Tota ſalutiferi ſignata eſt ſtigmate pacti.
Extemplò ipſe ſua ſenior pepigit cute fœdus, Circumciſionis fœdus. Gen. 17. 23.
Sanguinéque aſperſit ferrum; tum protinus omnes,
Agaridem, & vernas ritu luſtravit eodem.
Ipſa etiam Iſaaci roſeo reſperſa cruore
Sara parens, cultri ſenſit per viſcera morſum,
Et lacrymis ſævum lavit pia vulneris unguem; Iſaaci circumciſio. Gen. 21. 4
Hinc ſperata SALVS, Magnum ætheris Incrementum.
Ingemuit Sephora exemplo; nam territa crudi 28.
More miniſterij, legémque exoſa ſeveram, Sephoræ vitioſa indulgētia.
Diſtulerat nimiùm indulgens ſacra luſtrica proli.
Coniugis imperio, precibúsque haud ceſſerat ullis,
Quamvis multa monens contrà pertenderet Heros,
Mandatúmque Dei, & ritus memoraret avitos,
Et ſublime minax violato in fœdere ſaxum;
Quæ triſti excipiens vultu indulgentia matris,
Crudeles, inquit, ritus, crudelia ſacra,
Crudeliſque parens, quos hæc laniena cruentat
Lactentum ſtrage, & perfundit ſanguine cunas!
Antè meos tigres carpant immaniter artus,
Exſugántque animam hanc venis, quàm talia vobis
Officia impendam, ſanguis meus; aut ego rurſum
Iſtius corio ſævos illudere cultros
Suſtineam: quiſquis te auſus contingere ferro,
Nate, tibi materna dabit per viſcera vulnus.
Creſce, puer, veniátque annis robuſtior ætas,
Imbuet immites tunc hoſtia grandior aras.

Parcite adhuc teneris donec lacteſcit in annis,
Impleat ut primum miſera genitricis amorem.
Sic ait, & puerum tunicis in pectore condens
Aſpergit lacrymis, atque oſcula mollia miſcet.
Heu fallax amor! & pietas incauta parentum!
Sardoas quàm ſæpè linit pro melle cicutas!
Haud alio affectu inſidias intendere cunis
Striges *Nocturnas fert fama ſtriges: non roſtra, nec ungues*
viroſę nocturnæ volucres. *In teneros mergunt fœtus, aut viſcera mandunt*
Infantum; at falſa pietatis imâgine peccant;
Nutricéſque imitata operas, lactentibus ultrò
Viroſam illuviem immulgent, velut ubera labris.
Vnde illis cæca in cunis ſine vulnere mortes;
Et quales intrita ferunt aconita novercis.
29. *Stellantes nox intereà latè explicat alas,*
Moſi iratus Deus. *Inſtaurans feſſum tenebris humentibus orbem.*
Rupe cava ſpelunca fuit, quo ſæpè viator
Lampade Phœbea excluſus divertere ſuevit,
Et ſomnos captare breves; ſaxa hoſpita Moſes
Occupat, exiguámque domum ſub ſcrupea cogit
Tecta timens; gravis urget adhuc nam ſarcina coniux
Sollicitum, & nati dulces, comitéſque miniſtri.
Frugales ibi poſt epulas, ut corpora ſomno
Procurata levi, primo ſolvebat Eoo
Vota Deo Vates, natis dabat ubera mater.
Occurrit Deus oranti; ſimul aſpera frangens
Verba minis, iugulum invadit faucéſque precantis.
Quas mihi tu tam lente preces? ubi iuſſa, fidéſque,
Solemnéſque mei ritus? & pignus aviti
Fœderis, & pueri ſignata in pelle cicatrix,
Octavúſque dies? quid adhuc opprobria durant
Impia ſtirpe tua? ſpreta ſic lege, querelas
Coniugis, argutáſque preces uxorius audis?
Sic puras mihi deinde manus ad ſydera tollis?
Quin morere, ut meritus, pollutáque pacta piato.
Dixit, & obluctans inſtat, contráque parantem
Excuſare premit, validíſque aſſultibus urget.
Horruit auditu coniux; nam verba pedúmque,
Sephora *Luctantúmque audit ſtrepitus, altéque gementum.*

Exſer-

Digitized by Google

Exſertos ut nuda ſinus, paſsiſque capillis, circumcidit Eliezerem.
Pallidiórque novis ceris, feſtina cucurrit
Ad ſilices: hos prima dedit ſors obvia cultros:
Armat acuta ſilex dextram; gemino ungue ſiniſtra
In cute ſortitur plagam; dat dextera vulnus,
Ancisámque acies avellit petrina pellem.
Iámque Eliezer habet verum cum ſanguine nomen, Eliezer Deus adjutor. Exod. 2. 22.
Auxiliúmque Dei præſens: nam ſoſpite patre,
Importunus abit tenues luctator in auras.
At lacrymas miſeranda parens cum ſanguine nati
Confundens, orat veniam ad genua ægra mariti
Prona ſolo, manibúsque pedes complexa cruentis,
I, ſequere, ô coniux, Superos, cœli alta voluntas,
Quo te cunque rapit; meus es; te HOC SANGVINE RVRSVS Moſes ſponſus ſanguinis Sephoræ.
SPONSVM EMI: *deſerta licèt, tua dicar, oportet,*
Inſcribárque uni tumulo: nec ſæva reſolvet
Amplexus Parca ulla meos: at tu quoque manes
Devenerare meos: ſin mutet ianua lectum,
Succedétque meis, ut fit, nurus altera tædis;
Sis felix, ſed vive memor thalamíque prioris,
Fortunæq; tuæ, cùm per deſerta vagantem
Invenit Sephora, & tæda eſt dignata iugali.
Vtraque fortunæ ferat unum pagina nomen;
Concordéſque vehat ratis una ad funus amores.
Nunc quando comitem Ægypti me finibus arcent
Numina magna Deûm, patrémque reviſere cogunt,
In patriis ego te thalamis viduata manebo,
Turtur uti arenti luget mœſtiſſima in ulmo.
Sic effata, viri attactis tulit oſcula plantis,
Signavitque pedes dextras imbuta cruore.
Qui pavitans, & adhuc artus vibrante periclo,
Arrectiſque horrore comis, ſic pallidus infit.
Diſce, ſoror, ſed diſce meis iam credula pœnis 30.
Iuſtitiam, & ſanctos contrà committere ritus. Sephora ad patrē remiſſa. Exod. 4. 26.
Cur deinceps ſuſpectus amor, vel noſtra fides eſt?
Ipſa vides, quæ me ad lethi diſcrimina traxit,
Quámque tui pretioſus amor, quem morte paciſcor?
Nec dubita regredi ad patrios ſecura penates,
Et caſtam ſervare domum, dum ſolus iniquos

Expe-

Digitized by Google

Experior caſus, & prima pericula tento.
Nam me nulla adeò faciet fortuna ſuperbum,
Immemor ulla tui nobis ut defluat hora,
Devotúmve tibi lædam periurus honorem.
Nec me adeò ingratum tulerit iuſtiſſima tellus.
Nunc æquum eſt te iſto ſubductam turbine rerum,
Quæ ſpero reditura, meis ſervare ſerenis.

Moſes ſolus feſtinat in Ægyptum.

Dixit, & ad ſocerum prolem cum matre remiſit.
Tum verò immani primùm ceu faſce levatus,
Excuſſóve iugo, aut ſervili compede liber,
Iam nullo ſtipante latus, pede provocat Euros,
Antevolans capreáſque agiles, lyncáſque ſequentes:
Foſſor uti, elapsúsve cavis è montibus Aſtur,
Dalmatáve, aut ruptis ad longa ſedilia vinclis,
Arcana domito lima inter tranſtra metallo
Cùm fugit æratas ſocio cum remige puppes,
Cui vacuum toto ceſſit cum carcere torquem
Et manicas; loca plana pari, loca confraga curſu
Transvolat: addit enim celeres timor anxius alas,
Et non ſperatis urget victoria pennis.
Haud aliter ſecat abruptum iam coniuge Vates
Incomitatus iter, notiſque refertur arenis.
Iam ſuperatur Alus, poſitis nondum agnita caſtris:
Tranſierat Daphcas, & adhuc ſine nomine rupes,
Tranſierat Thorios Erythræo in littore portus,
Mutat odoratas ubi diſcolor India merces
Mercibus Heſperiis, ferrum metuente carina,
Ne rapiant ſaxa in medio magnetica curſu.
Hinc nemora illa vocant Elimeus inclyta palmis,
Et vitreo invitant bis ſeni gurgite fontes:
Sed neque ſomniferâ Dryades remorantur in umbrâ,
Nec vitrea illimi properantem Naiades undâ:
Vixque genu impreſſo leviter de margine ſpargens
Sicca manu lavit ora cavâ properanter, ut atram
Lambit aquam feſtina canis de flumine Nilo,
Flumineos ubi ripa fovet latebroſa lacertos.
Inde petit fontes & amara ſtagna paludis,
Neſcia adhuc medici tactu dulceſcere ligni.

31. Aron oc-

Hîc Aron ductante Deo ſe ſe obvius offert.

Ample-

Amplexúſque petens prior inter mutua fatur
Oſcula. Queis ego te, ô quantis germane periclis
Iactatum tandem accipio? Viviſne? nec umbras
Amplexor? neque me vano ſimulamine Morpheus
Paſcit adhuc, qui ſydereo mihi nuper ab axe
Adſtitit in ſomnis, reducique occurrere iuſſit
Montis Horebei longè latera ardua verſus?
Et vigilo, & vivis, volucrem neque ſtringimus umbrã,
Nec me vana tuos in vultus ſomnia ludunt.
O lux Iſacia, ſpes ô certiſſima gentis!
Ad te inopes tendunt dextras, ſortéſque ſuas nunc
In manibus poſuêre tuis: huc Numine dextro,
Huc ades, optatam miſeris ordire ſalutem,
Et ſorti pertexe manu: tibi maximus æther
Me comitem dedit, & caſus coniunxit in omnes.
Ibo, ibo, nec degenerem, germane, probabis;
Quæ me cunque Dei mandes exponere iuſſa.
Eventu tanto lætus, rerúmque tenorem
Admirans Moſes, Aroni talia reddit.
Vt divina quadrent certis oracula ſignis
Omnia iam, germane, vides: qui me igne vocatum
E medio, Ægypti laxare ergaſtula mittit,
Ille tibi manifeſta aurem per ſomnia vellit,
Et mecum eximio clarandum adſciſcit honore,
Indignóſque domo, & meritis poſtrema tenentes,
Segregat, eximióſque opera ad tam grandia tollit.
Quas igitur vel habere animis, vel reddere grates
Fas fuerit? quibus obſequiis impendere vitas
Sic merito? Duc me intrepidus per funera, frater,
Aut ſequere. Ibo & Regem, mortémque laceſſam.
Tolle moras, humilémque metum, mandata Tyranno
Haud placitura fero: ſed amor nos publicus urget.
Sic ait, amplexúque arctans rapit Entheus altè
Sublimem, flatúſque ſacros inſpirat anhelo
Pectore, & Ægyptum contra rapido agmine vertit.
Quà pelagi ſinus extrema Caſiotide fluctus
Frangit, Ethamaóſque rubro ferit æquore montes:
Hac via Rameſſem brevior, Phitonáque monſtrat,
Hebræos ubi ſævities immanior urit,

currit Moſi. Exod. 4. 27.

Et

32\. *Et magis infeſtus Pharao cervicibus inſtat.*

Spes cœlo allapſa.

Huc properant tecti nebulæ rorantis amictu,
Quam Spes alma ſuper paſſis ſuſpenderat alis
Florentes effuſa ſinus; quos læta ſmaragdis
Ad latera, & manicas duplici ordine fibula nectit
In loricam adamas; ſapphiro caſſida fulget;
Cuius paciferam criſtæ curvantur in Irim.

Comites, fiducia, oratio, vota, Litæ, miracula.

Aſſectata Deam erecto Fidentia vultu
Explicat ex humeris opus admirabile pepli,
Et pictas Zephyris donat criſpare figuras:
Terrificæ ad limbum facies, & quidquid ab Orco
Horrendum Furiæ educunt; & Alaſtores, Ataq́;,

Inimica ſpei monſtra.

Anguicomæq́; canes, cæcique inſania belli:
Omnia, quæ iniectis ſupplex Oratio vinclis
Et Pietas albata domant: tum læta ſupernè
Vota volant, & plena manus Miracula gemmis,
Aurifluique imbres, & ab imbribus aurea meſſis,
Quæ triſtes ſolata hiemes, ſegetúmque laborem,
Agricolas plenis ſecuros paſcit acervis.
Tali Divam habitu caſtè ſancta ætheris alti
Atria ſervantem, & miſerorum vota ferentem

Spei ſacra anchora.

Ire iubet ſociam Omnipotens: lapſa illa per auras
Coccineum evolvit funem, quo ſacra tenetur
Ad Triados ſolium, morsúque immobilis hæret
Anchora, nec metuens ventis retinacula rumpi.
Hinc quoties Virgo miſeros conviſere iuſſa,
Funem illum complexa manu delabitur æthra
Lurida in antra ſitu, & ſqualentes carceris umbras,
Depoſiti quacunque vocent in clade iacentes;
Mox ubi odoratum patera gemmante liquorem,
Nepenthéſque animis blandè porrexit amaris,
Tum gremio complexa preces, & clauda Litarum
Agmina, comploſis revolat ſuper æthera pennis
Purpureum relegens funem; genibúſque Tonantis
Illita ceratis committit vota tabellis.
Multi illam circum venti per inane volantem,
Progreſſámque ſolo, multæ adſiluêre procellæ,
Et metus, & triſtes anguſto pectore curæ,
Obq́; graves diffiſa Deo mens conſcia noxas

Exagi-

Digitized by Google

Exagitant: volat illa tamen, libratáque certo
Remigio alarum molitur in aëre funem, Perſeverantia.
Retrahitúrque polo, Divûmque ſe in atria condit,
Vnde coronatis Thaumantida pingit in aſtris:
Fortis Olympiacas legit hinc victoria palmas,
Quáſque ſuo nectat capiti Patientia frondes.
Ambroſium quoties ſentit cœlo oſſibus imbrem
Impluere, & vegetis animum iuveneſcere nervis,
Inq; ſepulta malis, tamen æthera pectore tranſit.
Spes adeò liquidos movet in ſolatia ſenſus,
Inq; ſinu tacito lenit dulcedine mentes.
Hoc ſe Virgo ferens habitu comitatur euntes
Nube cava Amriadas geminos, & nectare mulcet,
Quáſque ſuper terras Zephyris, & vere tumentem
Provexit nebulam, rident picta omnia ſparſis
Floribus, & placidi adſpirat clementia cœli.
Ventum erat Ægypti ad fines, unde omnis ab alto 33. Servitus miſerāda Iſraëlitarum.
Proſpectu latè tellus circumflua Nilo,
Extantéſque ſuis apparent molibus urbes,
Effoſsique lacus, ſtagniſque innantia rura,
Et iuſſi Euripis Mæandro inſerpere fluctus.
Protinùs audiri gemitus, clamórque laborem
Hortantum, & ſæva miſeros ſub mole prementum.
Tum facies animum Heroïs miſeranda laceſſit,
Iámque infanda oculos propiùs ſpectacula pulſant.
Plagarum ut crepitus hauſit, tractáſque catenas,
Abſorbet mœror lacrymas, riget aridus ægro
Corde dolor, concuſſa fremunt præcordia fibris.
Ingenuas heu! paſſim animas, noxáque carentes
Vnius exerceri odio, & vix ſontibus apta
Mancipiis verſare opera, atque in ſtipite ſcindi
Pendentes, probroſa omnes & veſte notari!
Hi veteres fluvij foſſas longo agmine tergent, 34. Opera varia.
In limo hærentes, altáque voragine merſi.
Hic alii campum ſcindunt, & ceſpide vivo
Attollunt humiles ripas, vallóque coronant,
Ne ruat in cultos amnis violentior agros.
Effodiunt alii ductus, certáque fluentes
Lege in agros cogunt nova per divortia lymphas:

Digitized by Google

Aut dominos pictis vectant per rura phaſelis.
Oblimare lacus putres pars plurima iuſſi,
Et ſulcis renovare ſolum: pars pigra paludum
Spiramenta movent: tetrum Camarina vaporem
Exhalat; potant opera prono ore Mephitim.
Millia pyramidas circum denſiſſima ſudant,
Convectántque humeris immania pegmate ſaxa,
Regia ſeu frugum, cùm largior exiit amnis,
Horrea, ſeu Regum inſaniſſima Mauſolea.
Tot ſudata hominum manibus, ſubſtructáque tantis
Funeribus populorum, ultorique edita cœlo.
Obeliſcus in Circo Romano. *Devectas multi à Meroë prono amne columnas*
Connixi educunt ratibus; Circóque laborant
Auſonio ignari, ſcopulóſque in littore ſiſtunt,
Solares obelos, fracta aut fornace revellunt.
Hi ſtipant, ſolidántque vias, plexúque virenti
Vimineo intortos prætendunt margine juncos,
Et fluvio opponunt moles, ut plenior urna
Cùm præſagum hauſit cubitum, ſtagnantiáque altè
Arva natant, ſparſaq; urbes ceu Cyclades undis,
Pulverulenta inter merſos gemat orbita campos,
Pérque undas impunè volent rapida eſſeda bigis
Aggeribus tuta, extructique crepidine dorſi.
35. Fornacũ labor. Exod. 1. 11. *In laterem ſed præcipuè labor improbus inſtat,*
Rameſſiſque urgent tollenda ad ſydera turres,
Phitoniſque arces, Pharaonum & penſile frigus,
Et nemora ingeſtis tecto nutantia ſylvis.
Innumera huc coïère manus: diſcrimine nullo
Continuant luci tenebras: id agente Tyranno
Ne requies ſinat exoſam ſoboleſcere gentem:
Sed labor exhauſtas rapiat cum ſanguine vires,
Aut ſicca areſcant matrum ſuper ubera fœtus,
Omnibus in tergo cophini; miſerabile viſu!
Bibliacaq; hærent corbes, vel iniqua ligonum
Pondera, vel manibus vellenda ad gramina marræ.
Veſtibus illuvies, & toto corpore pædor:
Omnibus ex ſucco vaga deſperatio vultu.
Non ſexus, non ulla ætas in munia ceſſant,
Vrgentur, juvenúmque greges, effœtáque turba,
Impu-

Impubéſque manus, & onuſta prole parentes,
Avulſaq; nurus thalamis, teneraq; puella,
Pro calathis crates tractant, pro pectine raſtros;
Alliáque, & triſtes rodunt in pabula cepas. 36.
Barbarus hac inter furiato corde Satelles Sævitia
Curſat, & intorto ſavit ſine more flagello; Exactorũ.
Inſtigátque operam, & pœnas ſine crimine acerbat.
Calcibus hos, illos infami verbere pulſat.
Haud ſecus ac cùm belligeras Regum ira triremes
Commiſit pelago duri in certamina Martis,
Horrida iámque animos, iam poſcunt claſſica vires,
Damnati ad remum longo ſtant agmine ſontes
Nudati, intentique omnes ad ſibila nota
Imperiis; manat valido molimine ſudor:
Compoſitò tollunt luctantes aquore remos
In numerum, mergunt ſimul, & vada carula vertunt,
Savus at Exactor medio ſe limite vertens,
Percursánsque foros, & longa terga carina,
Nec numerum plagis, numerum nec verbere ſervat.
Reſponſare vetat miſeros armata libido.
Heu! flos ille Patrum; delecta heu germina ſtirpis! 37.
Huc collapſus honos Sanctorum? & gloria regni? Moſis cõ-
Exclamat Moſes: ſatis, ô Sator optime gentis, miſera-
Sit ſatis! aut hac in me unum, precor, omnia verte tio.
Dedecora; aut implebo operas; ſolúſque labori
Sufficiam, aut triſtes ſolus ſacra victima diras
Avertam populo: nihil hi meruêre, nec auſi.
Ille ego ſum reus, ô Pharij, quem quaritis, ecce
Prendite me, & meritas in me transferte catenas.
Regia me poſcunt odia, illusúsque Chenephres,
Et calcata ſolo Cidaris, patratáque dextrâ
Hac cades, infida mihi quàm vulgat arena, Exod. 2.
Confeſſúmque fuga facinus: quaſiſſe latebras 12.
Pœnitet heu! nunc palmam audax pro crimine poſco.
Hac ait, & mediis ardens ſe millibus infert, 38.
Vixque animos domat ingentes, quin vindice praceps Zelũ Mo-
Ira auſit Pharios rurſus fœdare miniſtros, ſis ſpes
Captiváſque armare Tribus, & vertere bello modera-
Memphitas; manifeſta adeò iam Principis inſtant tur.

Auſpicia, & iuſtum accendit vindicta dolorem.
At Spes nube cava tumidas erumpere voces
Non ſinit, & roſeo flabro demitigat æſtum
Pectoris: ille Dea inſtinctu ſolamina ſpargit
Per populum, magniſque animos hortatibus implet.

39. Moſes ſolatur populum.

O domus Abrâmi, ô ſancto ſata ſanguine proles
Iſacidæ, duris genus inſuperabile fatis,
O meriti meliora! oculis Deus hæc quoque iuſtis
Aſpicit, & ſpinas inter, tribulóſque laborum
Digerit æterna textum immortale corona,
Et purum à flamma gemmis illuminat aurum
Sidereis; durate, viri, fortémque ferendo
Auxilio ſperate alacres ex æthere dextram,
Vertet in autores iam nunc cum crimine pœna.
Quæ vobis vepreta roſas, eadem hoſtibus ignem
Parturiunt, flammámque malis minitantur, & uncos:
At vos læta vocant exutis otia vinclis,
Et promiſſa atavis undantia nectare culta.

40. Moſes ſecretò Principes populi docet Dei conſilia.

Talia vociferans iterat. Simul æthere pendens
Spes croceos ſpargit nebula de divite nimbos,
Perfuſáſque ſacro revocat ceromate mentes.
Mox animis ceſſit ſqualor; ſparſaq́ per ora
Lætitia, dîóque oculis ridente ſereno,
Cùm Dea comploſis cœlo ſe redderet alis
Aurea Libertas, radiata in nube refulſit.
Iſacidæ læto augurium clamore ſalutant.
Iunguntur Moſi, Proceres, ultróque ſequuntur,
Scire avidi, quæ iuſſa ferat, quóve omine firmet.
Ille in ſeceſſu nemorum, lucóque reducto,
Confertis ubi tuta ſilent myſteria ſilvis,
Exponit noménque Dei, mandatáque promit,
Pollentémque manu quatit ad miracula Virgam.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI SECUNDI

Argumentum, & Synopſis.

COACTO Furiarum concilio Iannem, & Mambrem Magorum Principes Satanas inaugurat: donatos magicis virgis eos in Regiam deportat per Paredros Dæmonas, ut eorum præſtigiis vera Moſis miracula eludat. Auget ſævitiam Pharao denuntiato per Moſem Dei mandato: mutatur Virga in ſerpentem; eo prodigio Magorum præſtigiis eluſo: infligitur Ægyptiis prima plaga mutatis omnibus aquis in ſanguinem: unde mortifera hominibus, & pecori ubiq; ſitis. Succedit ſanguini ſecunda plaga evocatis è fluvio ranis in omnes domos. Hæc tria miracula celerrimo Dæmonum miniſterio ſimulant Magi; ſed plagis mederi non poſſunt, aut reſtituendo fontibus puros latices, aut ranas depellendo: medetur utriq; Moſes divinâ poteſtate; quam admiratus cognoſcit Pharao ex Amyntore vetere aulico fortunam Moſis variam à primo ortu ad fugam uſque ex aula ob cæſum Ægyptium. Perſpicua eſt allegoria in Satanæ molitionibus per Magos adversùs Eccleſiam, & Pharaonis ſævitia in Iſraëlitis vexandis, & avertendis à à Dei cultu: naſcens Eccleſia Magorum machinas in Simone, Elyma, & aliis ſenſit, & in exitu mundi iterum experietur ſignis & prodigiis mendacibus per Dæmones Antichriſti miniſtros, 2. ad Theſſal. 2. 9. Matth. 24. 24.

1. Cœtus Cacodæmonum, & conjuratio in regnum Chriſti, & libertatem Sanctorum.

2. Satanæ ſuperbia, & ſolatium invidiæ ex ruinis hominum.

3. Nocendi inſatiabilis libido. Sed eam ſuperior poteſtas, quæ permittit, moderatur, & certis finibus circumſcribit, ut ad experimentum ſuorum, ut *faciat cum tentatione proventum.*

4. Jannes & Mambres Magorum Principes, qui 2.

 ad

ad Timoth.3.8. Moyſi reſtiterunt, advehuntur in Concilium Furiarum. Semper hæc peſtis in Principum aulis curioſa ſectantibus pernicioſa fuit,& ſpecioſis tamen titulis pretioſa.

5. Eorum improbitas non obſcura ex ipſa facie: mala mens nequior ipſo magiſtro Dæmone.

6. Inauguratio poſtico capri oſculo, & ſtigmate:poteſtas ab aſſiſtente Dæmone, oppignerata ſigno aliquo, aut verbo ex pacto magico. Iſti donantur virgis magicis, quibus inequitantes feruntur in regiam.

7. Moyſes ad Pharaonem admiſſus mandatum Dei de triduana profectione populi denuntiat, Exod.5. 1.

8. Pharao ignorans Dominum, interpellat Moyſem.

9. Moyſes Regem docet, quis, & quantus ſit Deus Hebræorum à ſpectabili opificij divini magnitudine,& viva ejus imagine humanæ menti impreſſa.

10. Extruditur è regia Moſes: penſa populo augentur negatis paleis, ne de religione cogitet. Exod. 5. 4.

11. Cæſi atrociter Hebræi operum præfecti, deſperabundi expoſtulant. Finguntur 300. loris ſecti coram Pharaone queri de ſævitia Exactorum: exturbantur irriſi à Rege. Exod. 5. 16.

12. Queruntur de Moyſe & Aarone, tanquam incentoribus iræ regiæ in Hebræos. Exod. 5. 20.

13. Redit ad Regem Moyſes cum principibus populi: Dei mandatum iterat, Exod. 5. & 6.

14. Rex paulò moderatior ſigna legationis poſtulat: Aaron Moſis iuſſu virgam excutit, Exod. 7. 9.

15. Virga momento mutatur in verum ſerpentem: ſtupet, trepidatque Pharao, & Proceres.

16. Magi plurima thraſonicè promittunt miracula: placet ſimilitudo prodigij: cantatas virgas videntur in ſerpentes mutare: re verà pro excuſſis eorum radiis Paredri Dæmones celerrimè ſerpentes ſubſtituunt.

17. Moſaïcus ſerpens regnat in mediis magicis, eóſque juſſus devorat, & fit draco; ſed cauda apprehenſus à Moſe in virgam redit.

18. Allegoria ſerpentis Moſaïci de Chriſti regno, quod conjurata alia regna omnia evertet, ex Pſalm. 2.

19. Du-

Digitized by Google

19. Duritia Pharaonis frangenda primo verberis ictu; denuntiatur ei manè ad oram fluminis prima plaga ſanguinis, & ſtatim infligitur, Exod. 7.

20. Magi ſanguinem ſimiliter ſpondent: ſed niſi aquam ad experiendum præbuit illis Moſes, (quod non eſt probabile.) Dæmones, ut hîc fingitur, ſimulantes regios ephebos illam pelvibus inferunt aliunde, ut fucum faciant Ægyptiis Magi volentibus illudi: pro aqua igitur ſanguinem ſupponunt Dæmones eadem celeritate, dum præſtigiatores vanis cæremoniis tenent oculos ſpectatorum.

21. Magis inſultat Moyſes, quos oportuit aquã potiùs in ſiti præbere Ægyptiis, quam augere ſanguinem.

22. Mors piſcium ubiq; funeſtat aquas, & corrumpit.

23. Sitis miſeranda tota Ægypto ſolis Ægyptiis; neceſſitas ſolertiam acuit ad exprimendas puras aquas in remedium ſitis perexiguum. Hebræis interim, & eorum pecori liquidiſſimi manant abundè fontes.

24. Fingitur Nili cruenta ſpecies in ſomnis objecta Memnoni Antiſtiti Nymphæi, in quo fuit ille olim puteus & columna notatis fluvij ſurgentis incrementis per cubitorum intervalla; unde tota Ægypto cognoſcebatur annonæ, vel ubertas, vel ſterilitas, plùs, minúſve, aut nimiùm creſcente Nilo. Indicat cauſam ſuæ cladis Nilus merſos olim Hebræorum mares.

25. Aquas Ægypto reſtituit Moyſes die ſeptimo.

26. Ranarum plaga denuntiatur & infligitur: quam imitantur etiam Magi illatis à Dæmone ranis, ſed ſtupidis, & ignavis: cùm Moſaïcæ bellicoſæ eſſent, & infeſtiſſimæ Ægyptiis.

27. Importuniſſimæ & moleſtiſſimæ ubique ranæ, harpyiis ſimiles Pharaoni in tricliniis, & thalamis ſine remedio.

28. Pharao ſpondet dimiſſionem populi, ſi depellantur ranæ.

29. Fugantur Moyſis arbitrio condicta Regi die: redeunt in paludes, aut moriuntur ſtatim, & ſepeliuntur ab Ægyptiis.

30. Pharao admiratus poteſtatem Moſis ignoti antè

in Ægypto hominis, quærit ex aulicis de viri tanti genere, & fortuna. Fingitur Amyntor grandis natu ea de Moyſe narrans, quæ ex matre Saï puer audierat de ortu, & expoſitione Moyſis: Saïs autem una ponitur de puellis honorariis Reginæ Merris, ſeu Thermutis, quæ Moyſem infantem ex aquis ſuſtulerat.

31. Spes, & vaticinia de puero Hebræo naſcituro, qui ſuos liberaret: fruſtrà Dei conſiliis ſuos conatus opponunt mortales: id notum ſatis Ægyptiis ex fortuna Joſephi venditi. Conſilia Regis Amenophis impia de opprimendis Hebræis.

32. Moyſes natus ſervatur à parentibus ſpe concepta ex elegantia vultus infantuli.

33. Trimeſtris exponitur à matre Jochabeta, non ſine lacrymis, & bonæ ſpei omine.

34. Maria pueri ſoror, puella ſeptennis, obſervans rei eventum nutricem fratri advocat optimam matrem ipſam infantis, quē Regina Merris è naufragio ſervârat.

35. Commendatur Jochabetæ matri nutriendus.

36. Depulſus à lacte redditur Reginæ, regificè in aula inſtituendus omni ſapientia Ægyptiorum.

37. Tentatur puerile ingenium, ut fabulati quidam cum Rabbinis, oblatis carbonibus candentibus cùm Chenephris diadema ſibi impoſitum proculcâſſet: inde aduſtis labris Moyſi poſteà balbuties Rabbinis fictâ causâ.

38. Prudentia in eo eminebat, & fortis bello virtus: bellum Æthiopicum eo duce geſtum, ut ſcripſit Joſephus: ſed paulatim deficiebat ab aula ad Hebræos ſuos divino impulſu, quo jam erat deſignatus eorum ductor. Ad Hebr. 11. Actor. 7. 24.

39. Ægyptium præfectum occidit, & abdit infoſſum ſabulo.

40. Ea cædes vulgata auxit invidiam Regis & Vatum, cùm jam ab aula ad Hebræos defeciſſet. Certa Oraculorum fide ex eventis, hortatur Amyntor Pharaonem, ut Hebræos cum Moyſe ad ſacrificandum dimittat, ne gravius aliquid patiantur Ægyptij.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

MAGI ET PLAGÆ DUÆ PRIORES MOYSIS,

FORTVNA ET AGNITIO.

TÆNAREI intereà Regnator lividus antri, 1. Concilia Satanæ.
Qui mare perpetua terráſque indagine cingit
Circumiens, torviſque oculis lata omnia limat;
Senſit enim iuſſis hilares, & munere cœli
Reſpirâſſe pios, nec ſpes prenſare caducas;
Id metuens, dirum iratis inſibilat hydris,
Conciliúmque vocat Furiarum informe ſub auras,
Multus ubi iunci viror, & fluvialis arundo, Iob. 40. 16.
Pubentéſque toris invitant mollibus herba,
Furváque ferales conventus protegit umbra.
His ſolitus ſtabulare locis, & cogere cœtus
Lucifugos, Thyaſis pœnas lenire ſequaces
Si queat, aut lateri hærentem divellere flammam.
Ilicet audito concurrunt Tartara ſigno, Curia Satanæ qualis.
Et nigra non tardis glomeratur curia larvis
Horribiles viſu rictus; commixta ferarum
Ingenia, & ſparſi confuſo in ſanguine mores.
Vulpibus aptantur tigres; Sirenes hyænis:
Virginei vultus hamantur brachia chelis,
Cruráque conſertos ſquamis torquentur in angues.
Luxuria nexa eſt rabies, violentia fraudi;
Invidiæ ſimulatus amor; pellacia letho:
In Superos hominéſque doli, & furor omnibus idem:
Coniurata odia, & ſtimulis immanibus ira;
Sed non par odiis, frendénſque in vincla poteſtas,
Indignata premi flammis, & carcere cæco.
Ipſe pater ſcelerum in mediis in Gorgone tota Satanæ facies.
Horrendus, quantóque ſolet ſub nocte profunda
Tiſiphonem quatere, & diras ſerpente ſorores,
Furorúmque ſuper latera inſultare gigantum.

Horreſcunt furiæ, ſuadétque ſilentia terror.
Apoc. 13. 5. *Vix aperit fauces, & fumo undante voluta*
Infandis furit in cœlos Blaſphemia diris,
Obſcœnis cui torva ſcatent bufonibus ora,
Vibratique fremunt ab amaro pectore dentes.

2. *Nil agis, Arctoi ſolij ſæviſſime vindex,*
Rabies in Chriſti regnum. *Nil agis: haud invitus habe, quos cedo, Triones,*
Algentémque plagam Boreæ, mihi regna ſecundæ
Sortis, & inſeſſum populoſis mœnibus orbem
Imperio frænare placet, cœlique ruina
Creſcere; dum noſtris tuus undique transfuga ſignis
Additur: hîc primas, quàm cœlo habuiſſe ſecundas
Maluerim. Quà terra patet, quà tenditur ingens
Oceanus, mihi thure calent, & ſanguine templa;
Et mea purpurei lambunt veſtigia Reges,
Captivaq; implent Stygia undique retia gentes.
Iactu uno populos omnes, atque omnia mundi
Imperia implicui; quin hamo penſilis uno
Capta ſimul natura hominum mihi palpitat omnis,
Fruſtráque infixum cum pomo reiicit uncum.
Hebræi vix una domus te agnoſcit apellæ,
Relliquiæ infauſti generis, quas perdere certum eſt
Funditùs, & noſtra in gurguſtia trudere naſſa.
Habac. 1. 16. *Hanc Pharao mihi navet opem, Stygiaq; ſagena*
Immolet, efficiam: magicas accingier artes
Tempus, & arma armis, monſtriſque opponere monſtra;
Fratribus & geminis, geminos committere fratres
Colchiaco inſignes cantu, virgáque potentes
Circea irruptis Manes excire ſepulcris,
Palantéſque polo in barathrum devolvere ſtellas.
Ergo agite, Orcini Proceres, ut cuique nocendi
Ingenium, & ſolers fraudum in certamina virtus,
Quod laſas deceat Furias decernite factis
Egregiis: tota pariter pugnemus opum vi
Eruere hanc gentem, cœlique exſcindere regnum;
Hoc res ſumma loco; redeunt huc omnia fati
Conſilia, hinc pendent: nec habet fortuna regreſſum;
Si ſemel Hebræam licitum convellere gentem.
Hoc volui in primo naſcentis ſtamine mundi;

Digitized by Google

Hoc deinceps conatus idem; & conſtanter in ævum
Extendam iurata odia, & ſine fœdere bellum:
Si nequeo vacuare polos, Phlegetonta replebo,
Et caſus cumulabo mei in ſolatia caſus.
Sic ait, & ſpumam emulgens ſerpentibus atris **3.**
Proiicit in turbam Furias, ultróque frementum **Libido**
Aggerat invidiam: diris ululatibus Orcus **nocendi.**
Horruit, inque novos Phlegeton ebulliit ignes.
Volvitur aſſenſu murmur; ringuntur, hiántque,
Et roſtris prædam increpitant: ceu dira volantum
Agmina, qui longè litues, pugnáſque ſequuti
Trans Scythicum Boream ſtragis nidore trahuntur,
Cæde virûm, ſimul ac ſtravit Mavortia campum
Tempeſtas, rubeiſque undant arva impia rivis,
Incubat extemplo nigris exercitus alis
Luxurians partis epulis ſcelerata per arma,
Clangeréſque ciet, roſtriſque immurmurat uncis.
Haud ſecùs inferni exultant lactante rapina
Vulturii, bellóque acuunt, & cladibus ungues.
Iámque Pharum invadant Furiæ, Geſsémque procellâ
Miſcuerint, terrámque polo, niſi fræna libido,
Nequicquam luctata Deo, certóſque nocendi
Acciperet fines; noxiſque potentiùs utens
Conſilia in meliùs deflecteret improba Numen,
Vipereiſque ſacram panaceam excerperet extis.
Ecce autem obſcurum volucres per inane Paredri **4.**
Improviſa virûm important ſimulacra duorum, **Iannes &**
Conventúque locant medio; noctem ingravat horror, **Mãbres,**
Monſtriſque aſſuetas nova forma exterruit umbras; **Magi ad-**
Deceſsêre loco Furiæ, ſimul impia Iannes **vecti.**
Ora palam, Mambréſque tulit; confeſſáque vinci
Tartara Chuzæis cedunt obnoxia pactis.
Rex ipſe aſſurgens ſolio capita improba mulcet
Atque ait. O Stygii potiora columina regni,
Macti animis, meritiſque viri, quorum omnia Manes
Arbitria accincti explorant, & iuſſa capeſſunt.
Vos ingens dudum ambit honos, & purpura ſupplex,
Et Pharaonis opes, ſtudioſáque gratia Regum.
Vos ego venturis celebres producere ſæclis,

Mirificáſque paro iam nunc clarare per artes:
Nam rem tempus agit. Procerum cingente corona
Hebræos Pharao fratres expectat in aula,
Quæ Superûm mandata ferant, quæ fœdera poſcant.
Vnam Erebo date nunc operam: ſtate omnia contra
Conſilia, & paribus monſtris eludite monſtra
Audentes, freti auxiliis & Numine noſtro.
Quod ſupereſt, cuncta ipſe regam miracula dextra hac,
Et tumidi contrà Regis præcordia ſtringam,
Pectus ut invicto præcinctum adamante rigeſcat;
Nec monſtris, nec verberibus cor molliat ullis.
En famulæ, celeréſque manus, quibus omnia parent,
Nec ſpatia illa moras faciunt, aut corpora tardant;
5. Magorũ nequitia, & mala mens. *Militia hæc veſtra omnis erit. Sic fatus utrumque*
Cantatis donat radiis, & ſtigmate inurit.
Hîc verò obſcœnam Iannes à fronte reducens
Canitiem, oſtendit rugas, deraſáque menta,
Vulſa ſupercilia, & malas, naríſque repandæ
Roſtrum ingens, & ſulcati palearia colli,
Invidiáque obliquam aciem: Telchinius intus
Livor edit, pavitánſque micat formidine pectus:
Eminet in vultu mala mens, atque obſidet ora,
In ſpeciem quidquid ſimulent vaga gaudia frontis.
Cur hortaris, ait, queis una nocere voluptas,
Et Solem cœlo, & pacem convellere terris,
Et vetus in chaos abrupto quatere ordine mundum?
Currimus iniuſſi; & ſtimulos currentibus addis?
Nequitiæ modus hic nobis ſuperâſſe magiſtrum:
Nec dubium eſt, an plus poſcas, an plura paremus?
Imus in Hebræos iuſſi, nec iuſſeris, imus.
Exoſas cœlis animas addiximus Orco.
Quid ſupereſt, niſi, quod facimus, facere ocyùs? ergo
Aut ductor præverte viam, aut ſequere antevolantes.
6. Inauguratio nefaria. *Dixit, & infando ritu poſtica ſceleſtus,*
Horreſco referens, Stygio tulit oſcula capro;
Polluit os ritu Mambres inceſtus eodem.
Mox magicis equites virgis liquido aëre vecti
Antevolant Euros agiles, & nubila findunt:
Quáque volant, pariter Furiarum millia circum

Denſa

Digitized by Google

Denſa nube fremunt, ſcelerati exercitus Orci.
Qualia rupe cava crabronum examina fumo **Crabronum ſimiles larvæ.**
Per latebras undante vapor turbavit, apertis
Funduntur ſpecubus, ſtimuliſque globantur amaris,
Et Martem ſtridore cient, cæcique feruntur
In pugnam, Soliſque facem ſpiſſo agmine condunt.
Haud aliter Stygias agitant furor, iráque larvas.
Et iam tecta ſuper Paredri regalia pendent:
Molliter adductis equites luctantur habenis,
Acclives, lentique volant, aulaq; propinqui
Deſiliunt, ſolito Procerum ſéque agmine miſcent.
Iámque introgreſſus Moſes Pharaona ſuperbo **7.**
Effultum ſolio, poſtquàm data copia fandi, **Moſes ad**
Alloquitur: Pharii arrectis circum auribus adſtant. **Pharaonẽ admiſſus.**
Nec faciles orandi aditus, aut mollia captat
Principia, aut pavitans lingua haſitat, aut tremit artus:
Sed plenus præſente Deo non molliter inſit.
Rex Regum, Deus omnipotens, ſolemnia ſacra
Iſacidûm indixit genti; nos illius ergo
Ire iubet triduum Phariis procul omnibus agris,
Extra urbes, finéſque tuos, ubi libera ſolis
Relligio tranquilla locis altaria ponat,
Ritibus & quos ipſe Deus mandârit, adoret.
Illius hæc mandata tibi denuntio, coram
Principibus, populóque tuo; patere ire ſolutos,
Atque opera interrumpe parum; nil ſanctius uſquam eſt
Quàm parere Deo, & iuſſis ſacra ſolvere votis.
Iam ſolio propior Iannes afflârat Erinnyn, **8.**
Et Regem inſano ſævus ſtimulabat aſilo, **Pharao**
Quo ſibi iam tumidus malè temperat, orsáque rumpit. **iratus nuntio.**
Quæ mihi ſacra, malum! quæ tu ſolemnia narras?
Quis Deus iſte autem? quænam hæc inſueta Canopo
Relligio? quianam Iſiacis incognita templis?
Non ſatis Ægypti patet in donaria tellus?
Nec patrii genus omne Dii, quos magnus Oſiris,
Quos Apis, quos ipſe tholo dignatur Anubis;
Tótque locis poſitæ venerantur odoribus aræ?
Tu mihi neſcio quæ peregrina, ignotáque fingas
Numina, furtivóſque procul Mareotide cœtus?

Per-

Pertentéſque fugam divina obtendere pompa?
Nec tuus iſte Deus notus mihi; nec nova ſacra;
Nec penſis operum Hebræos, nec compede ſolvam.
Nam Deus iſte quis eſt? cui me ſummittere faſces
9. **Moſes docet, quis ſit Deus.** *Imperii ſic ipſe iubes? His talia contrà*
Subiicit Moſes. Vtinam, Rex optime, ſummum,
Atquè ita ſim felix, ſtudeas cognoſcere Numen
Hactenus ignotum. Nempe, hæc via ſola ſalutis
Nôſſe Deum, tanto ſolus qui nomine dignus
Conſortem nec habet, rivalem nec timet ullum;
Qui mare, qui terras, magnique volumina cœli
Deprompſitque ſinu bonus, & nutu extulit uno
In ſpeciem hanc mirandam oculis, mentique ſagaci
Artificis nomen clara ceu voce loquentem:
Eius opus, quodcunque vides: & plurima ſenſus,
Quæ fugiunt occulta tuos, ſeu corpora conſtent
Materia, ſeu ſint habiles ſine corpore mentes;
Quas tamen ex notis fas explorare figuris.
Sed non ulla Dei ſpecies magè vivida ſpirat,
Quàm, quæ impreſſa animis hominum reſplendet imago;
Illa refert vivos vultus, illa arguit ora
Artificis, validáſque manus, mentiſque ſupremæ
Conſilium, luteo ſpirans in corpore ſervat.
Hunc adeò neſcire Deum inſipientia certa eſt.
Noſtrorum eſt Deus ille Patrum, cui ſanguinis author
Fœdere devinctos docuit ſervire nepotes
Abramidas. Nunc ille iubet manifeſta ſequutos
Auſpicia ire Pharo; & monſtrati in vertice montis
In flammam iugulare boves; libamina ferre,
Et luſtrare ſuam per certa piacula gentem
Horrendis adigit monſtris; ne fortè morantem
Peſtilitáſve, faméſve, aut cæci inſania ferri
Cladibus abſumant populum, ut portenta minantur.
10. **Extruditur Moſes.** *Talibus inſano gliſcit violentia Regi,*
Elatáque manu quatiens cum vertice ſceptrum,
Cur populi reſides animos, plebémque quietam
Solicitatis, ait? ceſſant: Genióque ſoluti
Ducere Bacchanal poſcunt altaria circum,
Saturnique agitare dies. Ignavia vobis

Relligio

Relligio eſt, Deus abdomen, gula vaſta Sacerdos.
Sic ait, auláque extruſos ad penſa remittit
Fœdatos ignominia, probriſque pudendis
Cœli Oratores, hominum, Divúmque ſequeſtros.
Heu lævas procerum mentes! improvida Regum
Conſilia! heu quantum poteras, Ægypte, malorum,
Quàm facili vitare via? plectêre ſuperbos
Principis inſani faſtus, ſervilis & aulæ
Ludibria, atque iſtos magno mercabere riſus.
Vrget adhuc iuſſis Pharao, accenditque furentes.
Cernitis, ut creſcat proles Abrâmia damnis; Onera
Nec proſit merſiſſe mares; nec longa laborum nova im-
Coctilibus muris ſeries compeſcere poſſit poſita.
Frondentem generis ſobolem? Quid, ſi otia dentur,
Immunémque operum plebem indulgentia laxet?
Et feſtos ſinat ire dies, quem prodiga gentis
Luxuries finem accipiet? qua deinde poteſtas
Sufficiat populi immenſam deflectere molem?
Cùm numero augeſcunt vires, audacia creſcit:
Hinc timor eſt, noſtris ne ſe induat advena regnis,
Et dominis ſervi imperitent: tum ſanguine herili
Eluerint ſordes; & iam cervicibus inſtant.
Ergo agite, huc mecum vigiles intendite curas:
Nec mora, nec requies feſſis danda hoſtibus ulla:
Conquirant ipſi paleas, virgultáque vellant
Aſſiduis alimenta focis; nec penſa remittant
Propterea, aut laterum numero decedere quicquam
Suſtineant præfecti operum; nec verbera ceſſent,
Si quiſquam ceſſator erit: ſic, nempe, premendum
Servitia, in dominos ne fœda licentia ſurgat.
Accipiunt plauſu Proceres feralia iuſſa,
Acclamántque ſuis Regi de menſibus annos;
Tales eſſe Deûm ſenſus, & talia verba.
Et iam fama volans miſerorum ergaſtula complet: II.
Regia non ſegnes urgent edicta miniſtri, Augentur
Promulgant, figúntque cruces, duplicántque laborem, & verbe-
Et fodiunt coſtas operarum, & verbere ſcindunt. ra.
Fervet opus, mutóque metu triſtiſſima paſſim
Sævitiæ Iſacidum vultus deiecit imago.

Nec

Nec fas ingemere, aut lacrymis vulgare dolorem.

Præfecti Hebræi loris ſecti.

Principiò Tribuum primos, miſerabile viſu!
Pœnarum in ſpecimen laceros crudeliter artus
Traducunt populo coram, & per compita raptant.
Tercentum è numero, manantia ſanguine largo,
Tergáque, pectoráque, & fœdati immaniter ora
Carnificum elapſi manibus, miſerando ululatu
Regem adeunt, altiſque aulam ſingultibus implent,
Et clamante ſimul vocem cum ſanguine tollunt.
Non penetrant voces animum, nec corda tyranni:

Querelæ ad Regẽ. Exod. 5. 16.

Sanguinis at clamor volat altiùs, aſtráqu e pulſat.
Heu! ſiqua eſt pietas cœlo, aut clementia terris!
Innocuos miſerare, ô Rex; aut perde nocentes
Convictos: ſed perde ſemel: quæ noxa? quis error?
Quid famuli meruêre tui? Si pacta fides eſt,
Obſequiiſque tuis iuratam ritè tenemus,
Et ſcelus eſt iurâſſe fidem, & pietate teneri,
Quin morimur confeſſi omnes? Quàm ſæva, volentes,
Conditio, non poſſe mori? Heu! per lenta malignis
Protrahimur tormenta odiis! ſævúſque ſatelles
Adiicit ad pœnas cum vita extendere mortem,
Sævitiaq; tua obtendit, Rex optime, iuſſa!
En laceros loris artus, & hiantia membra
Verberibus, certa obſequii veſtigia noſtri;
Nec plùs poſſe operas, quàm quod cum ſanguine ſolvunt;
Plùs tamen exigimur: ſupereſt unum: exige vitam:
Hanc & ſponte dabunt miſeri, lucróque reponent
Otia nanciſci letho, & finire dolores,
Infelix opus, ingratámque abrumpere lucem.

Exploduntur à Rege.

Has lacrymas, queis vel tigres, vel ſæva leonum
Pectora, vel Rhodopes poſſint molleſcere ſaxa,
Deſpicit inſultans Pharao, atque immitis acerbat.
Sic decet urgeri pecus ad præſepia torpens,
Otiáque ignavis avertere marcida tergis,
Conſertáſque ſinu his ſtimulis divellere dextras.
Ergo ad opus properate alacres: vos ipſa fatigant
Otia, & ignavis ludos, pompáſque ſacrorum
Iniiciunt animis: corio ſic ludere veſtro
Collibitum eſt, niſi penſa manus conſueta laborent;

Præ-

Digitized by Google

Prætereáque operi ſtipulas & ligna miniſtrent.
Sic fatus vultum avertit, mutóſque relinquit. 12.
Obvius occurrit cum fratre ad regia Moſes Querelæ
Atria, quos contra verba indignantia iactat populi, &
Plagarum impatiens dolor, & ſic ore laceſſit: murmur
Quod noſtrum eſt in vos facinus? quod ſanguine tanto in Moſē.
Crudelis fratrum pietas ulciſcere crimen?
Aſpice nos, ſcelerum Vindex! age, diſcute cauſam,
Iam furiis, iam dede reos. Quid pace profunda
Iſacidas placidum vobis turbare fruentes,
Et ferrum, causámque odii præbere Tyranno?
Regaléſque iras iugulis immittere noſtris?
Nominis Hebræi per vos infamia flagrat,
Et per vos flammata odia hæc, quibus urimur omnes,
Ambitio veſtra hunc nobis exſuſcitat ignem,
Importátque faces tectis, & ventilat ultrò.
Ite procul, vani Vates, fallacibus umbris
Ludere deliros: ſinite hîc nos pace potiri.
Ingemit, & linguis Moſes ignoſcit amaris
Illacrymans; séque incuſat, paucíſque precatus
Ad cœlum duplices palmas cum voce tetendit.
His igitur, Pater omnipotens, nos deſeris orſis? 13.
Hæc tua magna fides, quæ nunc me in ſtrage meorum Moſis cō-
Obruit invidia, & cognato ſanguine fœdat? miſera-
Me miſerum! quin ipſe luo? nil iſte, nec auſus, tio.
Nec potuit populus: tua ego mandata loquutus
In furias egi Satrapas, animúmque tyranni,
Ferreáque ipſe dedi in noſtrum caput hoſtibus arma.
Id metuens, onus hoc ſemper, ſcis ipſe, refugi
Imparibus portare humeris: tua dextera adegit,
Auxiliique fides. Vbi nunc miracula flammæ,
Intérque ardentes ſpina illibata favillas?
Talibus orantem ſubit impetus æthere ab alto
Conſilium cœli inſinuans, ſeriémque laborum,
Queis attrita Pharos ſerò ingemat; & ſimul ingens
Lumine fatidico ſtimulat fidentia pectus,
Inceditque animos querulorum, & robore firmat.
Ergo alacer præit ipſe viam, primúſque ſuperbos
Aulaï irrumpit poſtes, séque arduus infert,

Horta-

Hortatúrque ſequi ſocios, & ſe addere teſtes
Divinorum operum, fidóſque advertere ſenſus.
Affatur paucis, Arone Interprete, Regem,
Aurea cui tereti dicenti copia lingua,
Puráque de liquido demanant gutture mella.

Aarō, Interpres Moſis apud Regem.

Ne, Pharao, ne iuſſa Dei manifeſta moreris
Ampliùs, & cœlo ſurdam ne averteris aurem.
Nec tibi, nec Phariis ſera experientia regnis
Profuerit: ſapient veſtris ſacla altera pœnis,
Et tua dediſcent faſtus per damna tyranni.
Nam, quæ uſquam terrena polis impunè poteſtas
Reſtitit? aut pacem offenſo ſibi Numine ſanxit?
Magnanimo vilem ſatis eſt ſtraviſſe leoni
Victimam, & ire ſuper, trepidaq; relinquere vitam.
At ſi fortè duces armenti, audacia contrà
Cornua ferre auſint; exſertat protinùs ungues,
Et totam avulſos rabièm conſumit in armos:
Quamvis colla cruor gravet undique, tabe madentes
Erexit tamen ira iubas, ſtragique ſuperſtes
Crudus anhelat adhuc mediis in cædibus horror.
Haud aliter Deus aſſuevit tractare rebelles,
Et veniam dare ſupplicibus: quando integra res eſt,
Cede Deo, iámque intentum tibi ſuſpice ferrum.

14. Signa petuntur à Rege.

Vocibus his compreſſa parum vis effera Regis,
Argumenta rogat fidei, iam mollior ira,
Authorémque Deum haud dubiis oſtendere ſignis
Imperat Hebræos coram, aula iudice, fratres.

Protinùs auguſto vultu, caniſque verendus,
Numinis inſtar habens, vibranti lumine Moſes
Proceſſit, radiique manu faſtigia quaſſans
Sublime oſtentat fatali ex arbore lignum,
Et tacitus fratris dextræ inſerit: accipit Aron
Fraterno nutu radium, & mandata Tonantis.

Tum ſic orſus ait: Si nos, Rex optime, ſummi
Numinis hîc iuſſu, te coram adſtamus, & aula,
Quod Proceres, populúſque vident; ſi iuſta iubemur
Sacra Deo ferre, & Phariis excedere campis,
Monſtratóque iugo caſtis operarier aris;
Sic vobis ſit ſancta fides, ſit ſanctáque nobis:

Ilicet

Ilicet hæc excuſſa manu, quam cernis ab ipſa
Avulſam radice olim, vitâque carentem,
Exſuccam, ſterilem, & rigidum ſine cortice lignum;
Ilicet, hæc, inquam, vivum vertatur in anguem
Ante oculos, intérque pedes qui lubrica veſtros
Terga rotans, lapſu, & ſpiris undantibus erret.
Dixerat: excuſſam dextra abiicit: illa repentè 15. **Virga in ſerpentē.**
Vertitur in colubrum, rutilis cui cærula ſquamis
Colla tument, criſtatus apex intermicat auro,
Lucent purpureæ per terga nigrantia guttæ;
Et ſublime caput trifidis ſecat aëra linguis:
Sibilat, & ſinuoſo aſarota volumine verrit.
Horreſcunt Pharao, & Proceres, latâque corona
Abſiſtunt circum trepidi: micat anguis in orbem,
Et circum trepidos cauda adſultante volutus
Summovet inſtantem turbam, terrétque veneno:
Sed mordere vetat Vates, avidúmque coërcet:
Cantibus haud tamen eſt Marſorum obnoxius ullis.
Diffugerent confertim omnes: ſed carmine Mambres,
Pſillæóque potens Iannes medicamine, ſiſtunt
Præcipites, ſtántque in mediis & voce morantur.
Quis pavor, ô Cives? quæ vos ludibria terrent? 16. **Magi mira promittunt.**
Artibus hîc prorſus nihil inſuperabile noſtris:
Securus ſedeat Pharao, iubeátque, quid optet,
Quid malit ſpectare oculis: an currere montes?
Avulsáſne ſuis deſcendere montibus ornos?
An ruere ex alto ſtellas? trepidámne coactis
Huc Hecatem properare rotis? retrò ire iugales
Luciferi? an Solem plena delinquere Luna?
An rediviva ſuis exire huc oſſa ſepulcris?
Nam colubros facile eſt verſis producere virgis.
Annuerit Pharao, mox hæc ſerpentibus aula
Bulliet, anguicomæ ceu crine referta Meduſæ.
Hoc placuit ſignum, ut per facta ſimillima Moſi **Magorum virgæ in colubros.**
Vaneſcat detracta fides, ceu ludicra monſtra.
Procedunt magicis donati à Præſide ſceptris,
Lymphati furiis, & verum obnubere fuco,
Et ſpectantum oculis fallacem obtrudere fumum.

Ordine proiiciunt radios: ſalit ordine ſerpens
Dæmonũ celeritas in præſtigijs. Protinùs, & medio vaneſcunt aëre virgæ.
Vix tetigêre ſolum, apparent pro fuſtibus angues,
Mentitúrque oculis præceps in turbine motus,
Quo rapiunt teretes Paredri medio aëre virgas,
Subſtituúntque angues; pro ligno tortile monſtrum
Labitur ante oculos, & pectore marmora lambit.
Præſtinguunt aciem celeres, ludúntque miniſtri,
Obſcurique micant agiles curſu, atque recurſu:
Vſque Syenæis angues portantur arenis.
Miracula theatrica. Ingeminant plauſum Proceres, populíque corona.
Haud aliter Graiis illuſit ſcena theatris,
Ludicra cùm poſitis intraret turba cothurnis,
Et tetricos interſereret diverbia ludos,
Et quaterent caveam vana ad miracula plauſus;
Seu quis Dædaleis enâſſet ad æthera pennis,
Sive quis immani viſus manducus hiatu
Vervecem vivum crepitantibus abdere malis.
17. Haud ſecùs applauſêre Magis: iámque aula colubris
Serpens Moſaïcus regnat in turba. Vndat, & implexis luctantur nexibus angues:
Sed medios inter ſerpens Moſeïus hydros
Volvitur, ut vacuo regnans baſiliſcus in antro.
Dant humiles, trepidíque locum, longéque recedunt;
Ceu metuant apicem, & ſurgentes vertice criſtas.
Fruſtrà illum Iannes tentavit rumpere cantu,
Feralem fruſtrà ſuper unum immittere turbam;
Stat vigil, & nullo demittit lumina ſomno;
Nec fas Colchiacis vigilem exarmare venenis.
Ludibriis Regem ut magicis concedere Moſes,
Ambiguámque fidem veri vaneſcere ſenſit,
Inſultare Magos, ſtolidúmque applaudere vulgus:
Si meus, inquit, habet veras à Numine vires
Supremo, cuius miſſu tibi nuntius adſum,
O Pharao, mandata ferens certiſſima cœli,
Iam nunc iſte meus veſtros draco devoret angues.
Devorat magicos. Vix ea fatus erat, iam faucibus ignea ſerpens
Vipeream invadit turbam, laceràtque, voràtque
Imbelles torpore feras; fruſtrâque retortis

Suppli-

Digitized by Google

Suppliciter ſpiris, & opem ſtridore petentes:
Sed neque opem Iannes, neque opem pote carmine Mambres
Porrigere, Hebræi pereant ne dentibus hydri:
Nec Moſem contra Stygiæ audent hiſcere larvæ.
Anguinea iam nullus erat de gente ſuperſtes;
Relliquiæ hoſtiles nullæ; victórque ceraſtes
Moſæus; tamen uſque minas, & prælia ſpirat.
Correptum extrema Vates levat agmine cauda Redit in Virgam.
Intrepidus, tactúque manus, mirabile dictu!
Reſtituit Virga, colubro ceſſante, figuram.
Obſtupuit viſu Pharao: ſed cæca viri mens
Aſſignat magicis divina oracula pactis.
Nec capit Hebrææ genti coaleſcere regnum, 18.
Fata regente Deo, & mittendum ex æthere Regem, Allegoria
Iſacia ſtirpe, & patria Deitate tremendum: ſerpentis
Quamquam humilem ſpecie, & ſerpentis imagine tectũ, de Chriſti regno.
Indutum exuviis mortalibus, inque ſepulcro Pſalm. 1.
Fatali è ligno reptantem in pulvere vermem,
Quem contra Regéſque fremant, populique rebelles
Coniurent cæci, & meditentur inania bella,
Armáque victori demum paritura triumphos.
Nam mox ille humilis, ſpretúſque in pulvere ſerpens
Exeret in Reges iras; ſceptra omnia mundi
Conteret, abſumétque prece implacabilis hoſtes.
Tum patrio victor placido reget æthera ſceptro:
Tum ſociis ſpolia ampla, & victa morte perennes
Dividet exuvias, & opima pace beabit.
Portentum Iſacidæ agnoſcunt, docet omnia Moſes,
Fatorúmque arcana movet: ventura ſalutant
Secula, ſpe læti, fideique in lumine vivunt:
Intereà Regi, & Pharius nox incubat atra.
Ergo ubi nulla fides verbis, ad verbera tandem 19.
Ire Deo viſum plagiſque intendere dextram. Plagæ infligendæ.
Quid fieri velit, & ſeriem rerum ordine certo
Exponit ſera Moſi de nocte precanti:
Fluminis ad ripas primo ſe lumine ſiſtat,
Queis Pharao ſpatiis ſolitus ſurgentis ad ortus

Luciferi, radios lucis captare recentes,
Et matutini rorantes frigoris auras,
Defectum lymphis ut inundet ſanguine flumen,
Spumantémque vadis ripa horreat ipſa cruorem.
Hæc ſit prima Pharo labes, ut ſanguine Nilus
Lugeat infantum cædes, & funera ploret,
Atratus nigro tabo, triſtéſque peremptis
Piſcibus inferias corrupto gurgite mittat.

Regij horti.

Iam Pharao è thalamis ſe matutinus agebat
Ad virides fluvij ripas, ubi plurima longè
Dædala directis tendit ſe pergula ſylvis,
Et Soles ſpatiis umbrâ vernantibus arcet,
Committítque aulam fluvio, & pomaria ripis
Regia, multifidos variè partita per hortos.
Occurrunt Regi fratres ad fluminis oras,
Quem prior aggreſſus Moſes: Satis hactenus, inquit,

Denũtiatur plaga ſanguinis.

Verborum exhauſtum: neque deinceps perdere nobis
Verba placet: factis cernes, utrùm æthere ab alto
Attulerim mandata tibi. Percuſſa repentè
Flumina ſanguineis undabunt omnia rivis,
Squamosúmque pecus fundo eructabit ab imo
Nilus, ut eiecti putreſcant gurgite piſces:
Ater ubique tibi ſaliet cruor. Ilicet Aron
Iuſſus agit, virgáque ferit Nili humida regna,
Imperiúmque Dei mutatis incutit undis
Præfatus: Noſtrum ſitiiſti, Ægypte, cruorem,
Cùm teneros fœtus, & adhuc à matre rubentes
Fluctibus exciperet Nilus: nunc ille cruentis
Vorticibus fluat, unde bibas, Ægypte, cruorem.
Sanguine ſtagna natent: exundent ſanguine foſſæ:
Nulla palus, nulli reſtent ſine ſanguine rivi:
Sanguineique lacus ſint, ſanguineæq; lacunæ:
Sanguis & in puteos fluat; atque in pocula ſanguis:
Omnis ubique micet ſalienti ſanguine vena,
Si quà arcana meat Pharia per viſcera terræ.

Prima plaga ſanguinis.

Sic ait, & Pharias ceu vulnere ſauciat undas,
Et rude percuſſum reſpergit ſanguine flumen.
Extemplò exhauſti latices, & limpidus humor

Deſc-

Digitized by Google

Deſecêre vadis: impleverat omnia ſanguis
Flumina, ſtagna, lacus, puteos, vivaria, foſſas,
Euripóſque, cadóſque, urnáſque & aquaria vaſa:
Omnia ſanguis erat. Magicas hîc rurſus ad artes 20.
Converſus Pharao: ſpondent eadem omnia Myſtæ: Magi ſanguinem ſpondent.
Poſſe etiam, ſi Rex iubeat, vaſta æquora Ponti
Sanguine mutari, & tellurem ſanguine cingi.
Imperet afferri puris è fontibus undas,
Aut puteis hauſtos latices, & limpida ſtagna.
Nequicquam iubeat Pharao. Mareotide tota
Iam deerant lymphæ, liquidas nec fontibus urnas,
Nec purum Phariis uſquam reperire liquorem
Fas erat. Implorant patrios longo ordine Divos,
Carminéque ante omnes mutantem Prottea formas
Concelebrant, triplicémque canem, triplicémque Dianam.
Protinùs Orcini Genij ingrediuntur ephebis
Conſimiles; iuvenum notos è principis aula
Induti vultus, habitúſque & nomina fingunt,
Portantes urnis, conchiſque capacibus undas: Dæmones aliunde importãt aquam.
Vicinis ſimulant latices è fontibus hauſtos:
Tam facilè illudit falli cupientibus error.
Gaviſi Pharao, & comites viſu omnia luſtrant
Explorant manibus latices, linguiſque reguſtant.
Vt verus patuit veris in pelvibus humor,
Tum Iannes, Mambréſque manus ad cymbia mittunt
Patria libatis venerati Numina lymphis.
Mox dabimus purum, Mambres ait, Iſi, cruorem,
Muneribus ſi, Diva, tuis has vertimus undas,
Cuncta tuo ut diſcant omnes ſub Numine verti.
Hæc ſimul & rapida torquent vertigine pelves,
Vt fucum faciant oculis; Geniique volucres Inferunt ſanguinẽ, ſublata aqua.
Intereà exhauſtis, ſparsiſque per aëra lymphis
Spumantem importent pateris aliunde cruorem,
Quem facile eſt calidum caſis inferre iuvencis,
Aut propè, ſanguineis de Nili haurire fluentis.
Artibus his vero fumârunt ſanguine lances,
Præcipiti ſenſus hebetes fallente rotatu.

Exclamant, Iſimque vocant, Iſimque ſalutant
Memphitæ, Myſtáſque ſuos ad ſydera tollunt,
Et largum pateris vergunt in vota cruorem.

21. Moſes arguit Magos aquæ inopes.

Non tulit indignans Moſes divina profanis
Impuros ſimulare dolis miracula Myſtas;
Irruit, & diro clamores ore rumpit.
Quis furor, ô cæci, ſtagnantem augere cruorem
Sanguine? Sic deceat flammis extinguere flammas,
Et premere iniecto flammata bitumine ligna.
Quin potiùs, ſi veſtra poteſt induſtria quicquam,
Aut inopes ſtupidique Dij; quin redditis undas
Fluminibus, puróque ſitim defenditis alveo?
Purgari potiùs fontes, & flumina tabo
Tempus eget, dirámque ſitim pecorique virîſque
Arcere, & tetram puteis avertere peſtem.
Vtq; Dei conſtet vobis hoc verbere dextra,
Iſacidæ puros latices è flumine ducent;
Quod cruor ater erit vobis; & fonte ab eodem
Sanguis erit vobis; liquidæ illis pocula lymphæ.
Dixit, & averſus Regémque, Magóſque reliquit
Fluminis ad ripam attonitos: ſpumantibus undis
Gurgite purpureo fumans devolvitur amnis,
Et ſonat; ardentes collucent ſanguine ripæ.
Expectant Pharij, dum detonet horrida rubris
Tempeſtas excita vadis; ſi limpidus alveo
Clareſcat redeunte liquor; ſi defluat amnis
Turbidus, ut liquidas ducant in pocula lymphas:
Sed fruſtrà. Quàm longa patet Mareotica tellus
A Peluſiacis Nili egredientis arenis
Æthiopum ad fines, Pharios unde incipit agros
Perpluere, & lætis ditare novalia ſtagnis,
Sanguineos volvit flumen tanto agmine fluctus.

22. Piſces ubiq; moriuntur.

Iámque vadis ſaliunt imis immania monſtra,
Littora Niliaci reptant ad tuta lacerti;
Nec prohibet nox uda fugam ſtellante ſereno:
Flumineos idem urget equos timor, abdita fundo

Crocodili, & hip-

Effugiunt ſtabula, & tumulos tuto æthere captant
Luce palam, & tortis delent veſtigia caudis

Per

Digitized by Google

Per ripas, querulíſque auras hinnitibus implent: popotami.
Sternunt attonitæ ſuper herbas corpora Phocæ:
Sternutant, totóque adnixæ pectore anhelant,
Sanguineóſque vomunt fluctus: ſublime coruſci
Natales quærunt undas in flumine piſces.
Jam Protei pecus omne rubro timet æquore mergi,
Atque avidè ad ripas feſſis adremigat alis;
Obſtant ſanguineis viſcoſa repagula ſtagnis,
Putria prætexunt corruptas corpora ripas,
Funeribúſque ſuis altè conſternitur æquor. 23.
Intereà ſitis ægra urbes, campóſque pererrat, Sitis moleſtiſſima ubique.
Perniciem generíque hominum, ſæclíſque animantum
Funera ſicca ferens, & inhalans faucibus ignem
Qui voret arentes ſiccis pulmonibus artus.
Erravêre boves nequicquam ad flumina nota, Pecori.
Subtractum horriſonis queſtæ mugitibus imbrem
Balantúmque greges notos linxêre meatus,
Aut petiêre udis fruſtrà convallibus undas.
At Pharij primùm ripas & flumina circum Hominibus.
Effodiunt paſſim puteos; ſed viſcera terræ
Cuncta cruenta vident, nullam ſine ſanguine venam. Artificia eliciendæ aquæ.
Si quid arenoſo ſaccatum tramite fluxit,
Aut velut impoſitis manavit gutta trapetis,
Purior & paulò craſſis ſine fæcibus humor,
Nectar erat: plures legere in pocula rorem,
Qui vix ſufficeret raucæ æſtate cicadis.
Villoſas alij pelles, & vellera in udis
Expandunt intonſa locis, Iovis axe ſereno:
Sic Gedeoneis preſſerunt artibus imbrem.
Impoſuêre alij vel olentes ignibus herbas,
Aut lentis flores foculis, tenuémque vaporem
Excipiunt gelidis reſolutum in pocula lamnis
Guttatim, & nimis artificum ſicca ora morantem;
Sic tamen eſt pluvias imitata induſtria nubes.
Quas non ingeniis artes extundat egeſtas?
Sed pars Sarmatico potavit plurima ritu, Sanguinē bibunt cū lacte.
Et roſeum niveo confudit lacte cruorem:
Pars etiam medico liquefecit mella Lyæo.

Vinum divites. *Intereà Pharao & Proceres Lenæa frequentant*
Munera, nec conſueta negant libamina Baccho.
Et ſola Naxæis ſtagnabant ebria vinis.
Sic etiam crudum populi bibit aula cruorem.
Hebræis aquæ puræ erant. *Hebræi liquidas ducunt è flumine lymphas,*
Et puros puteis latices: ſic ubere vena
Omnipotens utrumque iubet manare liquorem!
Forſan ab Hebræis Pharij ſi limpida poſcant
Pocula, ut admotis tangunt Acheloïa labris
Pocula, mutatas horreſcunt ſanguine lymphas:
Tanto adeò dirimit populos diſcrimine Numen!
24. Puteus præſagus annonæ. *Eſt in conſpectu Memphis celeberrima genti*
Inſula, parva ſolo, ſed clara Serapidis aris,
Antiquóque ingens templo, cultúque Canopi.
Gurgitibus poſitam mediis lavat amne bicorni
Nilus, & excelſas nunquam obruit æquore moles.
Hic fluvij Nymphæa ſacris præſaga columnis,
Et cubitis ſignata ſilex, menſuraque certis
Annonæ deſcripta notis, ſeu copia frugum,
Seu ſteriles anni, aut tenues pro tempore meſſes.
Hanc poſuit longis varia experientia ſæclis,
Signavitque gradus fluvij creſcentis, & oras
Terrarum, quas eluvies ſtagnantibus undis
Impleat, aut ſteriles urna parcente relinquat,
Aut nimiùm exundans, ſero nimis æquore mergat;
Excludátque ſatus ſtagnis, & pauperet annum.
Fluminis hîc manifeſta fides. Longævus Aruſpex
Præſidet, atque imo ſervat ſurgentia fundo
Incrementa, procul ſecreto invecta meatu.
Pygmæi, nuntij annonæ. *Innumeri circum Pygmæa è gente Camilli*
Obſervant edicta ſenis, cubitiſque notatam
Spem ſegetum, ſortéſque anni volucri agmine vulgant
Per populum, Memphiſque vias: hinc didita fama
Tranſvolat, & longè Ægyptum fauſto omine complet:
Iuſta bis octonos cubitos ſi aſcenderit urna,
Flore coronati plaudunt ad ſiſtra Camilli:
Memnon ſacerdos *Adſultant crotalis urbes, lætique coloni.*
Excubat his Memnon adytis venerandus & uſu,

Et

Et ſenio: fruſtrà ille preces, ignotáque verba
Multiplicat fluvio, ut ſævas demitiget iras,
Expiet aut diris torpentem fluctibus amnem.
Fallenti ſomno curas, inſueta repentè
Adſtitit ante oculos ſpecies horrenda videri
Fluminis: haud illi virides ad cornua bibli, Imago Nili.
Nec tremula implexum præcinxit arundine ſertum:
Tempora cana ſitu, impexóque horrentia muſco.
Longè illi Pygmæa cohors, neque pectore molles
Inſiliunt Pumili, collóque protervius hærent
Vellentes, calamóſque comæ, barbámque madentem,
Nec pueris ſolitum ſenior glauco ore renidet:
Sed triſtes pædore habitus, & decolor ora
Poma manu, & fruges cornu labente remittit,
Et triplicem dextra incumbens vix ſuſtinet urnam.
Non illum crocodilus equo ſquama aureus infert,
Aut ſoliti ſummas biiuges vexêre per undas:
Exhauſti macie vultus, perfoſſa profundo
Pectora vulnere hiant, triplici cruor undat ab urna,
Purpureámque animam calidis torrentibus efflat.
Heu! queis, Nile, inquit Memnon, te fontibus ortum
Accipio? quo, Nile Pater, ſic te egeris antro?
Cui tantùm in Superos licuit? Titania rurſus
Prælia, & extructos ſenſiſti ad ſidera montes?
Quas Phariis acies, quænam arma inimica minaris?
Sis placidus, pacémque tuis firma, optime, terris:
Deinde iube, qua te malis per ſacra piari.
Nilus ad hæc: Sic me Pharii, ſic facta cruentant Cauſa mutati in ſanguinē.
Impia, vorticibus noſtris Rege hauſta iubente
Maſcula progenies Hebræi ſanguinis: at nunc
Ille ultor ſcelerum ſervus, cui ſumma poteſtas
In ſuperas, imáſque domos, me vulnere mactat
Mortifero: vobis reddunt ſcelera illa cruorem.
Ille meis olim evaſit de fluctibus infans,
Qui fatale vagis nomen ſortitus ab undis
Me, gentéſque meas tetro nunc ſanguine mergit.
Nec ſacris opus eſt ullis; hæc vulnera ſolus
Perſanare poteſt, qui inflixit verbera Moſes.

Sic ait, & porta ſomnos abrupit eburnea,
Et fumum in tenuem, luce albeſcente, refugit.

25. Reſtituũtur aquæ. *Septima iam horrificos hauſtus Aurora videbat,*
Regnantémque ſitim fluviis, & dipſade ſæva
Sternentem populos, armentáque bucera campis.
Nec requies erat ulla mali; niſi imagine ſtragis,
Ingenióque ſuo victus mitiſſimus Heros,
Et lacrymis miſerorum ultrò ſe ſe arbiter iræ
Numinis obiiceret ſupplex, humilique precatu
Placaret cœlum Phariis. Auditus ab alto
Perſpicuos fluviis latices, & limpida puris
Reſtituit cryſtalla vadis, fluctúſque ſalubres,
Et nutu ereptas, nutu quoque reddidit undas.
Lætitia exultat revocata à funere Memphis.
Ingrataq; bibunt gentes: Rex impius acta
Adſcribit Fato; numeriſque moventibus orbem,
Ingratúſque Dei donis dureſcit, & odit
Munificámque manum Moſis, linguámque potentem.

26. Denũtiatur plaga ſecunda ranarum. *Ergo iterum iuſſus Vates denuntiat iras,*
Et fœdam illuviem turbantibus omnia ranis.
Irriſère minas Proceres, hoſtémque paluſtrem,
Armatas calamis acies, haſtatáque iunco
Agmina, & in mures de regno exercita bella.
Promiſère Magi ſimiles ad ludicra turmas,
Prælia ranarum cœlóque excire rubetas,
Ranæ Magorum ſtupidæ. *Protinùs & virides Lycia de gente colonos*
Nubibus elicere. Ac nimbum fecère ſonantem
Audiri, & ranis rorare loquacibus imbrem.
Sed caſu ignava ſidunt: vix ægra trahentes
Ilia, eodem, quo ceciderunt, ceſpite torpent.
At ſimul ut Virga elata ſtagna, atque paludes
Ranæ Moſis bellicoſæ. *Increpuit Vates, iuſſitque erumpere ranas:*
Erupère cavis conferta examina ſtagnis;
Invadúntque procul campos, & ſaltibus altis
Tranſiliunt tumulos: alacres iam mœnibus inſtant
Turritis: hoſtem nullus iam diſtinet agger.
Vrgent confertim facta teſtudine portas:
Inſiliunt aliis aliæ, turbántque, ruúntque,

Quà

Digitized by Google

Quà data porta patet, quáque invia mœnia ſcandunt, Repũt ut
Aut ſaltu, aut unco manuum per ſaxa natatu, natantes
Ceu per ſtagna fluant, placidiſque paludibus errent; per mu-
Rauciſonas ſuper hæc laterum de follibus amplis ros.
Inflavêre tubas, horrendáque claſſica toti
Ægypto intonuêre: tremunt Bumaſtis, & arces
Mempheos; è muta nam nulla advecta Seripho:
Sed venêre ab aquis, ſtagniſque ſonantibus omnes. Non ſunt
Excluſi tectis coëunt in compita cives Seriphiæ.
Ferali exciti cantu, & bufonibus atris, Bufones.
Qui cognata iugant audacibus agmina ranis,
Luctiſoniſque citant triſtes ululatibus imbrem,
Ceu Martem clamore vocent. Sic barbara mos eſt
Agmina convulſis ruere in certamina ſignis,
Horrificóque inferre hoſti clamore pavorem,
Et rapere obductum Solem, ceu nube ſagittis; Horrenda
Eripit inſano mentem Bellona tumultu, coaxatio.
Obtenebrátque tubis animos, miſcétque furores.
Haud aliter turbata Pharos rumpentibus aures,
Exitium præſens, & triſte canentibus omen
Ventriloquis: bullit tellus, nec flumina ceſſant
Eructare luem, raucámque emittere gentem
Gurgitibus: ſaliunt immani corpore ventres, 17.
Obſcœnóſque ferunt celſa ad palatia rictus. Importu-
Exturbant thalamis Regem, & convitia cantant niſſimæ
Importuna epulis: raſis mantilia villis, ubique.
Et citrios orbes, & pulvinaribus aureis
Surgentes maculant ſpondas: quin lancibus ipſis
Proluviem fœdam exſolvunt ignobilis alui.
Horreſcit Pharao ſævam inter pocula peſtem,
Allapſas cyathis ranas, vinóque madentes,
Et ſubitò dirum admotis ad labra minantes.
Excuſſit longè calices, alióſque popoſcit:
Rurſus, & in calices alios rana altera ſaltu
Incidit, & rurſus calices tepido ore refugit.
Miſerat ad patinas dextram? triſtem inde rubetam
Abſtulit, & digitis eliſam reſpuit horror
Pallidus, ut tetrum menſis afflavit odorem.

Phineas

Phineas hoc more dapes Iovis ira Celæno — Harpyiis ſimiles.
Polluit obſcœnos immittens lancibus ungues,
Damnavitque fame miſeri convivia Regis
Illuvie dira, & fœdis inopina rapinis.
Sed tamen harpyias volucres Aquilonia proles
Ad Strophadum avertit ſcopulos melioribus alis: — Sine remedio malum.
At Phariis hanc nemo poteſt avertere peſtem:
Non ignes, non ſaxa iuvant; non ſcandere tecta
Profuit, aut cœlo eductas aſcendere turres,
Aut centum oppoſitis penetrâſſe cubilia valvis.
Aut foribus ſubeunt, aut in penetralibus ipſis
Gignuntur putri ex cœlo, & per marmora reptant.
Nec prohibent aulæa thoris regalibus agmen
Infeſtum: allapſæ nitida inter pallia ſomnos
Excutiunt, thalamiſque viros, teneráſque maritas — Fugant è thalamis omnes.
Eiiciunt: fugêre nurus, paſſiſque capillis
Oblita crinale aurum, gemmáſque nitentes,
Fœmineo miſcent tecta omnia comploratu.
Intereà ranis thalami laſcivia ceſſit,
Perſultántque thoros, & ſplendida lintea calcant.
Iam caſus, Abdera, tuos timet inclyta Memphis,
Et quale Oenotrias fatum delevit Amyclas.
Cogitat exilium, patriáſque relinquere ſedes:
Pugnat enim ſcelerum Vindex, populóſque ſuperbos
Contemptim invalidis eliſos obterit armis.
28. *Accerſit Moſem Pharao, victúſque fatetur* — Pharao coactus ſpondet commeatum.
Perfidiam: Iſaciis ſpondet dare libera ſacris
Otia, ſi reprimat fœdantes omnia ranas,
Inq; ſuas revocet monſtra importuna paludes.
Arbitrio Regis, fidei fraus ne qua ſubeſſet,
Edictum tempus: placuit lux poſtera Regi,
Condixit Moſes. Et cùm ſe craſtinus, inquit,
Lucifer extulerit croceis ex æquore bigis,
Extinctas primo ranas ſpectabitis ortu,
Et Pharij immenſos cumulabunt ſtragis acervos,
Aggeſtóque colent pingues lætamine campos.
Hæc facient eventa fidem: tibi cognita ſummi
Numinis optato conſtabit dextera ſigno,

Vt

Vt necis ac vitæ Dominum iſto pignore diſcas.
Hæc ait, & noctis ſecreta ſilentia captans, 29. Fugantur precibus Moſis.
Promiſſæ fidei iuſſorem inſtanter adorat,
Invaditque Deum lacrymis, flectitque precando:
Tum iubet extinctis æterna ſilentia monſtris,
Aut patrios remeare lacus. Vix poſtera ſummos
Contigerat croceis montes Titonia bigis,
Ranarum iam nullus erat toto aëre clamor:
Abdiderant ſe ſe fluviis, aut ſtrage iacebant
Exanimes, ubi lux oriens oppreſſerat illas,
Imperiúmque precum, & ſanctæ fidei omnipotens vox.
Mirantur, neque tuta ſatis ſua gaudia credunt
Agricolæ, neque tecta ſibi ſua reddita cives;
Ambiguíque fidem tantis vix teſtibus addunt.
Mox purgare domos, dirámque expellere villis
Colluviem aggreſſi, cumulis ingentibus agros
Occuluêre; hilari fervet Libitina labore, Sepeliuntur.
Ingentéſque aperit ranarum in funera foſſas.
Tot ſpoliis facit exiguum Proſerpina lucrum.
At Pharao admirans quæ tanta potentia Vati, 30. Pharao inquirit de fortuna Moyſis.
Scire cupit, qua ſtirpe ſatus, quibus artibus olim
Excultus, tanta unde viro fiducia ſurgat?
Queis tandem adveniat patriis de ſedibus exul?
Nam neque in Ægypti viſum fornacibus uſquam
Grandævi meminêre ſenes, neque Merris in aula:
Longa dies, durúſque labor nemoralibus antris
Eraſêre notas omnes, & honora iuventæ
Lumina confudit ſparſis abſentia canis.
Sed ſpecies tamen in rugis auguſta ſenectæ
Eminet, illuſtréſque ſatus toto indicat ore.
Scitatur Pharao famulos. Longævus Amyntor
Commemorat, Regémque docet, quæ Saïs alumno
Conſuêrat memorare parens: nam fortè puellas
Regales tunc inter erat fidiſſima Saïs,
Luſum flumineas iret cùm Merris ad oras,
Thermutim dixêre alii: ſic orſus Amyntor.
Nunquam non metuenda reor præſagia Patrum,
Vulgatóſque metus populis, ut publica fata,

Quam-

Harpyiis ſimiles.

Phineas hoc more dapes Iovis ira Celæno
Polluit obſcœnos immittens lancibus ungues,
Damnavitque fame miſeri convivia Regis
Illuvie dira, & fœdis inopina rapinis.
Sed tamen harpyias volucres Aquilonia proles

Sine remedio malum.

Ad Strophadum avertit ſcopulos melioribus alis:
At Phariis hanc nemo poteſt avertere peſtem:
Non ignes, non ſaxa iuvant; non ſcandere tecta
Profuit, aut cœlo eductas aſcendere turres,
Aut centum oppoſitis penetrâſſe cubilia valvis.
Aut foribus ſubeunt, aut in penetralibus ipſis
Gignuntur putri ex cœlo, & per marmora reptant.
Nec prohibent aulæa thoris regalibus agmen
Infeſtum: allapſa nitida inter pallia ſomnos

Fugant è thalamis omnes.

Excutiunt, thalamiſque viros, teneráſque maritas
Eiiciunt: fugêre nurus, paſsiſque capillis
Oblita crinale aurum, gemmáſque nitentes,
Fœmineo miſcent tecta omnia comploratu.
Intereà ranis thalami laſcivia ceſſit,
Perſultántque thoros, & ſplendida lintea calcant.
Iam caſus, Abdera, tuos timet inclyta Memphis,
Et quale Oenotrias fatum delevit Amyclas.
Cogitat exilium, patriáſque relinquere ſedes:
Pugnat enim ſcelerum Vindex, populóſque ſuperbos
Contemptim invalidis eliſos obterit armis.

28. Pharao coactus ſpondet commeatum.

Accerſit Moſem Pharao, victúſque fatetur
Perfidiam: Iſaciis ſpondet dare libera ſacris
Otia, ſi reprimat fœdantes omnia ranas,
Inq; ſuas revocet monſtra importuna paludes.
Arbitrio Regis, fidei fraus ne qua ſubeſſet,
Edictum tempus: placuit lux poſtera Regi,
Condixit Moſes. Et cùm ſe craſtinus, inquit,
Lucifer extulerit croceis ex æquore bigis,
Extinctas primo ranas ſpectabitis ortu,
Et Pharij immenſos cumulabunt ſtragis acervos,
Aggeſtóque colent pingues latamine campos.
Hæc facient eventa fidem: tibi cognita ſummi
Numinis optato conſtabit dextera ſigno,

Vi-

Digitized by Google

Vt necis ac vitæ Dominum iſto pignore diſcas.
Hæc ait, & noctis ſecreta ſilentia captans, 29. Fugantur precibus Moſis.
Promiſſæ fidei iuſſorem inſtanter adorat,
Invaditque Deum lacrymis, flectitque precando:
Tum iubet extinctis æterna ſilentia monſtris,
Aut patrios remeare lacus. Vix poſtera ſummos
Contigerat croceis montes Titonia bigis,
Ranarum iam nullus erat toto aëre clamor:
Abdiderant ſe ſe fluviis, aut ſtrage iacebant
Exanimes, ubi lux oriens oppreſſerat illas,
Imperiúmque precum, & ſanctæ fidei omnipotens vox.
Mirantur, neque tuta ſatis ſua gaudia credunt
Agricolæ, neque tecta ſibi ſua reddita cives;
Ambiguíque fidem tantis vix teſtibus addunt.
Mox purgare domos, dirámque expellere villis
Colluviem aggreſſi, cumulis ingentibus agros
Occuluêre; hilari fervet Libitina labore, Sepeliuntur.
Ingentéſque aperit ranarum in funera foſſas.
Tot ſpoliis facit exiguum Proſerpina lucrum.
At Pharao admirans quæ tanta potentia Vati, 30. Pharao inquirit de fortuna Moyſis.
Scire cupit, qua ſtirpe ſatus, quibus artibus olim
Excultus, tanta unde viro fiducia ſurgat?
Queis tandem adveniat patriis de ſedibus exul?
Nam neque in Ægypti viſum fornacibus uſquam
Grandævi meminêre ſenes, neque Merris in aula:
Longa dies, durúſque labor nemoralibus antris
Eraſêre notas omnes, & honora iuventæ
Lumina confudit ſparſis abſentia canis.
Sed ſpecies tamen in rugis auguſta ſenectæ
Eminet, illuſtréſque ſatus toto indicat ore.
Scitatur Pharao famulos. Longævus Amyntor
Commemorat, Regémque docet, quæ Saïs alumnæ
Conſuêrat memorare parens: nam fortè puellas
Regales tunc inter erat fidiſſima Saïs,
Luſum fluminæas iret cùm Merris ad oras,
Thermutim dixêre alii: ſic orſus Amyntor.
Nunquam non metuenda reor præſagia Patrum,
Vulgatóſque metus populis, ut publica fata.

Quam-

Quamquam author, cauſaq́; latent. Vox illa Deorum eſt,
Qua populi. Vix Hebræus huc venditus hoſpes,
31. Ioſephus liber in ſervitute. *Cùm cœpit regnare, domo tum ſervus herili;*
O quàm liber erat, domina cùm ſprevit amores?
Spretus amor? furiiſque fremens infamia ſtupri
Reddiderat iuvenem vinclis: ergaſtula ſolvit
Libertas, & iura dabat mens integra vinctis.
Par utraque in ſorte fides: accitus in aulam
Ioſephi prudentia. *Nil ſecum ſervile tulit: de compede ſervus,*
Iam Dominus Pharaonis erat: Regémque docebat
Regnare; & Satrapas ſecum ſe ſubdere ſceptro,
Devinctóſque fide civili, inſiſtere regno.
Audivêre ſenes iuvenem: non tutior unquam
Qualis miniſter regius. *Ægypti fortuna fuit, neque copia maior.*
Partitus Pharao tanto cum Principe regnum,
Maieſtatem habuit ſolus: collega moleſtas
Imperii ſolus curas, & nominis umbram,
Quam Rex ſponte dabat, curis tanto Augure liber.
Suſpecti cur Ægyptiis Hebræi. *Inde Pharo ſuſpecta domus: fortuna timeri*
Iſacidum cœpit: fuſis id volvere Parcas,
Atque illis nere æterno de ſtamine regnum.
Vulgata eſt ea fama polis, & credita Memphis.
Præcipuè cùm iam populum Geſſenia tellus
Non caperet, premerétque domos lætiſſima pubes.
Vaticinia de Moyſe ortu. *Inde fore inſignem famâ, formáque canebant*
Infantem; patria quem longè examina gentis
Certa ſequi peterent alio ſub ſidere ſedes.
Amenophis conſilia. *Fata cavens Amenophis, iners elidere vulgus*
Inſtituit, moles operum commentus, & urbes,
Et maribus fluvio merſis, eludere dira
Fata ratus, populo adiecit per funera vires.
Millia parvorum devolvit gurgite flumen:
Hebræos ſua damna ferunt: per vulnera creſcunt.
32. *Venerat in lucem formâ mirabilis infans;*
Moſis ortus. *Spem gentis nitido ore ferens: non ille ſolutus*
Servatur à patre. *In lacrymas queſtu Superos, gemitúque ſalutat;*
Sed læto videt ore diem: arriſêre parentes.
Accipiens omen genitor; Túne illa tuorum,

Nate,

Digitized by Google

Nate, inquit, ſperata ſalus! Sic te quoque tollam,
Invito Pharaone, puer; neque flumina mergent,
Servari quem fata volunt. Iam Cynthia curſu
Tres puero impleràt menſes: cuſtodia circum
Hebraos intenta lares exire vetabat
Longiùs; & iam ſe ſolitis vagitibus infans
Prodiderat: patrii iam iam veſtigia furti
Regius inſiſtens miles prædam aure tenebat.
Eluſit Iochabeta canes; puerúmque papyro 33.
Incluſum exportans, poſtico elapſa fefellit. Iochabeta puerū
Fluminis in ripa, pueri comitante ſorore, exponit.
Denſa inter carecta latens cunabula texit
Scirpiculis, ceráque obducit texta tenaci.
Ter complexa ſinu, lacrymis, & lacte rigatum
Compoſuit puerum cunis: ridentibus ille,
Ceu triſtem Fortunam, oculis, fluctúſque minaces
Deſpiceret, pro voce dedit repetita parenti
Oſcula, ſpem vultu affirmans: tanto illa liqueſcit
In lacrymas miſeranda magis, biblóſque natantes
Impellit trepidante manu; fluctúſque precata
Felices: Vade, inquit, aquis, cœlóque ſecundis:
Spem patriam optatos tecum, puer, invehe portus.
Si Deus adſpirat, victrix fortuna phaſelum
Hunc habeat; ſi Fata reſtant adverſa, ſepulcrum
Da, Deus, innocuis inſons natet alveus undis.
Avertit ſic fata oculos; luctúque refugit 34.
Naufragium ſpectare ſuum, gnatique pericla. Maria, ſoror Moſis, expectat eventum.
At ſoror expoſiti perſtat ſervare puella,
Quos curſus habitura ſui cunabula fratris
Nautica: nam ſeptennis erat: iam callida ſenſu
Supra annos, notat humana ludibria vitæ.
Fortè ſub occaſum Solis ſtipata puellis Merris Regina occurrit.
Fluminea Merris repetebat balnea ripa;
Gramineis ubi denſa toris umbracula muſcum
Subſternunt, brevibúſque vadis carecta coronant
Seceſſum, & liquidis tranſlucet glarea lymphis.
Haſerat ad biblos devectus flumine cortex
Scirpeus, inductis ſplendebat fiſcina ceris:

Hæren-

Hærentem Regina videt, miſſáque liquentes
Cymodoce in fluctus, corbem de gurgite tollit.
Textilis ut patuit detracto tegmine cymba,
Vagiit, atque ipſo vagitu blandior infans
Enituit, conchâq; ſua, ceu gemma, refulſit.
Moſis elegantia. *Ambroſios pueri vultus, formaq; decorem,*
Fortunámque ſtupet miſerans: Heu! parvulus, inquit,
Hebræa miſer eſt de ſtirpe! ô ſi mihi talem
In thalamis, Lucina dares! Nunquámne labores
Adoptatur à Regina ſterili. *Experiar miſeranda tuos? an fortè negâſti*
Dulce mihi nomen, thalami ſine germine, matris;
Pignus ut hunc optare velim, quem cœlitùs infert
In noſtros fortuna ſinus? Ergo auſpice cœlo
Sceptra geres, Cidarímque puer: ſublatus ab undis
Moſis nomen. *Iam Moſis mihi nomen habe; regnúmque parentis*
Merridos expecta: tibi ſum quippe altera mater,
Expoſitum quæ te amne tuli. Simul oſcula mille
Libabat puero miſerans. Gaviſa puella
Succeſſu tanto ſoror adſtitit: &; Tibine, inquit,
Vis, Regina, vocem, puero quæ ſedula nutrix
Det plenos Hebræa ſinus, ac fida miniſtret?
Annuerat Merris: nutrix Hebræa vocatur.
Ipſa parens infantis erat, cui neſcia Merris
Mandabat proprios partus; ſua viſcera magnâ
Nutriri curâ, & magnâ mercede iubebat.
35. Moſes traditur matri nutriendus. *Hunc, inquit, mihi tolle ſinu, maternáque ſolers,*
Ceu tuus iſte foret fœtus, præbe ubera parvo.
Hoc fidei non parva tuæ ſit pignore merces,
Tortilis incluſis auro muranula gemmis.
Si tua quis veniat ſcrutatum tecta ſatelles,
Dic, Meus eſt: Regina mihi Thermutis alendum
Tradidit. Agnoſcent regale ex munere prolem.
Dixerat appenſâ puerili pectore bullâ.
Læta parens ſua furta refert, ſua viſcera quondam
36. Moſes in regiam relatus. *In patrios reditura Lares: nam lacte relicto,*
Deſiit ut reptare puer, traductus in aulam
Ingenio iam grandis erat: ſuperaverat annos
Prodigio, & ſacri Cycli decurrerat artes

Prima

Prima tenens, curſúque ipſos laſſante magiſtros.
Quin etiam fama eſt puerum tum fortè triennem Regia pueri educatio.
Merris adoptatum cùm ſiſteret ipſa parenti
Auguſta ſpecie, gaviſúmque indole Regem
Auſpicium regni, puero diadema Chenephrem Auguria de futura claritudine.
Impoſuiſſe comis, regno, & ſibi fauſta precantem;
Illum averſantem ſignum regale, ſub ipſos
Proiectum calcâſſe pedes, ac torva tuentem 37.
Regales fugiſſe ſinus. Diro omine Princeps Tentatur ejus pueritia oblatis prunis ardẽtibus.
Palluit, & Vates ipſi non læta canebant.
Excuſat ſubitos pueri Regina timores.
Explorare iubent animos ex tempore Vates,
Ardentéſque dari ferro mordente favillas.
Arripuit puer oblatas in forcipe prunas,
Oſculáque admotis impreſſit noxia labris
Inſcius, & rationis inops; Vatúmque timores
Abſolvit, Regíſque metus: fumantia fletu, Balbuties Moſis unde.
Multa gemens, lavat excuſſis carbonibus ora:
Hinc puero blæſa decrevit gratia linguæ,
Sermoniſque lepos balbo non integer ore:
Sed teretis linguæ eloquium compenſat abundè 38.
Vis animi, mentiſque vigor: prudentia Soles Prudentia.
Antevolat, tam nata foro, quàm Martia campo.
Æthiopum ſenſêre acies, ductíque triumpho
A Meroë uſque Pharon devictis urbibus hoſtes. Bellum Æthiopicum.
Sed longa belli ambages: dilapſus ab aula
Paulatim, Hebræos viſebat ſæpè labores,
Si quam poſſet opem miſeris afferre paratus;
Aut ipſi ſperare Ducem, quem Fata creârant;
Iſacidûm nam factus erat iam Ductor ab alto; Dux populi ſui.
Ductorémque ſuos inter ſeſe ipſe ferebat.
Nec dum animos; nec ſpem miſeris in rebus habebant: Act.7.24.
Et Ducis ante oculos tum fortè Ægyptius Archon
Hebræa de ſtirpe virum pulsârat iniquo 39.
Verbere, cui Moſes, verbis invectus acerbis: Ægyptiũ occidit, & ſepelit.
Siccine te immeritam plagis inceſſere gentem?
Sic fratres vexare meos? Dabis, impie, pœnas.
Sic pereat, quicunque iſtis tibi conſcius auſis.
Hæc ait, impactóque petens ſimul ilia pugno

Digitized by Google

Sternit humi, rumpitque gravi latera impia calce,
Infoſſúmque levi facinus grande abdit arena,
Quod non fama tegit. Cædes vulgatur in aula:
Invidiam iuveni ſuſpecto audacia facti
Adiecit: rediêre minæ, Vatúmque timores.
Fugit Moyſes. *Quæritur ad mortem; neque Regem gratia flectit*
Vlla prior; neque iam defendit adoptio noxam.
Iam popularis erat, ſpreto Thermutis honore.
Ergo fugâ quæſita ſalus: neque tempore ab illo
Auditum, quas ſe in latebras, aut luſtra tuliſſet.
Credidit extinctum Memphis ſecura pericli.
Sic tacuit totis octo fama inſcia luſtris:
Agnoſcitur. *Et pauci meminêre ſenum. Mihi ſi qua fides eſt,*
Et bene ſervati durant in pectore vultus,
Hic Moſes: ille ipſe fuit, quem flumine Merris
Suſtulit, & dubiis horrebat regia Fatis.
Hos habuit vultus, tales balbo ore loquelas:
Convictu comperta mihi hæc veſtigia longo:
Queis ſe cunque redux nunc tandem proferat oris.
At tibi, ſi prorſus vates non vanus Amyntor,
Optime Rex, deſiſte animos opponere Fatis.
Contextámne vides ſeriem? tótne undique ſigna
Divina connexa manu? Defungere Fato
Clementer: patere ire Ducem, quem ſidera ſignant.
Hebræos ad ſacra ſuos ſine patria ducat.
Nitimur incaſſum Fatorum avertere ſortes.
His ſenior monitis Regem hortabatur Amyntor.

LIBRI

LIBRI TERTII
Argumentum, & Synopſis.

MOYSIS agniti fortuna nihil commotus Pharao, neque prioribus duabus plagis, quas viſi ſunt præſtigiis eluſiſſe Magi, factus mollior, ſeptem ſequentibus atteritur eo ordine, quo illatæ narrantur, Exodi 8. 9. & 10. capitib. tertia, ſcilicet, Sciniphes. 4. Cœnomyia. 5. peſtilentia pecoris. 6. ſcabies, & ulcera. 7. grando prodigioſæ magnitudinis. 8. Locuſtæ. 9. Tenebræ palpabiles triduanæ. Denuntiatur etiam decima primogenitorum cædes ex cap. 11. Exodi: quod fingitur fieri in aula Regia, in qua extaret memoria Joſephi SALVATORIS Ægypti, inciſa ſculptis marmoribus, & ſomnia Pharaonis, quæ referuntur Gen. 40. & 41. Unde capto argumento Moyſes majorum ſuorum beneficia in Ægyptios, ad eliciendam, quam poſtulat, abeundi veniam, revocat in mentem Pharaoni; ſed fruſtrà. Fingitur etiam Memnon Nili Sacerdos ad avertendam ſeditionem populi, ad grandinis plagam tumultuantis, poſtulare etiam Hebræis commeatum. Variis exceptionibus Pharao Moyſis petitiones conatus eludere, quæ omnes refelluntur, fidem fallit, ſemper ad verbera durior.

1. Plaga tertia Sciniphes, quos plerique, & veriſimiliùs, cyniphes, ceu culices, minutiſſimas fuiſſe muſcas docent. Eorum forma, habitus, armáque deſcribuntur.

2. In culicum velitatione, quæ infirma ſunt Dei, digitum illius agnoſcunt Magi, victis ſuis præſtigiis. Jannes illo indicio doctus Regem monet graviora Dei arma declinanda, & dandas illi maturè manus: *Digitus Dei eſt hic.*

3. Plaga quarta, Cœnomyia: muſcæ grandiores omnigenæ. Denuntiatur Regi à Moyſe.

4. Immittuntur muſcæ grandiores, ſævientibus adhuc culicibus. Duces earum Beelzebub, & Angeli mali, qui fortè Muſcario Herculi, & Græcis in Elide Myiodes, & Myiagros, quos hîc fruſtrà invocant Magi ad cohibendam muſcarum impudentiam; quam flabelliferi, regiique Muſcarij fruſtrà abigunt.

5. Fingitur perterritus Pharao cantharidum examine inſidente regio diademati, dare veniam ſacrificandi; ſed intra fines Ægyptios. Negat Moyſes id fieri poſſe ſine certo Hebræorum exitio, immolatis bobus Ægyptiorum Diis, & Deabus

6. Dat abeundi veniam Pharao; ſed depulſis antè muſcis, ac ne procul abeant ab Ægypti finibus. Fidem fallit.

7. Plaga quinta, peſtilitas in pecora die una graſſatur, ſine remedio, tam brevi tempore, & nullis, aut obſcuris naturalibus cauſis; juſtiſſimâ tamen in Ægyptios vindictâ, qui Hebræis abuſi erant pecoris loco ad verſandam terram.

8. Denuntiatur plaga ſexta à ſcabie; ſed eo ritu, quo facilè conſtet Ægyptiis ſua crudelitas, & ultionis æquitas. Attriverant tamdiu Hebræos fornacum favilla, & cinere uſtulatos, & fuligine deformes.

9. Sparſo in ventos pulvere, fœda ſimul ulcera ſparguntur in Ægyptios. Quàm pudenda in Satrapis & Magjs coram Rege ſcabies, ſi non & ipſum Pharaona vexavit prurigo!

10. Grando prodigioſa miſta igni omnia comminuit in agris plagâ ſeptimâ: tranquilla interim ſerenitas arridet Hebræis, qui ſemper illæſi in his Ægyptiorum cladibus.

11. Sedata Moyſis precibus grandine, fidem Pharao fallit. Locuſtarum acies interminatus Moyſes digreditur urbe.

12. Commotis eo metu Principibus, ac populo, crudâ adhuc grandinis plagâ, tumultus ad ſeditionem vergit. Memnon Antiſtes Regem ad laxandos Hebræos hortatur graviſſimè.

13. Pharao dat veniam viris: fœminas, vulgus, & pecora

pecora retinet. Reiicit conditionem Moyſes. Irato Rege ex aula extruditur.

14. Locuſtæ ad octavam plagam confertis nubibus immittuntur. Earum habitus, arma, rabies famis, & pernicies illata ubique. Tributorum iniquitatem, & Exactorum avaritiam, rapináſque ulciſcuntur, publicanis ſimiles, ſerratis dentium roſtris.

15. Moyſis oratione ad Deum fuſa fugantur & extinguuntur mari merſæ, aut fluminibus.

16. Locuſtarum ex Abyſſi puteo erumpentium cum fumo & caligine, Apocal. 9. deſcriptio, & allegoria. Sectæ Hæreſeon funeſtiſſimæ erunt in fine mundi: ſed proterendæ à Chriſto. Inde tranſitus ad Ægyptias tenebras, quæ horrendas illas internas, externáſque intereunti mundo offundendas præſagiunt.

17. Tenebrarum palpabilium horror, nona plaga, ex adjunctis Sap. 17. & 18. capitibus deſcribitur. Monſtra per horrendam noctem concurſantia, & igneis oculis ſcintillantia per tenebras, ſtridentiáque ad horrorem, Magos maximè, & Principes infeſtant.

18. Illæ tenebræ Ægyptiis Inferorum imaginem objiciunt; cùm interim lux ſplenderet limpidiſſima Iſraëlitis. Impiorum via tenebræ, & lubricum; Sanctorum autem ſplendet, & *creſcit in perfectam diem.* Prov. 4. 19.

19. Dies reddita poſt triduum, oſtendit clades paſſim acceptas. Moyſes & Aaron advocantur.

20. Aula regia fingitur, ubi cælatæ res à Joſepho præclarè geſtæ in Ægypto, & Pharaonis ſomnia, quæ ille ſapienter interpretatus Rempublicam magnâ fide curavit, ex Gen. 40. & 41.

21. Pharaonis ſomnia Joſephus explicat. Viri eximia virtus, ſapientia, & fides. Dignitas etiam oris & decor. Ingrata in eum poſteritatis oblivio, honoréſque regij.

22. Major omni invidia, & odio Moſes Pharaoni formidabilis apparet. Rex abeundi poteſtatem facit omnibus. Objecto ingrati animi crimine, & impietate in patriam, pecora retineri jubet.

Digitized by Google

23. Moyſes conſtantiſſimè calumniam diluit: malorum, & plagarum cauſam in Regis duritiem reijcit, qui tot cladibus tam ſerò ſapere didicerit; ingrati crimen animi ab argumento in aulæ marmoribus extante retorquet in Ægyptios: Joſephi Hebræi benefacta repræſentat, & animos in eum veterum Regum.

24. Si Joſephi præclarè geſta deeſſent, non tamen inutiles Ægypto Hebræi, quam tot, tantíſque operibus ornârant, ædificatis urbibus, cultis agris. Exprobratur contrà Amenophis crudelitas, & ingratiſſima invidia. Denique velle, & jubere Deum, ut omnia omninò pecora cum dominis Ægypto exeant: ſic poſtulare divinos honores.

25. Graviter offenſus Moſis libertate Pharao mortem illi minatur, & homicidium obijcit, & fugam ex aula; eúmque contumelioſè extrudit.

26. Moyſes ſumma conſtantia primogenitorum cædem tota Ægypto futuram brevi, nocte media, nemine prorſus excepto, denuntiat, ſpondétque, ſe non ampliùs aditurum ad Regem. Itaque ſe proripit ad ſuos.

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

SEPTEM ALIÆ PLAGÆ.

AT *nihil auditis Pharao, viſiſque movetur:* 1.
Sed magis indurat Marpeſo in pectore mentem: Plaga tertia, ſciniphes. Exod. 8. 17.
Suſpendente Deo Virgam obliviſcitur ictus;
Nec timet inſtantes erecto verbere plagas.
Ergo iterum iuſſus percuſſo pulvere Moſes
Attollit culicum nimbos, & in aëra ſpargit.
Ac ſubitò alatas veluti ferat Auſter arenas
Eripuêre diem: volat atro turbine peſtis
In pecudes, hominéſque ruens; ceu faucibus Ætna,
Aut volet irati ſparſus cinis ore Veſevi. Veſevi cineri ſimiles.
Caneſcunt levibus longè maria alta favillis,
Parthenope vicina tremit, tegit omnia pulvis;
Squalet ager, ſqualent obducto ſidera vultu:
Pulvereos talis culices rotat aëre turbo.
Nec fas eſt exire oculis ſubtilia tela, Culicum forma.
Mole adeò nulla ſenſus corpuſcula fallunt,
Effugiúntque aciem; quibus eſt cutis arida, venter;
Perſpicuaq́ hyalo penna; tenuiſſima crura,
Subtiléſque pedum fibra; cava buccina, roſtrum;
Spiculáque, & tremulo molles filamine cauda;
Cornua dant fronti duo Serum è ſtamine fila.
Vix hoſtem ſentire licet, niſi vellicet aures
Advolitans, tenuique tuba iam vulnera figat,
Aut canat, exili ſtimulans ſe ad bella ſuſurro.
At cùm purpureo tumuit iam ſanguine venter,
Et ſatur, infixa tamen hæret cuſpide pelli.
Hanc peſtem Graii cyniphes cognomine dicunt.
Senſerunt Pharii infeſtam: nam cuncta ſonora Infeſtatio.
Corpora nube premunt, & apertis ſenſibus intrant;
Configunt oculos, patulis ſe naribus abdunt;
Reſpirare nefas; adeò ſpirabile cælum

Obſedêre; ſimul vita in penetralia lapſi
Faucibus, ægra agitant crebro vitalia flatu.
In rabiem verſa pecudes, fugiúntque, ferúntque
Remedia inania. *Hærentem dorſo, & perfoſſis pellibus hoſtem.*
Sulfura viva alij incendunt; defendere flammis
Tecta, thoróſque parant: alii ſe involvere lineis
Raſilibus, duplicémque genis obtendere byſſum.
Omnia iam cecidêre Magis molimina fruſtrà,
Seu quibus has ſimulent culicum de pulvere turmas,
Seu quibus invento reprimant medicamine cladem.
Defecêre doli; Geniúſque potentior omnes
Alligat artifices fraudum, ſubigitque fateri,
HVNC DIGITVM ESSE DEI, *cui nunc ſua carmina cedant,*
Cui quondam tacitis ceſſura Oracula Delphis.
2. Victi Magi Dei digito. *Sic Iannes Pharaona monet, corámque fatetur*
Correptus meliore Deo. Rex, vincimur, inquit,
Vincimur, & vinci confeſſa reponimus arma.
Tu ne tende dolis ultrà: nam tertia plaga hæc
Cœleſti eſt inflicta manu: cognoſce Tonantem,
Cede Deo, & totam nolis agnoſcere dextram.
Illius HIC DIGITVM *ſpectas, ſentiſque ſub ictu.*
Si totam exerat ille manum, Pharos alta iacebit
Subruta, & everſis myſteria prodita templis,
Serapis modium geſtabat capite, ſymbolū frugum. *Irriſique dii, modio vulgante Serapin.*
Da veniam: non ſponte meis ſic derogo ſacris;
Maieſtas me maior agit. Verba inter anhelat,
Collapſo ora tument, & agunt liventia ſpumas.
Perſpicuas ſatis ambages, neque lucis egentes
Negligit in cæcam Pharao demittere mentem:
Rurſum igitur Moſes ad fluminis obvius undas
Terruit à quarto muſcas inſtare flagello.
3. Muſcæ, plaga quarta denuntiatur. *Abramidum niſi ſolvis, ait, nunc denique turmas,*
Vt vadant quocunque vocat myſteria Numen,
Ecce tibi ad culices maioribus agmina muſcis
Omnigena adiiciam, ut ſtimulis penetrantibus angant
Te, populúmque tuum, & ſalſis pruritibus urant.
His mihi velitibus placitum proludere bello,
Vt levibus telis: parco gravioribus armis.

Tu

Digitized by Google

Tu cave ad extremam ducas certamina pugnam:
Experière, miſer, belli intolerabile pondus.
Cras igitur muſcarum in te tela omnia mittam.
Vtq; mea contecta ſcias hac ſpicula dextra,
Nulla per Iſacios ſtridebit muſca penates.
Nemo hominum, & nullo pecus infeſtabitur œſtro:
Hoc tam triſte tibi properat lux craſtina monſtrum.
Excepère iocis Proceres tam ſeria; fallax
Abſtulit inſanis dextram aſſentatio mentem.
REGIS ad ingenium, & ſenſus, componitur aula:
Tótque ſuis ſpectare placet miracula damnis,
Crabronúmque greges exertis ſtridere telis.
Oceano vix dum exierat Titania lampas, 4. Cœnomyia. Muſcæ omnigenæ.
Albeſcente die primùm, ſpectantur ad ortus,
Et fractos Solis radios, primúmque vaporem
Luminis, immenſo muſcarum examina tractu,
Diſpoſitaq; acies, Martémque vocantia ſigna.
Prodigium è ſpeculis Pharii mirantur, & horrent
Pallentes, quò ſe illa ferat, quibus ingruat oris
Tempeſtas. Volat immiſſis exercitus Euris:
Iam propiùs fractos ſonitus audire tubarum
Incipiunt, petitur caſtris Ægyptia tellus: Pſalm. 77. 49.
Tartarei ductant Genii, ſtimulóſque furentum
Exacuunt, cogente Deo; Dux Belzebus ipſe, Beelzebub, Muſcarũ ductor, Myiodes.
Myiodem Eleis venerantur Olympia ſacris;
Quem tamen Alcides prohibet Muſcarius aris,
Muſcarum Deus ille, rapit media agmina Memphi,
Et populare Pharum, & largo dat ſanguine veſci.
Haud ſecùs ac iuſſa faciunt, ſtridentibus alis
Inſiliunt, & ſe medios iaculantur in hoſtes,
Nunc ultrò, citróque fremunt, nunc recta ſonantes,
Nunc tranſverſa ſecant ſpatia, aut glomerãtur in orbes.
Olfaciunt longè prædas, & olentia longè
Corpora quadrupedum; aut hominum librantur in ora, Sap 16. 9. Muſcarũ morſus, & importunitas.
Spiculáque infigunt membris, & cuſpide ſugunt.
Purpureas venis animas, artúſque cruentant
Informes; manat ſanies, & tubera ſurgunt;
Vlceráque infuſo crudeſcunt fœda veneno.
Præcipuus furor armentis, queis aſper aſilus

Digitized by Google

Pecori infeſtæ. *Incubat, aut ſtabulis tauros eiecit apertis*
Ardentes, diris terrent mugitibus urbes,
Percursántque vias; aut triſtia paſcua ſylvis
Pertaſi, invadunt fluvios, abruptáque ſaxa
Præcipites, cornúque ſolum, ſtirpéſque laceſſunt,
Affixas ſi fortè queant divellere peſtes.
Obnixique fricant truncis liventia terga,
Aut cœno, atque uda fruſtrà incruſtantur arena:
Subter enim virus defixo ſævit ab œſtro.

Caninæ. *Exagitat cynomyia canes, ut Syrius ardor;*
Exululant miserè, aut ringentes vincula mordent.

Crabrones. *Crabronum in Pharios genus irritabile ſævit.*
Nec velâſſe caput iuvat, aut defendere tectos
Veſte artus, lapſi in tunicas ardentia figunt
Spicula, vel medio tranſmittunt ſtamine roſtra.

Remedia inutilia. *Reticulis quanquam Pharao conclavia ſepſit,*
Et Pelusiacis obtendit limina velis,
Nec circum menſam, & thalamos muſcaria ceſſant

Muſcarij flabelliferi. *Officia; importuna tamen ſe muſca per ipſas*
Iniecit lini maculas, regalibus audax
Inſultare thoris, pateriſque immergere roſtra.

Veſpæ. *Nec veſpas unguenta iuvant, neque Hymetia mella,*
Impoſitave dapes menſis, & lancibus aureis.
Sanguinem amant: ſitiunt venas; Satrapáſque, Ducémque

Impudentia. *Circumquaque ſonant: nulla eſt reverentia veſpis;*
Improba plumoſis nec cedit turba flabellis.
Myiodem inclamant Myſtæ, quo nomine Graii
Piſais ſoliti muſcas arcere palæſtris,
Quo fugit Herculeo fucorum ignavia templo:
Sed neque Myiodes Myſtas, neque Myiagrus audit,
Et Regem, & Satrapas ſtimulis Myiopes adulant

5\. Cantharides in diademate Regis. *Impaſtæ, procerúmque artus prædantur opimos.*
Ecce autem cidarim Regis ſuperadſtitit aſper
Cantharidum globus, & mitræ faſtigia carpens,
Cum fremitu illiſis immurmurat æreus alis.

Invidiæ omen. *Hiſcunt attoniti Vates, & prodere muſſant*
Auguria invidiæ ingentis: perterritus ultrò

Exterri- *Appellat Moſem Pharao; &, Duc protinùs, inquit,*
Iſaci-

Digitized by Google

Iſacidas ad ſacra tuos, quocunque vocantur.
Ne tamen Ægypti fines eduxeris extra.
Tota tibi quàm lata patet Mareotica tellus.
Ponite ubi placitum veſtris ſolemnibus aras;
Sed priùs has noſtris Furias excludite regnis.

tus Rex dat veniā.

Nil agis, ô bone Rex; nihil, inquit Legifer Heros:
Iſta lege licet nobis; triduum ire iubemur
Ægypto procul, & vaſtis conſidere arenis,
Ne qua ſiniſtra ſacros facies obnubilet ignes,
Conturbétque pios ritus, animóſque precantum.

Moyſes non accipit conditionem.

Nam, quæ Niliacis non execrabilis aris
Hoſtia, quam poſcunt noſtri procumbere ritus?
Vos colitis pecudes aris, vos corniger Apis
Perditus, Inachiæ furor & lamenta iuvencæ
Inſtituit ſacrare boves, cognatáque templis
Armenta accipere, & ſtabulis accerſere Divos,
Qui debent iugulum Hebræis cum ſanguine flammis.
Quis ferat Ægypti Numen cervice ſecurim
Accipere, & ſalſas detracto tergore fruges?
Aut vaccas coram Iſiacis procumbere phanis:
Vltores Pharii invadent ſacra, atque miniſtros,
Everténtque focos, & Hebræo ſanguine ſpargent.
Advena formidat populus Buſiridis aras.
Da veniam hoſpitibus, tutos poſcentibus ignes.

Abominationes Ægyptiorum. Exod. 8. 26.

Buſiris Ægyptius.

NAM POPVLIS *nulla eſt uſquam ſpecioſior ira,*
Nec ſcelus, aut ullum magis excuſabile crimen,
Quàm quod Relligio, ſit quamvis impia, ſuaſit.
Ite, inquit Pharao, procul; at ne à finibus, inquam, 6.
Ite meis: veſtrúmque mihi ſit Numen amicum.
Conciliate Pharo Superos, & tollite muſcas.
Amriades contrà. Dabitur, Rex magne, quod optas:
Protinùs hæc cœlum volitans purgabit Erinnys;
Cras matutino fugient Myiopes ab Euro;
Crabrones cum rore cadent torpentibus alis;
Tu modò promiſſis maneas, quæ maximus audit
Arbiter; at læſa fidei celer imminet ultor:
Fallentem gravis haud tardo pede pœna ſequetur.

Poteſtas eundi, ſed non procul Ægypto.

Exierat Vates aulâ: pulſârat Olympum
Supplicibus votis: ſtellas Aurora fugabat:

Muſca-

Digitized by Google

Depellũtur Muſcæ. *Muſcarum iam nulla ſonant toto æthere bella.*
Conciderat furor, & ſtimulis languentibus ira.
Læta Canopæas iam pax erexerat urbes;
Sed non longa fuit: fidei, nempe, obice rupto
Fallit fidem Pharao. *Arma iterum ſumenda Deo, duplicandáque Memphi*
Prælia, & extremo pugnandum denique ferro.
Ergo age, Muſa, brevi reliquos complectere caſus
Circuitu: ne prima mihi iam linea Phœbum
Languentem teneat, primóque in lumine feſſum.
Tot ſuperant ſpatia, & longinquis æquora metis,
Tot ſcopuli, vaſtiſque Pharan immenſus arenis
Ad fontes, Iordani, tuos, & lactea ſtagna.
7. Plaga quinta, peſtilentia pecoris. *Quid placidæ peccâſtis oves? quid taurus arator?*
Quid meruêre boves? quid equorum nobile germen?
Tot pecudes caſas campis quæ culpa peregit,
Mulctavitque reas? quæ cœli funerat ira?
Hoc ſatis eſt; meruit Pharao, populúſque Tyranni
Puniũtur Ægyptij in ſuis. *Deditus obſequiis, & ſæva exempla ſequutus;*
Qui gentem immeritam tot iam labentibus annis
Servitio domat, & pecudum more arva colentem
Opprimit, ingenuámque indignis curvat aratris.
Bello armantur equi: dominos pecuaria paſcunt.
Ergo age, ſera Dei Nemeſis, ne parce flagello.
Hoſtile eſt, quodcunque feris: ſic carpitur hoſtis
Paulatim; Memphiſque cadent ſic denique vires.
Vulnere equi ſternendus eques: vitam eripit hoſti
Deſolatus ager: bellum profligat egeſtas.
In pecudes igitur lucem non ampliùs unam
Deſævit peſtis Pharios graſſata per agros.
Non vitio cœli, aut afflatis ſidere lymphis
Exoritur: teter nec ſpiritus inficit herbas:
Nec ſerpit contage malum, vis ignea cœlo
Angina pecoris. *Ingruit, & tumidis linguas in faucibus angit.*
Sternuntur ſtabulis pecudes, ſternuntur & agris
Corpora magna boum, & qui luctus Martis, equorum;
Caprigenum pecus omne perit: cum fortibus uris,
Frugales etiam, ac faciles ad fræna camelos
Tiſiphone abripuit letho: neque cura medentum
Vlla iuvat, non Phillirida, non Pæonis artes.

Nec

Nec morbi explorare genus, vel noſcere cauſas Malum ſine remedio.
Fas erat; una dies excluſerat artis acumen.
Non tamen ignorare licet, quo Numine læſo
Fœda lues cumulet Pharios tot ſtragibus agros:
Nam dirimit Parca ipſa domos, intactáque tranſit
Iſacidum ſtabula, & miſtis mapalia villis. Iſraëlitæ tuti à peſte.
Explorat Pharao tanti diſcrimina caſus,
Atque Hebræa videt ſtabulis præſepia plenis,
Et vegetos pratis colludere matribus agnos,
Securóſque errare greges, pecoriſque magiſtros.
Hoc magis invidiâ cæcatum pectus obarmat
Servorum ſpoliis ſperans, prædáque potiri.
Talia crudeli ſecum dum corde volutat, 8. Plaga ſexta denũtiatur.
Ire videt geminos ad regia limina fratres
Numinis inſtinctu, & lucentem accedere flammam
Interiore foco, medióque ſubire camino:
Tum verò manibus plenis haurire favillas,
Et cinerem, & rurſum tectis exire ſilentes,
Libera ubi laxant ſeſe patulo atria cœlo,
Marmoreis altè circum ſubſtructa columnis.
Inſequitur Pharao, & Proceres, qui ritus, & unde
Scire avidi, quæ ſigna modis incognita miris?
Porticibus ſeſe longis plebs invehit ingens
In medio Hebræi fratres, puróque ſub axe
Ætheris, intentis ſtabant ad ſidera dextris.
Tum Moſes: Si iure, inquit, Rex debita poſco, Conteſtatio Regis.
Et cœlo mandante loquor: ſi carcere iniquo
Immeritam retines gentem, nec fœdera ſervas
Hoſpitibus, Deus hoc nobis ſit pulvere teſtis,
Hique fidem faciant cineres, & inhoſpita fornax
Mempheos, inſidiſque focis collecta favilla, Cauſa, fornacum labor.
Quam bibimus tam longùm atra fuligine nigri
Abramidæ; ſimul hos cineres Phario aëre ſparſos
Diſtulerint auræ, ſcabies incognita Memphim
Occupet, atque artus obſcœno tubere vexet.
Hæc ſimul, & diros cineres toto aëre ſpargit 9. Plaga ſexta, ſcabies & ulcera ex cinere.
Ter, quater: adſtantes circum afflavêre favillæ.
Abripiunt venti fermentum, & pulvere miſtum
Niliaco latæ rapidi Mareotide difflant.

At

At cives fecêre iocos, deliria Vatis
Principiò, Lymphiſque caput duxêre ſacratum
Et Cereri; ſed ubi ſummos eduxit in artus
Sanguinis accenſi ſalſos uredo vapores;
Tum prurire cutis maculis ſparſim aſpera rubris
Incipit, atque acri morſu pruriginis ungues
Sollicitat: tunicis humeros, & brachia primùm
Motibus alternis agitant, torquéntque fricantes
Colláque, pectoráque, & lumbos, & crura pudore
Sepoſito: neque enim prohibet præſentia Regis,
Quin Proceres ipſi, vel coram Principe geſtu
Indecores ſcabiem attrectent, & turpiter ora
Torquentes rugis, lanient immaniter ipſi.
Aſſurgunt papulæ; papulis mox tubera ruptis
In cruſtas vertêre; ardent fœda ulcera membris.
Exutique ſuis erumpunt pellibus artus
Extantes, laxaq; tument ſine cortice fibra.
Stare loco neſcit ſcabies, fricat, intremit, horret:
Remedia inania. *Intus enim ſacer ignis edit: pars plurima currit*
Ad fontes: alii gelido medicamine ſuccos
Conquirunt lapathum, aut betas; pars unguine pingui
Obducunt artus, olidáque unguntur amurca:
Percuſſis alii venis misêre cruorem.
Iam malè diſſimulat Iannes, Mambréſque venenum
Magi ſcabie vexati. *Artubus ardeſcens, neque coram Principe poſſunt*
Stare Magi, torquent miſeros cruda ulcera Myſtas.
Nec melior fortuna ipſos iuvat ulla medentes.
Ægyptum pariter viſu miſerabilis omnem
Deformat ſcabies, & viva cadavera cruſta
Informes texêre: Duci ſtat marmore pectus,
Obduxitque animo cruſtam Marpeſia rupes.

10. Grando inſueta. Plaga ſeptima. *Pugnandum eſt igitur ſaxis in ſaxea corda,*
Et glacie armandæ nubes Aquilonibus atris.
Dicta dies hiemi & ventis, ne fortè procella
Opprimat incautos campis, dum fulgurat æther,
Obliquáſque rotant Auſtri cum grandine flammas.
Sic quoque tunc invita Dei ferit ira nocentes,
Præmitténſque minas ſua mavult perdere tela,
Quàm meritos ſontes; quos bruta tonitrua terrent.

Pauci

Pauci tela cavent; pauci, queis corda Prometheus
Formavit meliore luto: aſt Epimethea plures.
Et doctum ſerò damnis Pharaona ſequuti
Neglexêre minas; campis armenta relinquunt
Et famulos: ollis ſupra caput adſtitit imber
Saxeus, immiſſaq; faces, & fulminis alæ
Incluſêre fugam trepidis: tonat arduus æther; Miſta igni grando.
Tela volant accenſa; cavis terra ima remugit:
Diſſultant montes; contorquent flamina ſylvas:
Tempeſtas inviſa gelu toto aëre nubes
Alligat, eliſáſque immani grandine frangit,
Præcipitátque: ruunt ex alto ingentia ſaxa,
Cunctáque mole terunt, homines, armenta, feráſque:
Sylvarum laceratur honos: vix tecta colonos
Protexêre; petunt imis ſpelæa cavernis,
Confuſique feris latitant: gemit obruta tellus,
Atque altis ſegetes lapidum conduntur acervis:
Meſſibus hæc triura fuit: ſpes concidit hordei,
Et lino impenſi incaſſum cecidêre labores.
Triticeas fruges ſervat vindicta locuſtis,
Si quid hiems in agris ſerum lapidoſa reliquit. Serenitas in Geſſena.
Tranquillo intereà tellus Geſſena ſereno
Perfruitur, placidiſque videt ſata ſurgere campis.
Hic ſeſe accuſat Pharao, rursúſque precatur
Eripere arma Deo Moſem, & compeſcere nubes,
Teláque Cyclopum Memphim externantia flammis.
Arma Deus ponit. Puro nitidiſſima cœlo Oratio Moſis potens.
Reddita lux Phariis: tantùm valet ille precando!
Subtrahit aſtra polo: precibúſque eadem aſtra reponit:
Itq; reditque dies pluviis modò turbida nimbis,
Et modò purpureo Phœbi puriſſima vultu.
Sed mentem avertit Pharao, lucémque refugit
Impia nox animi cœlo, lucique rebellis.
Inſtat adhuc Heros monitis Hebræus, & urget.
Quid cladem extremam, Pharao, ſpectare tuorum 11. Pharao fallit. Locuſtæ armãtur.
Acceleras? quonam uſque fidem periuria frangent
Veſtra? lues uno tandem ſcelera omnia caſu;
Quem ſerò vitâſſe voles. Cras ecce locuſtas
Finibus immittam Phariis, quæ grandinis omnes
Relli-

Digitized by Google

Relliquias avido ore metant, pubentia farra;
Lactentes Cereris culmos, vernantia prata
Fluminis ad ripas, & poma orientia ſylvis
Impaſta carpent acies, atque omnia rodent.
In manibus ſors iſta tuis: tibi conſule: fas eſt:
Aut ſolve Iſacidas, aut arrodêre locuſtis.
Dixit, & attonita fugiens avertitur urbe.

Seditionis metus.

Exciti dictis animi, populique, Patrúmque;
Inceſſunt triſtes curæ, tot iam antè probata
Eventiſque, miniſque fide; gemitum ampla volutant
Atria, confuſo crebreſcunt murmure queſtus.
Seditióque metu exoritur; ſed liniger iras
Temperat Antiſtes Memnon, ac talia fatur.

12. **Memnon Antiſtes Regẽ hortatur.**

Quæ tandem Pharao, Superos Oracula poſcis?
Aut unde explorata magis cognoſcere Fata?
Téne vides pugnare Deo, & funeſta relabi
In noſtrum tua tela caput? quo vulnere, Nilus
Saucius horrifico viſus concreſcere tabo;
Funereos latè populis induxit amictus.
Infeſtámque luem turpes aſcendere ranas
Horruimus, celsáſque ſuper ſe attollere turres,
Et thalamos fœdare tuos, & ſtertere menſis.
Quid memorem cyniphum nimbos, queis vindice cœlo
Circeæ ceſsêre artes, victique magiſtri?
Crabronum neque dum ſtimulos bene cura revulſit:
Peſte iacent armenta: vacant cultoribus agri:
Nos ſcabie informes vultus, informia membra
Oſtentamus adhuc: nunc campis cætera grando
Omnia comminuit ſaxis: Hebræa propago
Omnibus his exempta malis, protectáque cœli
Præſidio, noſtris numerat ſua lucra ruinis,
Vulneribúſque tuis creſcit. Quid plura requiris
Numinis infenſi Phariis, te iudice, ſigna?
Quid ſtruis? aut qua ſpe? Iſacidas nunc denique laxa;

Populi clades. Maieſtatis diminutio.

Nec tibi ſupremam malis accerſere peſtem.
Si tibi nos animæ viles, & inutile membrum
Imperij, ſolúſque potes tua ſceptra tueri,
Si regnas ſoli ipſe tibi, tibi conſule ſoli.
At patria ſi chara ſalus, requiéſque tuorum,

Et

Digitized by Google

ET POPULI *clades numeras ut regia damna,*
Parce tuis, capitique ſuo tua protege membra;
Et ne pro famulis Pharios ſic obijce letho.

Dixerat: aſſenſu Proceres, populúſque ſequuti
Dilapſum revocant Moſem; commotus & ipſe,
Aut iras veritus Procerum, vulgique tumultus,
Ecce, inquit Pharao, vobis ſit plena poteſtas,
Ire licet: ſacrate focos, incendite thura,
Sortitique Duces oneróſum hîc linquite vulgus;
Officeret turba ipſa ſacris: nec ducere matres,
Infantúmque greges, vulgúſque ignobile promptũ eſt.
Ite virûm delecta manus: pars cætera nobis
Pignus erit veſtræ fidei, vel fœderis obſes,
Servabitque domos veſtras, armentáque campis.

13 Pharao dat veniã viris. Fœminas, vulgus, & pecora retinet.

Excipit hæc contrà Moſes: Hîc ſiſtere quenquam,
Aut reſidere nefas nobis. Deus imperat omnes
In loca ſola procul triduum penetrare relicta
Ægypto; vacuáſque domos, vacua arua relinquent
Matres, atque viri: nulla hîc retinebitur ætas,
Non ſexus, non ordo: dies ſolennis ad omnes
Pertinet; & ſenio tardos imponere plauſtris,
Carpentiſque licet fœtas abducere matres.
Quin etiam pecus omne Deus jubet ire ſolutum
Cum dominis, pariterque ſuos ſe ſiſtere ad ignes,
Vt legat ille ſibi jugulos, & munera flammis.
Non ulla pecoris ſeta, non ungula deerunt.
VEL *minimam in ſacris fraudem Sanctiſſimus odit,*
Et piat, immiſſâ non tardo ex æthere pœnâ.
Ne Pharao, ne ſacrilegos nos juſſeris eſſe.
Obſidibus nullis opus eſt: tibi patria tecta,
Et vacuas ſedes, plenóſque relinquimus agros.
Pignus habe ſata læta, hominúmque, boúmque labores,
Et quæ tam cultis Geſſen videt hoſpita campis.

Reſpuit conditione Moyſes.

Hîc Pharao rurſum inuidiâ ſtimulante profatur:
Sic faveat veſter vobis Deus iſte, doloſi
Artifices, quo more ego vos hac lege relinquam
Ire domo vacua, & vacuis abſcedere campis.
Quis dubitet captare fugam hoc molimine ſervos?

Regis ira in Moyſem.

Digitized by Google

Arma parare Pharo, & poſitis ſecedere caſtris?
Exploraſſe ſuas vires; mox ora rebelles
Verſuros, qui terga modò ut fugientia vertant?
Quos ego ſic meritos jam nunc abſumere ferro
Quid moror? at præſtare fidem vel & hoſtibus ipſis
Regia me fortuna monet: pars altera ſeptis
Deſideat; vos ite viri ad ſolennia ſoli.

Moyſes regia extruditur.

Dixerat: extruſos aula indignante repellunt
Lictorum virgata cohors: pars regia laudant
Conſilia; at nimiùm veros pars plurima Vates:
Sed preſſère ſuos irato Rege timores.

14 Plaga octava à locuſtis, quæ immittũtur.

Vix extra muros urbis proceſſerat Heros.
Sic urgente Deo, paſſis ad ſidera palmis
Mempheos aſſignat fines æſtiva locutis,
Et jubet intenta turmatim irrumpere Virga.

Locuſtarum copia unde, & quæ cauſæ.

Exemplò madidis Auſter rapit aëra pennis,
Inceditque diem flatu, noctémque ſequentem;
Sic conferta fovens nidis humentibus ova
Innumeram educit ſobolem obſtetricibus alis.
Mox tenores fœtus robuſta in corpora formans
Educat afflatu, tepidiſque humoribus auget;
Vnde ſub Auroram campis numeroſa juventus

Qui habitus, & arma.

Militia patiens apparuit: omnibus ora
Roſtrata, & ſimiles ſerris duplici ordine dentes:
Mobile ſub galeis caput altè aſſurgit acutis:
Cornei, & extantes oculi: prolixior alvus
Deſinit in rigidas caudata cuſpide falces:
Poplite contento nervoſis cruribus omnes
Evibrata ſolo ſaltu jaculantur in auras
Corpora: Gnoſiacis credas exiſſe ſagittas
Arcubus: at ſubiens pictas Notus adjuvat alas,
Auſtrinaq; volant ſubvecta flatibus aura.

Pernicies campis illata.

Iam ſegetum nihil eſt in agris: jam gramina campis
Nulla virent: jam nulla tegunt pomaria frondes,
Nulláque jam arroſis frondent umbracula ſyluis.
Tum ſpoliant libris ramos, virgultáque carpunt
Arida, ut immites baccas hausère vorando.
Nil durum, aut immite fami tam triſtia monſtra
Inveniunt: ſubeunt tectis, ſtridéntque ſonantes

Per

Digitized by Google

Per thalamos, cellàſque omnes, & pabula paſſim
Importuna petunt menſis; penuaria luſtrant Importunæ ubique, & conclavibus.
Regia, præguſtántq; dapes Pharaonis avari.
It clamor cælo à Phariis: nam funditùs omnem
Anni ſpem periiſſe vident, ſic prolificum ver
Tempeſtas avidis hauſit graſſata locuſtis,
Et tenera Autumnum lactentem extinxit in herba,
Injuſtis gens Iſacidûm detonſa tributis Avaritiæ pœna.
Hos Phariis avidos adeò intulit Exactores.
Hîc rurſus Pharao ſupplex in vota rebellem
Duritiam accuſat frontis, Moſémque fatigat.
Ægypti miſerere, inquit, pereuntis, & ito,
Quò tua te fortuna vocat: ſed mortibus iſtis 15 Locuſtas Moyſes oratione fuſa fugat.
Eripe nos; tum te hinc Superis plaudentibus aufer.
Suſtulit ille oculos cælo, ventúmque precatu
Cardine ab occiduo glaciantibus impetrat alis,
Protinùs aërios qui verrens flamine tractus
Radit humum, campiſque volans violenter apertis
Ante locuſtarum turmas, diſjectáque flatu
Agmina vertit agens, rubróque ſub æquore mergit.
Exultant epulis piſces ut ab æthere ſparſis:
Reſpirant paulùm Memphitæ, & Taneos arua;
Quanquam triſtis hiems vernis in menſibus horret,
Attonditque comas ſylvis, & gramina campis. 16 Allegoria locuſtarũ ex Apocal. 9.
At Vates ventura procul ſub imagine ſæcla
Tranſiliens, vitet ut labentibus æthere ſtellis
Pandantur Furiis portarum adamantina clauſtra,
Et Stygio erumpant barathro, puteique profundis
Faucibus immanes Sanctorum in bella, Locuſtæ.
Dira feris facies; dentes, rictúſque leonum Locuſtæ Apocal. 9, quæ, & quales.
Ore gerunt: manet humani vix linea vultus
Vlla ſuper, niſi fœminei per colla capilli,
Aut torti in cirros, aut nulla lege fluentes,
Aurea quos cohibet vittis in fronte corona.
Loricatæ omnes ferro; ſed ſubter ad ima
Ilia diſcinctis tenduntur prodiga lumbis
Viſcera, quâ obliquo ſubſtringit acumine caudæ
Scorpius infuſo torquens extrema veneno.
Quadrijugos currus, fremitúmq; imitantur equorũ,

Digitized by Google

Quos ſquamatus agit per ſaxa ſonantia miles
Ære coruſcantes, munitóſque undiq; ferro,
Crudelitas locuſtarum.
Robur Achamenij Martis. Quæ funera terris
Monſtra inferre parant? neque enim virgulta, vel herbas
Carpere mos illis; ſed ſtrage, & ſanguine paſci,
Sectatores Antichriſti, locuſtæ.
Et torquere malos, & bella intendere Sanctis,
Inſtantémque horam perituro indicere mundo.
Sed ſcelerum ultrices diras, Regémque Locuſtam
Apollyon Rex illarum.
Tartareum Barathro compinget Apollyon imo
Chriſtus Erythræi Vindex in gurgite Ponti;
Hæreſeónque dolos, & vana redarguet arma.
Tum propè jam ſuprema dies vaſto ingruet orbi.
Antè ſed occaſum mundi Titania lampas
Finis mundi.
Séque, diémque atris abdet demerſa tenebris.
Voſque, ô tot ſcelerum teſtes, aſtra ignea cæli,
Funereos Sole extincto ſumetis amictus.
Tunc erit ater ubique horror palpabilis umbra,
Qualis nunc Phariæ facies, & ſuppara ſcena;
Ægypti proludit enim pereuntis imago,
Nuntiet ut ſimiles mundo intereunte tenebras.

17 *His igitur rerum fatis, & funere regnorum*
Tenebræ palpabiles, nona plaga.
Intentus, miſeránſque Pharon, ſed Numinis ardens
Inſtinctu, oppanſis Moſes ad ſidera palmis,
Ceu certet prohibere diem, radiiſque comantes
Vertere Solis equos, ac retrò flectere curſus,
Evocat ex Erebo tenebras, noctémque malignam,
Tiſiphonem, & triſtes quali caligine Diras
Fœta parit, Manéſque reos ſævâ implicat umbrâ.
Non fuit nox ſerena.
Non illi nitida ſtellis fulgentibus ala
Cæruleive ſinus, non laxo lactea cinctu
Zona, neque in roſeis optanda ſilentia pennis,
Nec ſomni molles, nec pigra papavera cornu:
Nox horrifica.
Sed præceps, rapidiſque ruit turbata procellis,
Horroréſque, & ſpectra ferens Acheruſia ſomnis.
Vide Sap. cap. 17. & 18.
Mox mediam rapit axe diem, & ferrugine fuſcat:
Letheis Pharios nebulis, & carcere nigro
Implicuit; quo quiſque loco deprenſus, inhæſit
Vincula tenebrarum.
Arctatus vinclis tenebrarum, & compede mortis,
Arre-

Arrectiſque horore comis; ſeu fortè viator
Carpit iter notum campis; ſeu curvus arator
Verſat agrum cultu, & glebas exercet inertes;
Sive foro, aut tectis cives, vel publica cura,
Vel privata tenent ſtudia, improviſa repentè
Obnubit caput, atque iiſdem veſtiga figit
Horrida nox immota locis; gelidoque pavore
Concutit ambiguos ſuperéntne? an terra dehiſcens Spectra horrenda objecta Ægyptiis
In cacas Erebi vivos detruſerit umbras?
Nam ſava exterrent facies, & ſpectra ferarum
Curſantum juxtà, & paſſim per tecta vagantum.
Immanes hydri, & ſquamoſis nexibus angues
Ore vomunt flammas, oculiſq; ardentibus errant,
Praſentántque reis infeſto lumine mortem.
Aut circum trepidos diſploſi è nubibus ignes
Oſtendêre oculis miſerorum informia ſpectra.
Nec tamen adſtantes cuiquam ſpectare propinquos,
Aut notos, nox illa dedit cognoſcere vultus:
Sed gravior tetro in pœnas à ſulfure fulſit,
Objecitque metu majora pericula veris.
Fruſtrà illi piceas levia ad ſolatia tentant Non vincitur facibus.
Perflatis flammare focis in lumina tadas,
Ad chalybem fruſtrà ſilices fricuêre terendo;
Humidus in medio vapor omnem intercipit ignem,
Vulcanúmque ſuis hebetat nebula uda caminis:
Tartaream nulla evincunt funalia noctem.
Heu! quid agant miſeri? qua ſeſe ad numina ver-
tant? Timores nocturni Ægyptiorum.
Nox eadem Æditruos, ſimulacráque ſurda pudendis
Damnavit tenebris, precibúſque ſacraria clauſit.
Savior ex adytis quinimò increbuit horror,
Exturbante Deo è latebris feralia monſtra.
Curſavêre vias Furia, larviſque frementes Monſtra ferarum per tenebras.
Inviſis ſubiêre domos: pars caſtra ſub ipſo.
Stipavêre foro: pars in regalia tecta
Invasêre: Magos dira ad ludibria poſcunt
Ante omnes, atque horrendis ſtridoribus urgent, Magi præcipuè vexati.
Vipereis ſcindunt pallentum corpora loris,
Inſultántque jocis: nequicquam Gorgona Iannes,

Digitized by Google

Arcanúmque imis Numen penetralibus Orci
Voce vocat; fruſtrà Mambres ignota figuris
Verba juvans diris extremis devovet umbras.
Irriſêre preces Furiæ, fraudúmque magiſtros.
SIC *revocat Deus in primos ſcelera omnia fontes.*
Metu mortui multi. *Impuras pleriſque animas Cocytius horror*
Extorſit rapiente metu: mox impiger haurit
Cerberus, & triplici flammas eructat hiatu
Pharaonis trepidatio *Exultans epulis: perculſus luce nefanda*
Diriguit viſu Pharao, pallénſque Satelles
Pila manu trepida, ferrúmque imbelle remiſit.
Complexu Regem Proceres defendere tentant
Satellitiũ non juvat Regem. *Palpando; aut cum Rege mori. Stant nexibus arctis*
Hærentes, obnixè oculis ad fulgura clauſis
Expectant ſive aſtra polo redeuntia lucem
Reſtituant, ſeu ſub pedibus terra ima fatiſcens
E tenebris porrò in tenebras ſub Tartara trudat.
SORS EADEM, *& ſimiles miſeris ſolatia caſus.*
Conſciẽtiæ Furiæ. *Nec minùs intereà ſub anhelo pectore ſævit*
Conſcia lux animi, & Regem, Proceréſque flagello
Inſequitur, ſtimulóque, & crudis morſibus angit,
Præſentéſque jubet cognoſci à Vindice pœnas,
Inſtantéſque alias magno cum fœnore plures
Intentas; dilata gravat patientia noxas,
Pleniſque in cumulum menſuram exaggerat annis.
Quis cladem illius noctis? quis triſtia fata
18 Atrocitas tenebrarum. *Enumeret? quæ per tenebras errantia monſtra?*
Exanguéſque metus, arentiáque ora timore,
Infantum lachrimas, & fœmineos vlutatus;
Imago Inferorũ. *Defixóſque horrore viros ut ſtantia ſaxa,*
Serpentes inter, formaſq́; tricorporis umbras?
Illa Erebi facies, ille illætabilis horror,
Quo Chaos, & confuſa gemunt Acheruſia regna,
Quæ ſuper æterno nox implicat invia fumo:
Æternâ fovet atra palus caligine nubem,
Atra palus Stygis ad Superos innabilis unda,
Impia ubi pœnis exercent Tartara ſontes.
At ſuper Elyſias veſtit lux aurea ſedes,
Limpidáque innubi labuntur ſidera cœlo.

Haud

Digitized by Google

Haud alio gaudet tellus Geſſena ſereno:
Iſacidas lux alma fovet, ſtellaq; benigno
Adſperſêre ſibi cognatam lumine gentem.
CLARA dies quocunq; ferant veſtigia, Sanctos
Anteit, & puro ſignatur ſemita Sole, Prov. 4. 18.
Cimmeriis donec tenebris Ægyptius errat
Tres ſine Sole dies, & tres ſine ſidere noctes,
Æternámque timet meritò gens impia noctem. 19
Reddita lux tandem Phariis, & Sole reducto Dies reddita.
Purgavêre diem nimbi, Manéſque ſub imos
Aufugiunt larvæ; reſpirant lumine viſo
Memphitæ; viſíque cavis exire ſepulchris,
Vix hebetes oculos picea caligine tollunt;
Circumquaque ſuos ſpectant, quærúntque timores.
Apparent plerique metu, lethóque rigentes,
Stant oculi glacie, rigido ſtant frigore membra;
Nec miſeros lugere vacat; neq; enim hora querelis,
Donec adhuc ſibi quiſq; timet, refugitq; ſequentem
Vindictam, cuneos dextra, plumbúmq; ferentem
Leviadas Pharao fratres expectat in aula Vocantur Moyſes, & Aron.
Impatiens. Illic veterum monimenta parentum
Parietibus ſculptis aurato in marmore vivunt
Dædaleæ rarum artis opus: longo ordine Reges
Mempheos, & vivis animata coloribus acta.
Hîc atavus Pharao ſtratis effultus eburneis 20
Porrigitur ſomno: circum nox humida lecto Aula regia.
Obtendit nitidas pepli in ferrugine ſtellas,
Lentáque ſomnifero devergit nubila cornu. Somnia Pharaonis
E cælo allabens ad pulvinaria Morpheus
Veridicas fingit contacto vertice formas;
Inſculpitq; animo Regis, ſeriémq;, locóſq;,
Atque habitus rerum, veráſq; ſine aëre voces.
Turbidus, ac nigris Nilus juxta influit undis, Nilus.
Et ſuper herboſos ſtagnat leni agmine fines.
Paſcuntur ſeptem præſtanti corpore vaccæ, Vaccæ ſeptem pingues.
Ubera queis largo turgent undantia lacte,
Arvina, nimiáq; graves pinguedine ſudant:
Paſcuntur tamen, & ripis in pinguibus errant.
Mox fluvius linquens repetito gurgite ripas

Arcanúmque imis Numen penetralibus Orci
Voce vocat; fruſtrà Mambres ignota figuris
Verba juvans diris extremis devovet umbras.
Irriſere preces Furiæ, fraudúmque magiſtros.
SIC *revocat Deus in primos ſcelera omnia fontes.*
Metu mortui multi. *Impuras pleriſque animas Cocytius horror*
Extorſit rapiente metu: mox impiger haurit
Cerberus, & triplici flammas eructat hiatu
Pharaonis trepidatio *Exultans epulis: perculſus luce nefanda*
Diriguit viſu Pharao, pallénſque Satelles
Pila manu trepida, ferrúmque imbelle remiſit.
Complexu Regem Proceres defendere tentant
Satellitiū non juvat Regem. *Palpando; aut cum Rege mori. Stant nexibus arctis*
Hærentes, obnixè oculis ad fulgura clauſis
Expectant ſive aſtra polo redeuntia lucem
Reſtituant, ſeu ſub pedibus terra ima fatiſcens
E tenebris porrò in tenebras ſub Tartara trudat.
SORS EADEM, *& ſimiles miſeris ſolatia caſus.*
Conſciētiæ Furiæ. *Nec minùs intereà ſub anhelo pectore ſævit*
Conſcia lux animi, & Regem, Proceréſque flagello
Inſequitur, ſtimulóque, & crudis morſibus angit,
Præſentéſque jubet cognoſci à Vindice pœnas,
Inſtantéſque alias magno cum fœnore plures
Intentas; dilata gravat patientia noxas,
Pleniſque in cumulum menſuram exaggerat annis.
18 *Quis cladem illius noctis? quis triſtia fata*
Atrocitas tenebrarum. *Enumeret? quæ per tenebras errantia monſtra?*
Exanguéſque metus, arentiáque ora timore,
Infantum lachrimas, & fœmineos vlulatus;
Imago Inferorū. *Defixóſque horrore viros ut ſtantia ſaxa,*
Serpentes inter, formaſq; tricorporis umbras?
Illa Erebi facies, ille illætabilis horror,
Quo Chaos, & confuſa gemunt Acheruſia regna,
Quæ ſuper æterno nox implicat invia fumo:
Æternâ fovet atra palus caligine nubem,
Atra palus Stygis ad Superos innabilis unda,
Impia ubi pœnis exercent Tartara ſontes.
At ſuper Elyſias veſtit lux aurea ſedes,
Limpidáque innubi labuntur ſidera cœlo.

Haud

Digitized by Google

Haud alio gaudet tellus Geſſena ſereno:
Iſacidas lux alma fovet, ſtellaq; benigno
Adſperſêre ſibi cognatam lumine gentem.
CLARA *dies quocunq; ferant veſtigia, Sanctos*
Anteit, & puro ſignatur ſemita Sole, Prov. 4. 18.
Cimmeriis donec tenebris Ægyptius errat
Tres ſine Sole dies, & tres ſine ſidere noctes,
Æternámque timet meritò gens impia noctem. 19
Reddita lux tandem Phariis, & Sole reducto Dies reddita.
Purgavêre diem nimbi, Manéſque ſub imos
Aufugiunt larvæ; reſpirant lumine viſo
Memphitæ; viſíque cavis exire ſepulchris,
Vix hebetes oculos picea caligine tollunt;
Circumquaque ſuos ſpectant, quærúntque timores.
Apparent plerique metu, lethóque rigentes,
Stant oculi glacie, rigido ſtant frigore membra;
Nec miſeros lugere vacat; neq; enim hora querelis,
Donec adhuc ſibi quiſq; timet, refugitq; ſequentem
Vindictam, cuneos dextra, plumbúmq; ferentem
Leviadas Pharao fratres expectat in aula Vocantur Moyſes, & Aron.
Impatiens. Illic veterum monimenta parentum
Parietibus ſculptis aurato in marmore vivunt
Dædaleæ rarum artis opus: longo ordine Reges
Mempheos, & vivis animata coloribus acta.
Hîc atavus Pharao ſtratis effultus eburneis 20
Porrigitur ſomno: circum nox humida lecto Aula regia.
Obtendit nitidas pepli in ferrugine ſtellas,
Lentáque ſomnifero devergit nubila cornu.
E cœlo allabens ad pulvinaria Morpheus Somnia Pharaonis
Veridicas fingit contacto vertice formas;
Inſculpítq; animo Regis, ſeriémq;, locóſq;,
Atque habitus rerum, veráſq; ſine aëre voces.
Turbidus, ac nigris Nilus juxta influit undis, Nilus.
Et ſuper herboſos ſtagnat leni agmine fines.
Paſcuntur ſeptem præſtanti corpore vaccæ, Vaccæ ſeptem pingues.
Vbera queis largo turgent undantia lacte,
Arvina, nimiáq; graves pinguedine ſudant:
Paſcuntur tamen, & ripis in pinguibus errant.
Mox fluvius linquens repetito gurgite ripas

Digitized by Google

Conditur, & ſiccis languens inſerpit arenis.
Vaccæ ſeptem macilentæ. *Ponè alia totidem, ſine ſucco, & ſanguine vaccæ*
Hirſutæ, & tetra macrentes tabe ſequuntur.
Vbera lacte vacant: oculis conduntur abactis
Ora, ſub incurvis dejecta cornibus aures,
Oſſáque ſtrigoſum fodiunt extantia tergus:
Lurida ventre fames, avidiſq; in faucibus hæret:
Dente metunt herbas, & prata virentia carpunt:
Sufficiunt nulla attonſis jam pabula pratis:
Arent fluminea vulſis radicibus ora,
Areſcunt latè circum Mareotida terra.
Ergo ubi jam exhauſtis defecit copia campis,
Dentibus invadunt ſaturas diro omine vaccas,
Et ſpeciem egregiam informes hauſêre priorum.
Spicæ ſeptem lætiſſimæ. *Parte alia ſeptem ad ſpecimen memorabile ſpicas*
Fecerat artificis manus uno exſurgere culmo;
Nutantes flavente auro curvarât ariſtas:
Aurea triticeam contexit bractea frugem:
Nodantur calami electro, molliq; rigentes
Aſſurgunt auro tunicæ: barbam aurea ſepes
Aſperat, & vallis volucres defendit acutis.
Spicæ ſeptem aduſtæ. *Iuxtà alia totidem ſpicæ naſcuntur ab uno*
Ceſpite deformes ſiliqua, paleáque ſonantes.
Infauſtam lolio ſegetem, robigine fœda
Aſperſit Morpheus, fumóq; afflavit ariſtas,
Et cinere, & nigra culmos vredine tinxit.
Iſtæ etiam livore ſuo læsêre priores,
Et latas ſegetes contactu exedit avena.
21 Pharao, quærit ſomnii Interpretem. *Nec procul hinc ſolio curis ingentibus æger*
Regnator ſedet Ægypti: præſagia ſomni
Veſtigant circum Vates; ſed ſomnia fingunt:
Nam tripodas Phœbus negat, atq; Trophonius antrũ.
Scire nefas arcana Dei; neq; ſortibus ullis
Conſilium cæleſte patet. Sublime putreſcit
Piſtor regius in patibulo. *Infelix ſomno ſuſpenſus in arbore Piſtor.*
Augurio ingratus longum poſt tempus iniquam
Pincerna immemor Ioſephi. *Accuſat Pincerna fidem, laudátq; ſagacem*
Hebræum in Fato juvenem. Sapientia tandem
Ipſa ſuos pandit Ioſepho interprete ſenſus.

Rex

Digitized by Google

Rex jubet extemplò vinclis, & carcere ſolvi,
Attonſumq; comas, Tyriáque in veſte nitentem
Ioſeph è carcere eductus.
Apparere ſibi, Sphingíſq; exſolvere nodos:
Extrahitur vinclis; dîa auget Gratia formam,
Abſtergitq; ſitum membris, redditq; nitorem.
Mirantur cives habitus, & frontis honorem;
Ioſephi mirabilis ſpecies.
Conciliat Virtus animos, luménq; juventa,
Majeſtas innata oculis, captivat amorem.
Ille tenet dictis aures, & pectora flectit,
Fortunam evolvens Regis, Superóſq; faventes
Ægypto; cujus rumpent mox horrea meſſes,
Somnia ediſſerit.
Exhauſtáſq; fame recreabit copia terras.
Iuſſu igitur Regis laxantur in horrea paſſim
Villarum ſpatia, & condendis frugibus ædes.
Conjector tantorum operum, & certiſſimus augur
Præficitur Phariis, cui Res ſit publica curæ:
Præfectura Ægypti, & honores.
Regius inſeritur digito annulus; omnis in unam
Cervicem regni moles impoſta recumbit.
Altior invidiâ eſt fidei munimine cervix;
Curarúmque capax tantarum ſuſtinet una;
Et vacat; & ſupereſt ad plura negotia pectus.
Ille PATER REGIS, PATER *idem* PUBLICUS *audit;*
Ac tandem Pharias curru vectante per urbes
Ioſephi virtus, & merita.
Jactatum nomen MUNDI SERVATOR *honeſtat.*
Hic vir, hic eſt fratrũ, & populi JOSEPHUS *amator,*
Moribus incanis primo maturus in ævo,
Quem Pietas, ſanctóq; ſinu Prudentia finxit
Principibus Phariis Cenſorem, æquiq; Magiſtrum,
Pſal. 104. 22.
Quem duodena colunt incurvis Aſtra maniplis:
Cui pater, & genitrix, tótque illa ab origine Reges
Summisêre genu proni ad FASTIGIA *ſceptri.*
Ad Hebr. 11. 22. Gen. 49. 22.
Attonitæ è thalamis matres, teneræq; puellæ
Ocurrêre ſuper muros, paßimq; feneſtris
Pendentes formæ eximium mirantur honorem,
Quam jubare, & caſto tutatur ſidere Virtus.
Illa oculis Pharao, & Proceres antiqua legebant
Facta Patrum: ſed nil illos tam clara remordet
Gratia, nec benefacta movent, ſeu marmora norunt,
Et meminêre viri; ſive illis nomen, & acta

Digitized by Google

Relliquias avido ore metant, pubentia farra;
Lactentes Cereris culmos, vernantia prata
Fluminis ad ripas, & poma orientia ſylvis
Impaſta carpent acies, atque omnia rodent.
In manibus ſors iſta tuis: tibi conſule: fas eſt:
Aut ſolve Iſacidas, aut arrodêre locuſtis.
Dixit, & attonita fugiens avertitur urbe.
Seditionis metus. *Exciti dictis animi, populíque, Patrúmque;*
Inceſſunt triſtes curæ, tot iam antè probatæ
Eventiſque, miniſque fide; gemitum ampla volutant
Atria, confuſo crebreſcunt murmure queſtus.
Seditióque metu exoritur; ſed liniger iras
Temperat Antiſtes Memnon, ac talia fatur.
12. Memnon Antiſtes Regē hortatur. *Quæ tandem Pharao, Superos Oracula poſcis?*
Aut unde explorata magis cognoſcere Fata?
Téne vides pugnare Deo, & funeſta relabi
In noſtrum tua tela caput? quo vulnere, Nilus
Saucius horrifico viſus concreſcere tabo,
Funereos latè populis induxit amictus.
Infeſtámque luem turpes aſcendere ranas
Horruimus, celsáſque ſuper ſe attollere turres,
Et thalamos fœdare tuos, & ſtertere menſis.
Quid memorem cyniphum nimbos, queis vindice cœlo
Circeæ ceſſêre artes, victíque magiſtri?
Crabronum neque dum ſtimulos bene cura revulſit:
Peſte iacent armenta: vacant cultoribus agri:
Nos ſcabie informes vultus, informia membra
Oſtentamus adhuc: nunc campis cætera grando
Omnia comminuit ſaxis: Hebræa propago
Omnibus his exempta malis, protectáque cœli
Præſidio, noſtris numerat ſua lucra ruinis,
Vulneribúſque tuis creſcit. Quid plura requiris
Numinis infenſi Phariis, te iudice, ſigna?
Quid ſtruis? aut qua ſpe? Iſacidas nunc denique laxa;
Populi clades. *Nec tibi ſupremam malis accerſere peſtem.*
Si tibi nos animæ viles, & inutile membrum
Maieſtatis diminutio. *Imperij, ſolúſque potes tua ſceptra tueri,*
Si regnas ſoli ipſe tibi, tibi conſule ſoli.
At patriæ ſi chara ſalus, requiéſque tuorum,

ET

Digitized by Google

ET POPULI *clades numeras ut regia damna,*
Parce tuis, capitique ſuo tua protege membra;
Et ne pro famulis Pharios ſic obijce letho.
Dixerat: aſſenſu Proceres, populúſque ſequuti 13 Pharao dat veniã viris.
Dilapſum revocant Moſem; commotus & ipſe,
Aut iras veritus Procerum, vulgique tumultus,
Ecce, inquit Pharao, vobis ſit plena poteſtas, Fœminas, vulgus, & pecora retinet.
Ire licet: ſacrate focos, incendite thura,
Sortitique Duces oneroſum hîc linquite vulgus;
Officeret turba ipſa ſacris: nec ducere matres,
Infantúmque greges, vulgúſque ignobile promptũ eſt.
Ite virûm delecta manus: pars cætera nobis
Pignus erit veſtræ fidei, vel fœderis obſes,
Servabitque domos veſtras, armentáque campis.
Excipit hæc contrà Moſes: Hîc ſiſtere quenquam, Reſpuit conditione Moyſes.
Aut reſidere nefas nobis. Deus imperat omnes
In loca ſola procul triduum penetrare relicta
Ægypto; vacuáſque domos, vacua arua relinquent
Matres, atque viri: nulla hîc retinebitur ætas,
Non ſexus, non ordo: dies ſolennis ad omnes
Pertinet; & ſenio tardos imponere plauſtris,
Carpentiſque licet fœtas abducere matres.
Quin etiam pecus omne Deus jubet ire ſolutum
Cum dominis, paritérque ſuos ſe ſiſtere ad ignes,
Vt legat ille ſibi jugulos, & munera flammis.
Non ulla pecoris ſeta, non ungula deerunt.
V E L *minimam in ſacris fraudem Sanctiſſimus odit,*
Et piat, immiſſâ non tardo ex æthere pœnâ.
Ne Pharao, ne ſacrilegos nos juſſeris eſſe.
Obſidibus nullis opus eſt: tibi patria tecta,
Et vacuas ſedes, plenóſque relinquimus agros.
Pignus habe ſata læta, hominúmque, boúmque labores,
Et quæ tam cultis Geſſen videt hoſpita campis.
Hîc Pharao rurſum inuidiâ ſtimulante profatur: Regis ira in Moyſem.
Sic faveat veſter vobis Deus iſte, doloſi
Artifices, quo more ego vos hac lege relinquam
Ire domo vacua, & vacuis abſcedere campis.
Quis dubitet captare fugam hoc molimine ſervos?

Digitized by Google

Arma parare Pharo, & poſitis ſecedere caſtris?
Exploraſſe ſuas vires; mox ora rebelles
Verſuros, qui terga modò ut fugientia vertant?
Quos ego ſic meritos jam nunc abſumere ferro
Quid moror? at præſtare fidem vel & hoſtibus ipſis
Regia me fortuna monet: pars altera ſeptis
Deſideat; vos ite viri ad ſolennia ſoli.

Moyſes regia extruditur.

Dixerat: extruſos aula indignante repellunt
Lictorum virgata cohors: pars regia laudant
Conſilia; at nimiùm veros pars plurima Vates:
Sed preſſère ſuos irato Rege timores.

Plaga octava à locuſtis, quæ immittũtur.

14 Vix extra muros urbis proceſſerat Heros.
Sic urgente Deo, paſſis ad ſidera palmis
Mempheos aſſignat fines æſtiva locutis,
Et jubet intenta turmatim irrumpere Virga.

Locuſtarum copia unde, & quæ cauſæ.

Exemplò madidis Auſter rapit aëra pennis,
Inceditque diem flatu, noctémque ſequentem;
Sic conferta fovens nidis humentibus ova
Innumeram educit ſobolem obſtetricibus alis.
Mox tenores fœtus robuſta in corpora formans
Educat afflatu, tepidiſque humoribus auget;
Vnde ſub Auroram campis numeroſa juventus

Qui habitus, & arma.

Militia patiens apparuit: omnibus ora
Roſtrata, & ſimiles ſerris duplici ordine dentes:
Mobile ſub galeis caput altè aſſurgit acutis:
Cornei, & extantes oculi: prolixior alvus
Deſinit in rigidas caudata cuſpide falces:
Poplite contento nervoſis cruribus omnes
Evibrata ſolo ſaltu jaculantur in auras
Corpora: Gnoſiacis credas exiſſe ſagittas
Arcubus: at ſubiens pictas Notus adjuvat alas,
Auſtrinaq; volant ſubvecta flatibus aura.

Pernicies campis illata.

Iam ſegetum nihil eſt in agris: jam gramina campis
Nulla virent: jam nulla tegunt pomaria frondes,
Nulláque jam arroſis frondent umbracula ſyluis.
Tum ſpoliant libris ramos, virgultáque carpunt
Arida, ut immites baccas hauſère vorando.
Nil durum, aut immite fami tam triſtia monſtra
Inveniunt: ſubeunt tectis, ſtridéntque ſonantes

Per

Per thalamos, cellâſque omnes, & pabula paſſim
Importuna petunt menſis; penuaria luſtrant Importunæ ubique, & conclavibus.
Regia, prægustántq; dapes Pharaonis avari.
It clamor cælo à Phariis: nam funditùs omnem
Anni ſpem periiſſe vident, ſic prolificum ver
Tempeſtas avidis hauſit graſſata locuſtis,
Et tenera Autumnum lactentem extinxit in herba,
Injuſtis gens Iſacidûm detonſa tributis
Hos Phariis avidos adeò intulit Exactores. Avaritiæ pœna.
Hic rurſus Pharao ſupplex in vota rebellem
Duritiam accuſat frontis, Moſémque fatigat.
Ægypti miſerere, inquit, pereuntis, & ito, 15
Quò tua te fortuna vocat: ſed mortibus iſtis Locuſtas Moyſes oratione fuſa fugat.
Eripe nos; tum te hinc Superis plaudentibus aufer.
Suſtulit ille oculos cælo, ventúmque precatu
Cardine ab occiduo glaciantibus impetrat alis,
Protinùs aërios qui verrens flamine tractus
Radit humum, campiſque volans violenter apertis
Ante locuſtarum turmas, disjectáque flatu
Agmina vertit agens, rubróque ſub æquore mergit.
Exultant epulis piſces ut ab æthere ſparſis:
Reſpirant paulùm Memphitæ, & Taneos arva;
Quanquam triſtis hiems vernis in menſibus horret, 16
Attonditque comas ſylvis, & gramina campis. Allegoria locuſtarũ ex Apocal. 9.
At Vates ventura procul ſub imagine ſæcla
Tranſiliens, vitet ut labentibus æthere ſtellis
Pandantur Furiis portarum adamantina clauſtra,
Et Stygio erumpant barathro, puteique profundis
Faucibus immanes Sanctorum in bella, Locuſtæ.
Dira feris facies; dentes, rictúſque leonum Locuſtæ Apocal. 9, quæ, & quales.
Ore gerunt: manet humani vix linea vultus
Ulla ſuper, niſi fœminei per colla capilli,
Aut torti in cirros, aut nulla lege fluentes,
Aurea quos cohibet vittis in fronte corona.
Loricatæ omnes ferro; ſed ſubter ad ima
Ilia diſcinctis tenduntur prodiga lumbis
Viſcera, quæ obliquo ſubſtringit acumine caudæ
Scorpius infuſo torquens extrema veneno.
Quadrijugos currus, fremitúmq; imitantur equorũ,

Digitized by Google

Quos ſquamatus agit per ſaxa ſonantia miles
Ære coruſcantes, munitóſque undiq; ferro,

Crudelitas locuſtarum.

Robur Achamenij Martis. Quæ funera terris
Monſtra inferre parant? neque enim virgulta, vel herbas
Carpere mos illis; ſed ſtrage, & ſanguine paſci,

Sectatores Antichriſti, locuſtæ.

Et torquere malos, & bella intendere Sanctis,
Inſtantémque horam perituro indicere mundo.
Sed ſcelerum ultrices diras, Regémque Locuſtam

Apollyon Rex illarum.

Tartareum Barathro compinget Apollyon imo
Chriſtus Erythræi Vindex in gurgite Ponti;
Hæreſeónque dolos, & vana redarguet arma.
Tum propè jam ſuprema dies vaſto ingruet orbi.
Antè ſed occaſum mundi Titania lampas

Finis mundi.

Séque, diémque atris abdet demerſa tenebris.
Voſque, ô tot ſcelerum teſtes, aſtra ignea cæli,
Funereos Sole extincto ſumetis amictus.
Tunc erit ater ubique horror palpabilis umbra,
Qualis nunc Phariæ facies, & ſuppara ſcena;
Ægypti proludit enim pereuntis imago,
Nuntiet ut ſimiles mundo intereunte tenebras.

Tenebræ palpabiles, nona plaga.

17 His igitur rerum fatis, & funere regnorum
Intentus, miſeránſque Pharon, ſed Numinis ardens
Inſtinctu, oppanſis Moſes ad ſidera palmis,
Ceu certet prohibere diem, radiiſque comantes
Vertere Solis equos, ac retrò flectere curſus,
Evocat ex Erebo tenebras, noctémque malignam,
Tiſiphonem, & triſtes quali caligine Diras
Fœta parit, Manéſque reos ſævâ implicat umbrâ.

Non fuit nox ſerena.

Non illi nitida ſtellis fulgentibus ala
Cæruleive ſinus, non laxo lactea cinctu
Zona, neque in roſeis optanda ſilentia pennis,
Nec ſomni molles, nec pigra papavera cornu:

Nox horrifica. Vide Sap. cap. 17. & 18.

Sed præceps, rapidiſque ruit turbata procellis,
Horroréſque, & ſpectra ferens Acheruſia ſomnis.
Mox mediam rapit axe diem, & ferrugine fuſcat:
Letheis Pharios nebulis, & carcere nigro
Implicuit; quo quiſque loco deprenſus, inhæſit

Vincula tenebrarum.

Arctatus vinclis tenebrarum, & compede mortis,
Arre-

Digitized by Google

Arrectiſque horore comis; ſeu fortè viator
Carpit iter notum campis; ſeu curvus arator
Verſat agrum cultu, & glebas exercet inertes;
Sive foro, aut tectis cives, vel publica cura,
Vel privata tenent ſtudia, improviſa repentè
Obnubit caput, atque iiſdem veſtiga figit
Horrida nox immota locis; gelidóque pavore
Concutit ambiguos ſuperéntne? an terra dehiſcens
In cæcas Erebi vivos detruſerit umbras?
Nam ſæva exterrent facies, & ſpectra ferarum
Curſantum juxtà, & paſſim per tecta vagantum.
Immanes hydri, & ſquamoſis nexibus angues
Ore vomunt flammas, oculíſq; ardentibus errant,
Præſentántque reis infeſto lumine mortem.
Aut circum trepidos diſploſi è nubibus ignes
Oſtendêre oculis miſerorum informia ſpectra.
Nec tamen adſtantes cuiquam ſpectare propinquos,
Aut notos, nox illa dedit cognoſcere vultus:
Sed gravior tetro in pœnas à ſulfure fulſit,
Objecitque metu majora pericula veris.
Fruſtrà illi piceas levia ad ſolatia tentant
Perflatis flammare focis in lumina tædas,
Ad chalybem fruſtrà ſilices fricuêre terendo;
Humidus in medio vapor omnem intercipit ignem,
Vulcanúmque ſuis hebetat nebula uda caminis:
Tartaream nulla evincunt funalia noctem.
Heu! quid agant miſeri? quæ ſeſe ad numina vertant?
Nox eadem Ædituos, ſimulacráque ſurda pudendis
Damnavit tenebris, precibúſque ſacraria clauſit.
Sævior ex adytis quinimò increbuit horror,
Exturbante Deo è latebris feralia monſtra.
Curſavêre vias Furiæ, larvíſque frementes
Inviſis ſubiêre domos: pars caſtra ſub ipſo
Stipavêre foro: pars in regalia tecta
Invasêre: Magos dira ad ludibria poſcunt
Ante omnes, atque horrendis ſtridoribus urgent,
Vipereis ſcindunt pallentum corpora loris,
Inſultántque jocis: nequicquam Gorgona Iannes,

Spectra horrenda objecta Ægyptiis

Non vincitur facibus.

Timores nocturni Ægyptiorum.

Monſtra ferarum per tenebras.

Magi præcipuè vexati.

Arcanúmque imis Numen penetralibus Orci
Voce vocat; fruſtra Mambres ignota figuris
Verba juvans diris extremis devovet umbras.
Irriſêre preces Furiæ, fraudúmque magiſtros.
SIC *revocat Deus in primos ſcelera omnia fontes.*

Metu mortui multi.

Impuras pleriſque animas Cocytius horror
Extorſit rapiente metu: mox impiger haurit
Cerberus, & triplici flammas eructat hiatu

Pharaonis trepidatio

Exultans epulis: perculſus luce nefanda
Diriguit viſu Pharao, pallénſque Satelles
Pila manu trepida, ferrúmque imbelle remiſit.
Complexu Regem Proceres defendere tentant

Satellitiũ non juvat Regem.

Palpando; aut cum Rege mori. Stant nexibus arctis
Hærentes, obnixè oculis ad fulgura clauſis
Expectant ſive aſtra polo redeuntia lucem
Reſtituant, ſeu ſub pedibus terra ima fatiſcens
E tenebris porrò in tenebras ſub Tartara trudat.
SORS EADEM, *& ſimiles miſeris ſolatia caſus.*

Conſciẽtiæ Furiæ.

Nec minùs intereà ſub anhelo pectore ſævit
Conſcia lux animi, & Regem, Proceréſque flagello
Inſequitur, ſtimulòque, & crudis morſibus angit,
Præſentéſque jubet cognoſci à Vindice pœnas,
Inſtantéſque alias magno cum fœnore plures
Intentas; dilata gravat patientia noxas,
Pleniſque in cumulum menſuram exaggerat annis.

18

Quis cladem illius noctis? quis triſtia fata

Atrocitas tenebrarum. Imago Inferorũ.

Enumeret? quæ per tenebras errantia monſtra?
Exanguéſque metus, arentiáque ora timore,
Infantum lachrimas, & fœmineos vlutatus;
Defixóſque horrore viros ut ſtantia ſaxa,
Serpentes inter, formaſq; tricorporis umbras?
Illa Erebi facies, ille illætabilis horror,
Quo Chaos, & confuſa gemunt Acheruſia regna,
Quæ ſuper æterno nox implicat invia fumo:
Æternâ fovet atra palus caligine nubem,
Atra palus Stygis ad Superos innabilis unda,
Impia ubi pœnis exercent Tartara ſontes.
At ſuper Elyſias veſtit lux aurea ſedes,
Limpidáque innubi labuntur ſidera cœlo.

Haud

Digitized by Google

Haud alio gaudet tellus Geſſena ſereno:
Iſacidas lux alma fovet, ſtellaq́; benigno
Adſperſêre ſibi cognatam lumine gentem.
CLARA dies quocunq; ferant veſtigia, Sanctos
Anteit, & puro ſignatur ſemita Sole, Prov. 4. 18.
Cimmeriis donec tenebris Ægyptius errat
Tres ſine Sole dies, & tres ſine ſidere noctes,
Æternámque timet meritò gens impia noctem. 19
Reddita lux tandem Phariis, & Sole reducto Dies reddita.
Purgavêre diem nimbi, Manéſque ſub imos
Aufugiunt larvæ; reſpirant lumine viſo
Memphitæ; viſíque cavis exire ſepulchris,
Vix hebetes oculos picea caligine tollunt;
Circumquaque ſuos ſpectant, quærúntque timores.
Apparent plerique metu, lethóque rigentes,
Stant oculi glacie, rigido ſtant frigore membra;
Nec miſeros lugere vacat; neq; enim hora querelis,
Donec adhuc ſibi quiſq; timet, refugitq; ſequentem
Vindictam, cuneos dextra, plumbúmq; ferentem
Leviadas Pharao fratres expectat in aula Vocantur Moyſes, & Aron.
Impatiens. Illic veterum monimenta parentum
Parietibus ſculptis aurato in marmore vivunt
Dædalea rarum artis opus: longo ordine Reges
Mempheos, & vivis animata coloribus acta.
Hîc atavus Pharao ſtratis effultus eburneis 20 Aula regia.
Porrigitur ſomno: circum nox humida lecto
Obtendit nitidas pepli in ferrugine ſtellas,
Lentáque ſomnifero devergit nubila cornu. Somnia Pharaonis
E cælo allabens ad pulvinaria Morpheus
Veridicas fingit contacto vertice formas;
Inſculpitq; animo Regis, ſeriémq;, locóſq;,
Atque habitus rerum, veráſq; ſine aëre voces.
Turbidus, ac nigris Nilus juxta influit undis, Nilus.
Et ſuper herboſos ſtagnat leni agmine fines. Vaccæ ſeptem pingues.
Paſcuntur ſeptem præſtanti corpore vaccæ,
Vbera queis largo turgent undantia lacte,
Arvina, nimiáq; graves pinguedine ſudant:
Paſcuntur tamen, & ripis in pinguibus errant.
Mox fluvius linquens repetito gurgite ripas

Digitized by Google

Conditur, & ſiccis languens inſerpit arenis.
Vaccæ ſeptem macilentæ. *Pone alia totidem, ſine ſucco, & ſanguine vaccæ*
Hirſuta, & tetra macrentes tabe ſequuntur.
Vbera lacte vacant: oculis conduntur abactis
Ora, ſub incurvis dejecta cornibus aures,
Oſſáque ſtrigoſum fodiunt extantia tergus:
Lurida ventre fames, avidiſq; in faucibus hæret:
Dente metunt herbas, & prata virentia carpunt:
Sufficiunt nulla attonſis jam pabula pratis:
Arent fluminea vulſis radicibus ora,
Areſcunt latè circum Mareotida terra.
Ergo ubi jam exhauſtis defecit copia campis,
Dentibus invadunt ſaturas diro omine vaccas,
Et ſpeciem egregiam informes hauſêre priorum.
Spicæ ſeptem lætiſſimæ. *Parte alia ſeptem ad ſpecimen memorabile ſpicas*
Fecerat artificis manus uno exſurgere culmo;
Nutantes flavente auro curvarât ariſtas:
Aurea triticeam contexit bractea frugem:
Nodantur calami electro, mollíq; rigentes
Aſſurgunt auro tunica: barbam aurea ſepes
Aſperat, & vallis volucres defendit acutis.
Spicæ ſeptem adustæ. *Iuxtà alia totidem ſpica naſcuntur ab uno*
Ceſpite deformes ſiliqua, paleáque ſonantes.
Infauſtam lolio ſegetem, robigine fœda
Aſperſit Morpheus, fumóq; afflavit ariſtas,
Et cinere, & nigra culmos vredine tinxit.
Iſta etiam livore ſuo læſêre priores,
Et latas ſegetes contactu exedit avena.
21 Pharao, quærit ſomnii Interpretem. *Nec procul hinc ſolio curis ingentibus ager*
Regnator ſedet Ægypti: præſagia ſomni
Veſtigant circum Vates; ſed ſomnia fingunt:
Nam tripodas Phœbus negat, atq; Trophonius antrū.
Scire nefas arcana Dei; neq; ſortibus ullis
Conſilium cæleſte patet. Sublime putreſcit
Piſtor regius in patibulo. *Infelix ſomno ſuſpenſus in arbore Piſtor.*
Augurio ingratus longum poſt tempus iniquam
Pincerna immemor Ioſephi. *Accuſat Pincerna fidem, laudátq; ſagacem*
Hebræum in Fato juvenem. Sapientia tandem
Ipſa ſuos pandit Ioſepho interprete ſenſus.

Rex

Rex jubet extemplò vinclis, & carcere ſolvi,
Attonſumq; comas, Tyriáque in veſte nitentem Ioſeph è
Apparere ſibi, Sphingiſq; exſolvere nodos: carcere
Extrahitur vinclis; diâ auget Gratia formam, eductus.
Abſtergitq; ſitum membris, redditq; nitorem.
Mirantur cives habitus, & frontis honorem; Ioſephi
Conciliat Virtus animos, lumēnq; juventæ, mirabilis
Majeſtas innata oculis, captivat amorem. ſpecies.
Ille tenet dictis aures, & pectora flectit,
Fortunam evolvens Regis, Superóſq; faventes
Ægypto; cujus rumpent mox horrea meſſes, Somnia
Exhauſtáſq; fame recreabit copia terras. ediſſerit.
Iuſſu igitur Regis laxantur in horrea paſſim
Villarum ſpatia, & condendis frugibus ædes.
Conjector tantorum operum, & certiſſimus augur
Præficitur Phariis, cui Res ſit publica curæ: Præfectu-
Regius inſeritur digito annulus; omnis in unam raÆgypti,
Cervicem regni moles impoſta recumbit. & hono-
res.
Altior invidiâ eſt fidei munimine cervix;
Curarúmque capax tantarum ſuſtinet una;
Et vacat; & ſupereſt ad plura negotia pectus.
Ille PATER REGIS, PATER *idem* PUBLICUS *audit;*
Ac tandem Pharias curru vectante per urbes Ioſephi
Iactatum nomen MUNDI SERVATOR *honeſtat.* virtus, &
Hic vir, hic eſt fratrū, & populi JOSEPHUS *amator,* merita.
Moribus incanis primo maturus in ævo,
Quem Pietas, ſanctóq; ſinu Prudentia finxit
Principibus Phariis Cenſorem, æquiq; Magiſtrum, Pſal. 104.
Quem duodena colunt incurvis Aſtra maniplis: 22.
Cui pater, & genitrix, tótque illa ab origine Reges
Summisēre genu proni ad FASTIGIA *ſceptri.* Ad Hebr.
Attonitæ è thalamis matres, teneræq; puellæ 11. 22.
Ocurrēre ſuper muros, paſſimq; feneſtris Gen. 48.
Pendentes formæ eximium mirantur honorem, 22.
Quam jubare, & caſto tutatur ſidere Virtus.
Illa oculis Pharao, & Proceres antiqua legebant
Facta Patrum: ſed nil illos tam clara remordet
Gratia, nec benefacta movent, ſeu marmora norunt,
Et meminēre viri; ſive illis nomen, & acta

Ingrata poſteritas

Ioſephi cecidêre animis, & ſancta vetuſta.
MUNERIBUS *gaudet Patrum, fruitúrq; repertis*
Poſteritas; ingrata terit famámq;, decuſque.

22 *Huc ſimul Iſacidûm columē greſſum intulit Heros*

Moyſes invidia & odiis major.

Majeſtate animos cunctorum advertit, & ora
In ſe unum: Deus inſigni jam luce coronat
Sidereos Vatis vultus, frontémq; ſerenam.
Iámq; odiis major, Regiſq; excelſior irâ
Apparet populo: factiſq; ingentibus illum
Iam circunſtat honos, fidiq; tuentur amores.
Vix oculos contrà attollens Rex talia fatur.
Hæc igitur veſtra eſt pietas? hoc Numen adorat

Pharao iratus objicit Moyſi crudelitatem.

Relligio, tanta Mundi cui ſtrage litatur?
Sanguine placatis Superos, Orbiſque ruina?
Nec vos hoſpitiis toties Ægyptus amicis,
Quæ veteres excepit avos jam patria tellus
Abramidis, mixtíq; lares; nec paſcua Geſſen,
Iam quater & decies denos habitata per annos,
Deliciæq; Phari, & placidi clementia cæli
Dedocuêre feros mores? aut legibus ullis
Barbariem potuêre animis depellere veſtris,
Nec firmare fidem ſociati in fœdera regni?
Sed quid ego queror ingratos? Ipſa hoſpita Memphis,
Ipſa Pharos cauſanda mihi, quæ prima Penates,
Prima ſinus pandit miſerans, gremióq; recepit
Extorrémq;, inopémq;, famiſq; extrema timentem,
Vipeream Iſacidæ ſobolem, blandéq; refovit.
Nunc luimus meriti pœnas: nunc illa ſub auras
Viſceribus patriæ ruptis exire laborat.

Dat veniā abeundi.

Ite igitur, Patriæ peſtes: abſolvite tandem
Méque, meóſq; metu: ſatis heu! jam nona, ſupérq;
Senſimus excidia, & vaſtis ſuperavimus agris.
Mens meminiſſe horret. Sexus licèt omnis, & ætas,
Quo placitum eſt abeant, tantùm hîc armenta manento,

pecora retinet.

Lanigeríq; greges; ſtabulis pecora omnia reſtent.
Hactenus exhauſtum ſatis eſt pecorúmq;, hominúmq;
Invidiæ, veſtríque odiĳ crudelibus aris.
Sic ait: impietas animum, furor, iráq; cæcant,

Infra-

Infrenémque acuunt linguam, ſed vincula terror
Injicit, & major metuenda in Moſe poteſtas.
Erubuére ipſi indigna ad convitia cives;
Quæ contra placido Vates ſic reſtitit ore.
Nos quoque, ſi qua uſquã ſenſus præcordia ſervant 23
Humanos, aut mortales miſeratio tangit,
Ægypti affligunt clades, veſtróq; dolore
Perculſi ingemimus: quis enim dum proxima flam̃a
Tecta vorant, tuto declinet lumina ſomno,
Nec properet feſtinus aquas? ſors unius omnes
Admonet; ac ſaltem lacbrimæ funduntur in ignes
Vicinos. Sed da veniam, Rex optime, Vati
Veridico nullum, niſi te, in tot caſibus iſtis
Accuſare potes; veróq; incredula corda.
Intonuit Deus ante faces, neque fulmina cælo
Torſit in incautos: monuit, voluítq; caveri
Tela manu lenta, multiſq; minantia monſtris.
INVITUS nihil ille magis, quàm fulmina mittit
Certa manu; mallétq; minis conſumere flammas.
At vos ille meus poterat defendere ſerpens,
Qui magicos angues, & ludicra monſtra refellit?
Aut ſi clara magis monſtra explorare placebat,
Poſt fluvij exhauſtos latices, tabémq; cruentam;
Poſt ranarum acies, & ineluctabile robur,
Quo culices pepulére Magos agnoſcere dextram
Vltricem, DIGITOQUE Dei ſuccumbere victos;
Tum decuit firmare fidem tot teſtibus armis,
Obſequióq; humili victoris juſſa ſubire;
Accipere imperium facile, & ſinere ire ſolutos
Iſacidas, pacémq; tuis expoſcere regnis.
Quod facinus quiſquã hic noſtrum cauſetur? abundè
Abſolvit nos illa manus, qua damnat iniqua,
Queis ſtirpem Iſaciam tam longùm vincla coërces.
Ne verò ingratis tentes impingere nomen
Hoſpitibus, decerne priùs, quibus illa bono ſint
Hoſpitia: etſi diſſimulas, muta iſta loquuntur
Marmora & hi lapides, monumentáq; fida tuorum
Parietibus cælata iſtis; ea crimina clara
Expungunt voce, & nomen, crimenque retorquent.

Moyſes cauſam malorum rejicit in Regem.

Ingrati crimen amolitur.

In

In Pharios. *Viden', ut curru ſublimis, & oſtro*
Conſpicuus, regni juvenis moderetur habenas,
ÆGYPTI, MUNDIQUE SALUS? *Rex Mempheos ipſe*
Incidit titulos, puróque intexuit auro.
Nobilitas noſtra inde cluit: noliſne, veliſne,
Hinc tibi tot benefacta manent; nec fama tacebit,
Invidiâ quanvis nunc iſta ætate laboret.
Nec verò nos pœniteat virtutis avitæ,
Neu cuiquã improperem, noſtrorum munera avorũ,
Quæ populis illi conſtare æterna volebant,
Cùm gererent: ſed crimen atrox, noménq; pudendum
Ingenuæ horreſcunt mentes, & larga voluntas
24 *Publica in obſequia, & patriæ communis amorem.*

Hebræi nõ inutiles, aut graves Ægypto.

At, ſi nomen avis, & facta illuſtria deeſſent,
Non adeò indecores hæc deteriora tulerunt
Sæcula, nil Phariis ut poſſim oſtendere penſi.
Iſacidûm conſtant manibus tot Taneos arces,

Opera ab illis, & ornamenta.

Rameſſes, Phitónq;: fluit tot ſparſus ubiq;
Tramitibus Nilus, tot terras alluit alveis:
Et tot culta nitent manibus cerealia noſtris.

Artes variæ, pyramides, obeliſci.

Adde tot ingenij egregios artiſq; labores,
Pyramidas, ſacriſque notis inſcripta trophæa.
Quare dein tantorum operum, quæ reddita merces?
Hic leges Amenophis erunt, ſcita effera Regis;

Amenophis crudelitas.

Queis jubet Hebræos infantes flumine mergi,
Aut obſtetricum naſcentes pollice rumpi.
Haud equidem mea facta queror: Deus ipſe pepercit
Expoſito, qui me voluit ſuccedere ripæ
Carecto, inque alios natum ſervare labores,
Ingratóſq; videre dies. Me regia Merris
Filia Niliacis innantem ſuſtulit undis

Orus mitior.

Conſilio famulata Dei, pòſt mitior Orus
Succeſſit regnis, infandáq; ſcita refixit:
Fornacum tamen haud levior mox pœna ſequuta eſt,
Et lateres, atque aſſidui ſub Sole labores,
Verberáq;, & fidei in duris conſtantia rebus.
Hæc benè apud memores operis ſtat gratia noſtri:
Venimus huc tandem feſſi: nunc ſera reviſit
Libertas. Nihil hinc pecoris, Rex optime, noſtri
Exci-

Excipias; nihil hinc adimas: pecora omnia pergent
Nobiſcum. Repeto clarè: nulla ungula deerit pecora abducenda omnia.
Tot gregibus, deerunt nullæ de vellere lanæ.
Cuncta Deus jubet educi, & ſibi ſiſtere ad aras.
Dicentem Pharao dudum torvo ore tuetur: 25
Indignatur enim regeri in caput unius omnem Iratus Pharao mortem minatur Moyſi.
Invidiam: tum ſic incenſo pectore fatur.
Nunc teneo fraudum artificem, ſceleriſque parati
Perſpicuè patuêre doli: tibi, transfuga regni,
Non ſatis eſt fugiſſe ſemel caſo hoſpite pœnas?
Solicitas etiam ſocios; & rurſus adornas
Corrupta cum plebe fugam? nec proditor uno
Contentus ſcelere, & campos meditaris heriles,
Et ſpoliare domos, vacuámque relinquere Memphim?
I, ſcelus, & noſtro te hinc ocyùs eripe ferro,
Ne commiſſa luas ſimul omnia; nam tibi Nilus
Longè erit, Halcyonúmque dies, & ſcirpea ſummas,
Thermuta miſerante, natans fiſcella per undas.
Naufragium patiêre ſolo: neque Naiades ullæ,
Aut ulla eripiet Neptuni fuſcina fundo.
Qua te cunque die huc referes, moriêre; nec ultrà,
Si ſapis, obtutus noſtros turbare memento. 26
Dixerat: averſum Moſes ſic voce moratur. plaga decima denũtiatur.
Eſto, inquit, tibi fixa tuo ſententia voto.
Et moriar, ſi quando pedem in tua limina deinceps
Intulero; neque me Pharao conſpexerit ultrà;
Non illum videam incolumis, vivúſque videntem.
Antè tamen quàm te ſupremâ voce ſalutem,
Supremum tibi quod Numen denuntiat, audi,
Et memor eſto, nihil vani hîc tibi fingere Vatem:
Expertus mea ſcire potes vera omnia dicta.
Ecce, inquit Deus omnipotens, cùm vertice cæli
Nox medio librata ſuas diviſerit horas, Cædes primogenitorum.
Componéntque hominum tranquilla ſilentia curas,
Et placidis ſolvent ſomnis mortalia corda,
Ægyptum ingrediar Iudex, & vindice ferro
Diſtringam Pharios flores, capita alta domorum,
Primigenas hominum, & pecudum. Mihi cædis ab ipſo
Principium Pharaone, patri qui regius hæres
Fortu-

Digitized by Google

Fortunam expectat natali ex ordine regni.
Inde ego per Procerum pernix, populíq; penates,
Plebeióſque Lares ſequar ima ergaſtula ferro;
Et ſtabula, & caulas: finis mihi prima metendi
Pignora, poſtremæ ſoboles lectiſſima ſerua,
Quam laſſat mola contentis detruſa lacertis.
Primigena euadent nulli: tum dirus ubique
Clamor: cuiq; ſuum mox lamentabile funus
Oſtendet, ſed ſera dies: tunc protinùs iſti
Deſcendent ad me Satrapæ; meq; ipſe rogabis
Maturare fugam ſupplex, faſtúq; remiſſo
Curuabit tunc Aula genu Moſique, Deoque.
SERA NIMIS SEMPER *ſtolidis mens ſeria venit.*
Ergo vale, & ſanam tandem, Pharao, indue mentē.
Dixit, & attonitos Proceres, Regémq; refugit.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI QUARTI

Argumentum, & Synopſis.

ARGUMEMTUM huic libro caput Exodi 12. & pars 13. ritus, ſcilicet, ac ſacræ ceremoniæ Paſchalis Agni: ſpoliata Ægyptus mutuatione liberaliſſima: effoſſa Joſephi oſſa, ut aſportentur, uti ipſe fratibus mandarat, vaticinatus eorum profectionem, Genſ. 50. 24. aliorum enim Patriarcharum probabile eſt, filios ac nepotes, ſimul atque morerentur, extuliſſe in avita ſepulcra Chananitidos. Sua oſſa voluit Joſephus moriens in Ægypto condi, ut pignus ſperatæ liberationis. Inde aparatus ſacri; & ſolenni ritu, quem tradiderat Moſi Deus, immolatio luna menſis decimaquarta ad veſperam. In quo typo elucet ſacrificium utrunque Agni immaculati Chriſti JESU; cruentum, & incruentum euchariſticum, & ſanguinis liberatoris pretium. Succedit ſtatim primogenitorum Ægypti memoranda cæde ex adjunctis Sap. 18. *Cùm medium ſilentium tenerent omnia*, patrata per Angelos horrendis ſomniorum ſpectris, & prodigia in diis Ægyptiis diſturbandis. Victus tandem Pharao, & mortis, & ſeditionis popularis metu Oratores ad Moyſem mittit, qui ſtatim exire compellant Hebræos paratos omnes ad exitum in Rameſſe, quæ prima exeunti populo manſio. Aperto vallo, ſigno dato, populus emittitur in viam, quam exorta ſtatim nubes, & columna ignea ductu ſuo deſignant. Cauſæ & natura Meteori tam mirabilis explicantur ab Uranie Muſa. Denique, fidei Chriſtianæ, Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ typum facit columna, & nubes. Ita tenditur via in Sochot,

1. Iſraëlitæ poſt Ægyptias tenebras paulatim omnes conveniunt undique in Geſſen, ad Rameſſem, & convaſant jam non invitis Ægyptiis, initio veris.

2. Concio-

2. Concione frequenti docet Moyſes populum; quid fieri oporteat, ſpémque liberationis oſtendit in proximo. Tradit cæremonias paſchalis victimæ.

3. Dies notatur, decimaquarta luna menſis Niſan, qui annum ſacrum Hebræis deinceps aperit. Efficacitas ſanguinis averrunci aſperſi poſtibus portarum, &c.

4. Modus coquendæ hoſtiæ, & epuli ritus.

5. Azymorum panum ritus & condimentum ex herbis acribus.

6. Commendatur ſpoliatio Ægyptiorum, petitis mutuò ad ſacri pompam vaſis ac veſtibus, variáque ſupellectili.

7. Populus pronus in terram gratias agit. Moyſes jubet effodi Joſephi oſſa, ut aſportentur, ſintque parata ad exitum. Fingitur, quod probabile, datum negotium Elyſamæ Principi Tribus Ephraim, & Joſuæ.

8. Mutuatio vaſorum, & variæ ſupellectilis, cujus per ſpeciem ſpoliati Ægyptii, & ſoluta aliqua ex parte Iſraëlitis tot annorum merces, & nonnulla facta compenſatio.

9. Viri etiam arma commodata acceperunt, ad pompam ſacrorum, ſi neceſſe foret: inclinat Deus ad beneficentiam Ægyptiorum animos, ut vel ſic placabilem ipſum habeant.

10. Joſephi Patriarchæ oſſa honorificè olim condita ſepulcro nobiliſſimo; quanvis obſito poſteà ſentibus. Exploditur Rabbinica fabula de ovicula, effuſo Nilo innatante, & loquente voce humana, quæ ſepulcrum Joſephi indicarit quærentibus. Hæc illi pecori ovis Joſeph, Pſalm. 74.2. In ſacra Hiſtoria pauca admodum ſano Poetæ licent; ac tantùm valdè probabilia, & quæ facili intellectu cum Hiſtoria congruant.

11. Acta illuſtria & virtutes eximias Joſephi in ſepulcri marmoribus inſculptas cognoſcit Elyſamas, & alii ingreſſi monimentum.

12. Reliquias venerantur, & condita ipſa caſtimonia, & virtutum unguentis oſſa; orántque, ut viæ comi-

comites eſſe velint, & in avita ſepulcra, in Chananeïdem redire. Eripitur Palladium Ægypto.

13. Luna decimaquarta ad veſperam paſchalis agni immolatio, ritúſque omnis, & pompa celebratur.

14. Sacræ cœnæ initium, finita cœna communi, & poſt eliminatas reliquias omnes fermentati panis, azyma cum agno inferuntur procinctis omnibus.

15. Ritus ſolennes epuli, & mirabilis efficacitas viaticæ illius dapis, quos det animis ſenſus, & alacritatem ad viam paratis.

16. Caſtigata torpens, & languida Chriſtianorum fides veſcentium veriſſimo Agno Chriſto in euchariſtico epulo, quem illi tantùm in typo edebant Synagogæ epulones. In Euchariſtia reipſa impletur prophetia, ad mandatum de toto edendo, vorato capite, & pedibus, cum inteſtinis; & tamen non comminuto ullo ex oſſibus. Divinitas hîc tota cum humanitate, id eſt, caput, pedéſque Agni Chriſti cum inteſtinis edulis manditur ſine fractione ulla; quod Synagogæ nunquam in typo illo conceſſum.

17. Mirabiles Moyſis inter cæteros pietatis ſenſus Convivis ſuis, & Principibus propheticè, animo excedens, enucleat allegoriam de epulo Eccleſiæ euchariſtico.

18. Nox interim fatalis Ægypto media, Sap. 18. & Angelus exterminator *non ſimulatum Dei imperium* cum ſociis portans in mediam exterminio devotam terram: fortè fuit ipſe S. Michaël.

19. Hora & ſignum cædis cum horrore ſomniorum per omnes domos, & vocibus terrificis, ut ſcirent omnes cauſam ſtragis.

20. Evigilantes vident veras ſuorum mortes objectas in ſomnis: diri queſtus in Regem morientium ubique.

21. Moriuntur indignantes violenta morte eodem tempore omnes. Quid hîc faciant Horoſcopi, & vanitas nugantium tam ineptè circa natales horas?

22. Strages pecoris.

23. Ægyptia ſuperſtitio, & ſtupor; imò & malo-

2. Concione frequenti docet Moyſes populum; quid fieri oporteat, ſpémque liberationis oſtendit in proximo. Tradit cæremonias paſchalis victimæ.

3. Dies notatur, decimaquarta luna menſis Niſan, qui annum ſacrum Hebræis deinceps aperit. Efficacitas ſanguinis averrunci aſperſi poſtibus portarum, &c.

4. Modus coquendæ hoſtiæ, & epuli ritus.

5. Azymorum panum ritus & condimentum ex herbis acribus.

6. Commendatur ſpoliatio Ægyptiorum, petitis mutuò ad ſacri pompam vaſis ac veſtibus, variáque ſupellectili.

7. Populus pronus in terram gratias agit. Moyſes jubet effodi Joſephi oſſa, ut aſportentur, ſintque parata ad exitum. Fingitur, quod probabile, datum negotium Elyſamæ Principi Tribus Ephraim, & Joſuæ.

8. Mutuatio vaſorum, & variæ ſupellectilis, cujus per ſpeciem ſpoliati Ægyptii, & ſoluta aliqua ex parte Iſraëlitis tot annorum merces, & nonnulla facta compenſatio.

9. Viri etiam arma commodata acceperunt, ad pompam ſacrorum, ſi neceſſe foret: inclinat Deus ad beneficentiam Ægyptiorum animos, ut vel ſic placabilem ipſum habeant.

10. Joſephi Patriarchæ oſſa honorificè olim condita ſepulcro nobiliſſimo; quanvis obſito poſteà ſentibus. Exploditur Rabbinica fabula de ovicula, effuſo Nilo innatante, & loquente voce humana, quæ ſepulcrum Joſephi indicarit quærentibus. Hæc illi pecori ovis Joſeph, Pſalm. 74.2. In ſacra Hiſtoria pauca admodum ſano Poetæ licent; ac tantùm valdè probabilia, & quæ facili intellectu cum Hiſtoria congruant.

11. Acta illuſtria & virtutes eximias Joſephi in ſepulcri marmoribus inſculptas cognoſcit Elyſamas, & alii ingreſſi monimentum.

12. Reliquias venerantur, & condita ipſa caſtimonia, & virtutum unguentis oſſa; orántque, ut viæ comi-

comites eſſe velint, & in avita ſepulcra, in Chananeïdem redire. Eripitur Palladium Ægypto.

13. Luna decimaquarta ad veſperam paſchalis agni immolatio, ritúſque omnis, & pompa celebratur.

14. Sacræ cœnæ initium, finita cœna communi, & poſt eliminatas reliquias omnes fermentati panis, azyma cum agno inferuntur procinctis omnibus.

15. Ritus ſolennes epuli, & mirabilis efficacitas viaticæ illius dapis, quos det animis ſenſus, & alacritatem ad viam paratis.

16. Caſtigata torpens, & languida Chriſtianorum fides veſcentium veriſſimo Agno Chriſto in euchariſtico epulo, quem illi tantùm in typo edebant Synagogæ epulones. In Euchariſtia reipſa impletur prophetia, ad mandatum de toto edendo, vorato capite, & pedibus, cum inteſtinis; & tamen non comminuto ullo ex oſſibus. Divinitas hîc tota cum humanitate, id eſt, caput, pedéſque Agni Chriſti cum inteſtinis edulis manditur ſine fractione ulla; quod Synagogæ nunquam in typo illo conceſſum.

17. Mirabiles Moyſis inter cæteros pietatis ſenſus Convivis ſuis, & Principibus propheticè, animo excedens, enucleat allegoriam de epulo Eccleſiæ euchariſtico.

18. Nox interim fatalis Ægypto media, Sap. 18. & Angelus exterminator *non ſimulatum Dei imperium* cum ſociis portans in mediam exterminio devotam terram: fortè fuit ipſe S. Michaël.

19. Hora & ſignum cædis cum horrore ſomniorum per omnes domos, & vocibus terrificis, ut ſcirent omnes cauſam ſtragis.

20. Evigilantes vident veras ſuorum mortes objectas in ſomnis: diri queſtus in Regem morientium ubique.

21. Moriuntur indignantes violenta morte eodem tempore omnes. Quid hîc faciant Horoſcopi, & vanitas nugantium tam ineptè circa natales horas?

22. Strages pecoris.

23. Ægyptia ſuperſtitio, & ſtupor; imò & malo-

rum Dæmonum ſuperbia coërcita cæſis Deûm monſtris, diſiectis ſimulacris, comminutíſque. Quò ſe vertant Ægyptii? Ne ad Deos quidem.

24. Cædes primogeniti Pharaonis. Fingitur Achoris, regni ſpes, in thalamo Reginæ, ante oculos, intérque manus parentis utriuſque percuſſus, dicta ab Angelo cauſa.

25. Planctus omnium ubique, & ſeditio populi; niſi ſtatim dimittantur Hebræi. Fractus Pharao centum ſtatim Satrapas, quorum Princeps Mamylas, ad Moyſem legat, qui orent, & cogant exire eadem hora.

26. Moyſes interim ſuos ad exitum intentos diſponebat ordinibus, & ſub ſigna cogebat.

27. Accipit Legatos regios, & abeundi veniam ſine conditione ulla, cum omnibus.

28. Monet Ægyptios ſuas ſibi illos accerſiſſe clades. Caveat maximè Pharao, nè pœniteat dati Iſraëlitis commeatus.

29. Crebreſcente magis planctu urgetur ad exitum.

30. Exitus, & ordo agminis per quinos ordines. Populi numerus & propagatio tam brevi tempore, prope incredibilis. Quæ ſic alvearia ſoboleſcant? Prima manſio in Rameſſe, unde exeunt.

31. Nubis & columnæ ortus ſtatim in exitu è Rameſſe.

32. Quale illud fuerit Meteorum quadraginta annís, Uranie Muſa explicat, indicatis cauſis. Nubes, & columna, Fidei typus præferentis Eccleſiæ facem haud extinguibilem ulla vi ventorum: officia illius columnæ varia.

33. Angelus perſonam Dei, noménque gerens in columna habet ſedem, eam movet. Fidei qui ductus, quod robur?

34. Fidei ſedes, quæ firmamentum, columnáque veritatis, fixa in S. Petri Apoſtolica petra. Deſinet tantùm confecta via, aperto cœlo, introeuntibus in viventium terram Sanctis.

LIBER

LIBER QUARTUS.

AGNVS PASCHALIS CÆDES PRIMOGENITORUM, COLUMNA, ET EXITUS.

ATQUE ea dum totâ Ægypti ditione geruntur, 1.
Afflictæq; gemunt urbes, vaſtatáq; rura, Conveniunt Iſraëlitæ in Geſſen.
Iam prope decurſo Titan flectebat Olympo,
Phryxæáq; premens pecudis ſtellantia terga
Æquatas luci & tenebris deſcripſerat horas,
Lunáque prima ſacro primordia duxerat anno: Veris initio.
Libertas vocat Iſacios ſperata nepotes.
Iam Pharos agnoſcit manifeſto in vulnere cauſas
Irarum; & quanquam Pharao dureſcit ab ictu,
Corda remolleſcunt populi, veniámq; timentes
Hebræis domini indulgent: ergo undiq; campis,
Vndiq; paulatim dilapſi ex urbibus omnes
Coguntur patriam in Geſſen, quam Numinis umbo
Protegit, & Moſes, ut murus aheneus ambit.
Haud aliter glomerantur aves, ut aprica reviſant
Hoſpitia, Autumni primo cum frigore ſignum
Præſagis edixit hiems: ruit undiq; ſylvis Grues migraturæ.
Turba ſonans alis: it longè ad Strymona clangor,
Et peregrina movet tepido procul æthere caſtra:
Tranſportant teneram gentem, fœtúſq; recentes
In medium cogunt agmen, penníſq; miniſtrant:
Adſpirant auræ à tergo, ventiq; ferentes.
Sic læti Iſacidæ cunctis è finibus adſunt,
Matres, atque viri: ſua cuiq; electa ſupellex Sua omnia aſportant.
Suppoſita cervice ſedet; totáſq; coactis
Faſcibus involuêre domos, & vertice geſtant.
Nati aſſectantur dulces, vel ad ubera pendent:
Fervet iter, nec jam hoſpitiis Geſſenia tellus,
Nec vicina ſatis Rameſſes mœnibus ingens
Sufficiunt; puro ſubtendunt carbaſa cælo,

Caſtra ad Rameſsē.

Aut ramis fixêre caſas, & frondibus umbram
Ad paucos fecêre dies. Ipſe ordine Moſes
Caſtra locat, ſcinditq; vias, patribúſq; vocatis
Alloquitur Tribuum primos, & fata recludit.
Spiſſum humeris circumtenet alta ſilentia vulgus.
Abramidæ ſancti, gens alto è ſanguine Divûm,

2 Docet Moſes, quid opus facto.

Tótque olim genitura Deos, qui ſidera vincant
Et numero, & claro geſtarum lumine rerum;
Quàm cœlo tua cara ſalus nunc deniq; conſtat,
Coram oculis, intérq; manus tot pignora veſtras.
Quæ modò mactatis poſuit Deus hoſtibus, extant:
Quæ quanvis ſunt tanta; tamen proludia ſolùm
Millenûm ſcitote operum, quæ dextra Tonantis
Perficiet, vos ut promiſſis invehat arvis,
Et ſuper expanſas deportet molliter alas:
Nunc quid opus facto mentes advertite, dicam.

Niſan, primus menſis anni ſacri.

Hunc primum Deus omnipotens in menſibus anni
Eſſe jubet, primáq; ſacras aperire Kalendas
Luce nova Lunæ, cujus bis ſeptima plenum
Noctibus æquatis luci monſtraverit orbem.
Myſticus hinc veſtris Niſan exordia Faſtis
Incipiet, feſtóſq; dies ex ordine ducet,

Agnus Luna decima ſegregandus.

Hinc ſoles numerate decem, decimóq; tenellum
Anniculum, expertem maculæ, vitióq; carentem.
Egregium, ſexúq; marem ſeponite caulis;
Aut agnum, aut eiſdem ſelectum ritibus hædum

Hædus agni vice-

Quiſq; ſuas inferte domos, ſua cuiq; legatur
Hoſtia pro capitum numero, quibus unica poſſit
Sufficere, & lætis operatos paſcere menſis.
Si qua minùs populoſa domus non ſufficit agnum,
Solennéſq; dapes una conſumere cœna;

pro epulonum numero.

Invitet tenues epulis, vicináq; pauper
Condicat domus, ut nullas lux poſtera tectis

Reliquiæ abſumendæ igni.

Relliquias agni inveniat, ſemeſáve membra,
Quidquid erit ſuper, ignis edax abſumet eodem
Veſpere, nec quicquam reliquum ſervare liceto.

3 Luna decimaquarta immolandus.

Polluerit quicunque ſacrum, reus, & ſacer eſto.
Quarta at poſt decimam pleno cùm Cynthia vultu
Verget ad occaſum quarta jam parte diei,

Conve-

Digitized by Google

Conveniat tunc caſta domus, feſtóq; paratu
Ad nova ſuccincti procedant ſacra miniſtri.
Ipſe domus pater, aut ſenior, ſupponere cultros Ritus Immolationis.
Audeat: at reliqui, matres, natiq; cruorem
Excipiant pateris, calidúmq; ad limina ſervent,
Mox humilem hyſſopum, cedriq; ex arbore virgam Sanguis aſpergendus portis hyſſopo.
Nectite coccineis lanis aſperginis ergo:
Sanguineum foribus tum largè inſpergite rorem,
Tingantur gemini portarum à cardine poſtes,
Et ſuperum limen: rubeat ſignata cruore
Frontibus externis facies Hebræa domorum.
Id refert: erit ille cruor nota certa ſalutis, Averruncus,
Cùm media mox nocte Deus tranſiverit ultor.
Nam PHASE EST *Domini non cæca Tranſitus ira,* Phaſe.
Scrutatúſq; lares Pharios latè omnia ferro
Fœdabit, primáſq; abſumet funere proles.
Agnoſcet de fronte domos: tum, ſi qua cruentos
Sanguine paciferi poſtes non offerat agni,
Irrumpet, jugulóſq; petet diſcrimine nullo,
Neglectóſq; domus magno luet impia ritus.
Ergo ſuo quiſq; hinc capiti, vitæq; ſuorum
Proſpiciat, ſacro obvallans ſua limina ſigno. Clauſæ domus.
Nemo pedem tectis nocte illa impunè recluſis
Extulerit: ſeptos portis ſervate penates
Quiſq; ſuos: lux inveniat vos prima paratos.
His actis, aptate focos, componite ligna,
Tum ſpoliata ſua nudetur vellere lana, 4
Integra trajectis aſſetur ut hoſtia virgis: Aſſandus totus.
Oſſa nefas prorſus minuiſſe, aut frangere crura, Oſſa non frangēda.
More nefas quicquam crudum guſtare ferino,
Aut quicquam elixum mollire tepentibus undis.
Inteſtina adeò puris prius indita lymphis,
Extáq; fixa veru vivos volvantur ad ignes: Caput vorādum, pedéſque.
Inteſtina, pedes, caput intemerata voranto.
Relliquias omnes eadem mox nocte cremanto.
At dum transfixi fumant haſtilibus artus,
Corruptam Cererem fermento excludite tectis,
Et cinere incoctam menſis inferte farinam, 5 Celebritas Azymorum.
Septem continuos celebrabitis Azyma Soles

Cruſtula, quæ Pharij quondam monimenta laboris,
Lactucæ. Intyba. Propereáq; epulis ſuccos addetis agreſtes,
Lactucas acres, & amaris intyba fibris.
Stabitis ad menſas, cinctu, ſoleiſq; parati
Ire viam, in caliga, & baculis veſtigia nixi,
procinctus. Tanquam ad iter; raptimq; dapes carpetis edendo;
Ceu feſtinatis properata viatica menſis.
Præcipitare fugam velox occaſio coget.
6 Spoliandi Ægyptii. Non tamen hinc vacuos, juſtâ aut mercede carentes
Dimittet Deus, exuvias auferre licebit
Ægypti. variáq; graves diteſcere gaza.
Accipite á Pharis veſtes, argentea vaſa,
Aureáq;, & coccum, & gemmas, quorum indiget uſus
In pompam, & ſacros feſti ſolennis honores,
Lætitiámq;, epuláſq; Dei, dabit omnia largè
Memphis, & Hebræis ultrò ſpoliabitur æris.
Nam Deus hæc vobis, cujus ſunt omnia, donat;
Gratiáq;, & meritum id poſcunt, & juſta poteſtas.
In decimam & quartā cuncta hæc componite Lunam.
Magna erit illa dies omni memorabilis ævo.
Poſtera nox etiam toti celeberrima mundo,
Direpta Ægypto Iſaciis à morte receptis.
His dictis, animos populi veneratio pronis
7 Agit gratias populus. Vultibus ad terram ſternit, paſsímq; prementes
Fronte ſolum, tanto grates pro munere ſolvunt:
Principibus Moſes eadem per ſingula tradit
Inculcans; operum partes & munia mandat;
Ioſephi oſſa aſportanda. Admonet Elyſamam maturè colligat oſſa
Ioſephi, quondam peregrini ſede ſepulcri
Depoſita ad tempus, donec fortuna revertens
Exod. 13. 19. Dividat Iſaciis pinguem Chananaida turmis.
Gen. 50. 24. Proſpexit tumulum moriens, longéq; ſalutans
Lecta Sichemæos transferri juſſit in hortos:
Hîc æterna domus cineri, quam vendidit Hemor
Iſacidæ centum pactus pro ceſpite tonſas,
Gen. 33. 19. Sacravitq; locum poſitis Iſraelius aris.
Maluit illo humilem cippum Ioſephus agello,
Quàm titulis celſas moles, inſcriptáq; ſaxa.

Nec

Nec mora, digreſſi diverſa per oppida captant 8 Mutuatio vaſorum & veſtiū.
Jam molles Phariorum aditus: nam deflua cœlo
Gratia conciliat pronas in munera mentes,
Munificáſq; manus aperit, gazáſq; recludit.
Omnia certatim matronæ ſcrinia pandunt,
Et pietas favet ipſa ſacris, cupiúntq; videri
Laudaríq; ſuos ſublimi pegmate cultus.
Jam Romana putes hîc Saturnalia fingi: Saturnalia.
Ancillas comunt dominæ, Memphitides ardent
Hebræas ornare nurus: hæ crinibus aurum,
Hæ gemmas aptant digitis; illæ auribus addunt Gemmæ.
Prægrandes pelagi baccas, pretiúmq; rotundi
Candoris memorat, & quo ſub gurgite Nerei
Roſcida ſiderea concrerit gutta pruina;
Vermiculata aliæ cinxêre monilia collo,
Aurificum pretioſa manu: jam pectora circum
Armillæ, & vario currit muranula flexu.
Heliadum lacrymas, Clymeneiáq; germina vulgò
Expoſuiſſe pudor; quin & plebeia putantur
Cryſtalla, & nullum meruêre corallia nomen.
Quid memorem lapides Indos, vinctáſq; coronis
Gangis opes, ſectáſve ſcyphis in pocula gemmas?
Aut quid ego Aſſyrij ſuccos conſecter aheni; Veſtis varia.
Et Babylonis acus, & Serum vellera textu
Multiplici, volucrum variis ſpirantia formis?
Stamináq; in texto vibrantia blandius auro?
Addunt Iſiaci crepitacula plurima ſiſtri, Siſtra.
Tympanáq; incluſis argento tinnula lamnis:
Et, quæ in fœmineis prima eſt inſania nugis,
Grandibus è gemmis ſpeculares vultibus orbes, Specula.
Et doctas diſcrimen acus afferre capillis, Acus.
Queis radians capulos adamas præfixus adornat.
Adde unguenta, crocos, minium, cretámq; quid ultra?
Et quis erit finis, tantùm ſi nomina tangam?
Fœminei nam fine carent miracula mundi.
Bezeleel tamen hinc auguſtum digeret aurum;
Inſcia materiam parat in ſacraria Memphis. 9
Pulchra viros magis arma juvant, & mutua tollunt Viri arma petunt.

In triduum, quod ſacra jubent; ſeu forſan ad aras
Pyrrhica conveniat ſimulacra ciere ſub armis,
Belligeróſq; agitare choros, & clangere recto
Ære, vel incurvo pugnas accendere cornu.
Haud tamen obliti feſtos ſibi ſumere cultus

Et veſtem etiam.

Mutuò, barbaricis latè fulgentia bullis
Cingula, purpureóſq; ſagi campeſtris amictus,
Plumantéſq; apicum criſtas, braccáſq; fluentes;
Et picturatas fixa in tentoria pelles,
Omnia propenſo Pharij quæ pectore præbent,
Vt ſibi placatum nova præſtet gratia Numen.

Ioſephi oſſa & ſepulcrum.

10 *Relliquias atavi intereà, cineréſq; ſepultos*
Veſtigat pius Elyſamas, & nocte ſilenti
Cum paucis tumulũ ingreditur. Procul impia vanis
Fabula figmentis, rugas quæ monſtrat aniles,

Rabbinica fabula de ove Ioſephi indicante oſſa.

Nec Phœbum, Muſáſve decet. Stagnantibus arvis
Amne ſuperfuſo pecudem monſtraſſe natando,
Ioſephíq; ſuper monimentum hæſiſſe, loquutam:
HIC IACET: hoc poſitus tumulo, quem quæritis Heros:
Hîc aperite ſolum; ſubter Nereides antro
Accipient: ſtabili fluvius ſuſpenditur arcu,
Ioſephi ne membra gravet, neve obruat urnam.

Pſ. 79.2. Nugis Rabbinicis parcendum.

O pecudes! qui ſic pecudem fecêre loquutam,
Ductorémq; Dei populo talem ore dederunt,
Monſtrantémq; vias, dubiáq; in ſorte monentem;
Sicut ab Argoâ factum meminêre columbâ.

Et fabulis in ſacra Hiſtoria.

Nil vanis opus inventis: nimis omnia Moſes
Humanâ majora fide miracula pandit,
Queis fucum caſtos ſcelus eſt inducere Vates.
Et tua me, Theodecte, nimis tectoria terrent:
Hiſtoriam ſequor, & connexa ſimillima vero:
Hic labor eſt, veros actus æquare canendo.
Non obſcura adeò fuerant benefacta parentis,
Illius ut buſtum poſſent neſcire nepotes,
Quod Memphim juxta, eximiis inſigne columnis,
Et Pharao, & populi memores, gratiq; locarant;
Nunc virgulta premunt denſis aſperrima dumis,
Horrentéſq; tegunt ſylvæ nigrantibus umbris:

Nam

Nam populi fortuna loco detraxit honorem.
Reſtituent olim Muſæ, ſi quid pia poſſunt
Carmina, runcabunt vepres, longéq; revulſis
Ruderibus ſculptas pandent in marmore voces,
JOSEPHE, ÆTERNA IUVENIS DIGNISSIME VITA,
Quæ tua te virtus, Moſéſq; beavit Apollo.
Elyſamas nocturnus adit, vepréſq; per ipſos 11
Cum ſociis molitus iter, ſculpta omnia ſacris Virtutis
Saxa notis luſtrat, patrias teſtantia laudes monimẽ-
Æternúmq; decus juvenis. Comes addita VIRTUS tum in
Invidiam docuit ſuperare ingentibus actis, Ioſephi
Caſibus exercens variis: ea prima juventam tumulo.
Moribus effinxit caſtis, averſáq; longè Caſtimonia.
Lumina, flagitiis averſas turpibus aures
Flexit ad innatum, cultúmq; labore pudorem,
Hinc meritis quæſitus honos, ſenióq; parentis
Spes, & amor, quos eximia puer indole firmat, Patrius amor.
Et virtute pari: nec diſſimulavit amorem
Præcipuum genitor; florenti ſtamina textu, Tunica
Florentémq; manu, & filo variante colores polymita.
Induxit puero tunicam, quo munere mundi
Delicias vates toti præſagiit orbi:
Hinc odij ſeges, & jaculis horrentia fratrum Invidia
Jurgia, quæ laceram veſtem tinxère cruore fraterna.
Hædillo, puerúmq; lacu merſère profundo
Inſontem, & fruſtà lacrymis & voce monentem
Parceret ipſa ſibi impietas, patriæq; ſenectæ. Sapientia
At ſimul in foveam Virtus comitata jacentem cum puero in fovea.
Deſcendit; limo eductum, pretióq; repenſum
Fida comes lateri Pharias ſectatur in urbes. Sap. 10. 13.
Hic ſummum virtutis opus, quod fama renarret
Perpetua, æternúmq; velit meminiſſe juventus. Venditus
Poſt vigiles famuli curas, fideiq; probatæ in Ægypto.
Argumenta, quibus domini pax alta, quiéſq;, Fides in
Et magna fortuna domus ſuffulta reſedit. dominũ.
Illecebras dominæ primævo in flore juventæ,
Blanditiáſq;, humiléſq; preces exoſus amantis,
Injectáſq; manus, horrens compreſa reliquit Horror
Pallia, & attactâ temerari veſte refugit. flagitii.

Forma & pudicitia fœderatæ.

O probitas! ô cana fides! ô denique CONCORS
RARA PVDICITIAE SPECIES! hic forma, pudórq;
Conveniunt, juvenilis eos confœderat ætas,

Lilium in ſpinis.

Inter & hirſutos caneſcunt lilia vepres.
Et tamen indigna placuit tentare cataſta
Ingenuos adeò mores: SED LIBERA VIRTVS

Libertas in vinculis.

Vincla nequit geſtare animo, nec compede ſervit
Vincta, ſed in cælo clareſcens carcere regnat,
Mendacémq; domans famam, de nocte triumphat.

12

Reliquias Ioſephi venerantur nepotes.

Elyſamas hæc marmoreis extantia formis
Prima in fronte legit tumuli, lacrimiſq; madentes
Circunquaq; ferens oculos, præclara revolvit
Facta Patrum, rerúmq; etiam dulcedine ductus
Longiùs iret adhuc, niſi jam clareſcere lucem
Nunniades Ardens moneat, foribúſq; ſepulcri
Saxum ingens, quo tecta latet ſpelunca, revellat.
Vt paulùm commota ſilex, compage ſoluta,

Odor virtutum Ioſephi.

Balſameus ſubit ora vapor, ceu ſtactea ſudent
Arbuſta, aut arabum fundant narthecia meſſes.
Non myrrha, non malobathri, caſiave liquentis;
Virtutum fuit ille vapor, quem ſancta ſeveris
Oſſa pudicitiæ ſtudiis condita refundunt.

Veneratio.

Vt patuit ſpelunca, ſacro præcordia ſenſu
Omnibus evibrata; tremunt genua ægra, ſiléntq;
Effuſi in lacrymas. Ductor mox voce recepta,
Salve, inquit, venerande Parens; ſalvete verendi

Prophetant oſſa Ioſephi. Gen. 50. 24.

Auguriis cineres, quibus eſt poſt funera tanto
Tempore conceſſum ventura evoluere fata;
Vos ærumnarum ſocij jacuiſtis iniqua
Ægypti tellure decus, tuteláq; gentis;
Et duri exilij comites, ceu pignora veſtræ

Aliorum Patrum jam erant translata.

In fratres fidei, tumulo caruiſtis avito
Hactenus: hinc tandem liceat migrare volentes
Nobiſcum, comitéſq; via; ſuccedite campis,
Manſuras ubi ſancta domos oracula ſpondent:
Hîc pater Iſacides vobis in jura ſepulcri

Probabile ſurrexiſſe

Menſus agrum expectat cineres, urnáſq; nepotum.
Illa reſurgentem cernet plaga proxima Solem,

Prima

Prima ſepulcrales reddet terra illa favillas. cũ Chriſto
Tum pleriq; ſuo ſancti cum Principe ſurgent: Ioſephũ.
Deferet illum etiam vobis tunc Chriſtus honorem,
Hoc quoque Ioſephi Virtus feret INCREMENTUM.
Hæc ait, & ſacræ libat prior oſcula cedro,
Præſentes veluti venerans in pulvere Manes,
Ingentem Ioſephi animam: mox ordine plenis
Conjiciunt ſocij manibus poſt oſcula flores,
Sublatáq; humeris urna ſubiêre feretro.
Tum ſuper admoto clauſerunt oſtia ſaxo.
Palladium Ægypti ſic furtim in caſtra reportant; Palladiũ
Inſtantem trepidat Memphis ſpoliata ruinam. Ægypti.
Iámque dies funeſta Pharo bis ſeptima menſis
Ardentem extulerat ferali lampade Lunam, 13
Quæ curſu propè jam medio compleverat orbem, Luna de-
Cùm croceis Aurora roſis aſpergeret ortus, cimaquar-
Devotámq; ſacris puro Sol aureus axe ta Agni
Inveheret lucem, Iſaciis quæ meta laborum, Paſchalis
Servitiiſque ſuprema fuit: feſto omnia totis celebritas
Protinùs ad pompam caſtris fervere paratu,
Et fauſtam ſalvere diem, ſalvere parentum
Magnanimos Manes, expectatámque tot annos
Præ manibus ſine fraude fidem, præſentia cœli
Munera, præſentéſque novo cum pignore palmas
Ægypti gazam in manibus, Memphímque remiſſâ
Invidiâ tot damnorum redhibere benignam
Exuvias, & dona ſacris: jam conſona rebus
Dicta antiqua Patrum, veráxque per omnia Numen.
Ergo alacres inſtant operi, tectíſque frequentes Præpara-
Conveniunt, manibus caſtis, animiſque parati, tio ſacri,
Quo ritu docuit Moſes populúmque patréſque, Pura om-
Secubuêre thoris, puráque in veſte nitentes nia.
Admovêre manus ſacris: fas omnibus illa
Luce Sacerdotum vittis, & munere fungi. Omnes
At ſenio defertur honos imponere dextras eo die ſa-
Devoto capiti, & jugulo demergere cultros. crificant.
Inſontes pueri circum, teneræq; puellæ
Virgineis gaudent manibus contingere molles
Certatim pecudis villos, argutáque mixtis

Oſcula

Oſcula blanditiis, & ſparſos addere flores,
Solamen puerile, necis vitalis honorem.
Azyma. *Expediunt Cererem matres, puriſque farinam*
Intritam lymphis ſubigunt, & liba rotundant,
Subjiciúntque orbes cineri, prunáſque reponunt.
Cœna cõmunis. *Communes epulas alij conſuetáque curant*
Fercula, quæ ſolitis fas eſt prævertere menſis.
Ad Veſperam Lunæ decimæ quartæ imolatio Agni. Menſa, altare. *Myſtica deinde loco ſuccedit cœna ſecundo.*
Dum loquor, & pinſunt matres, fugit hora; ruentẽ
Pronus in occaſum Titan vix ſuſtinet axem,
Et cunctas monet hora domos. Stat mitis ad aras
Hoſtia, balatúmque premens, & ſponte ſupina
In tabulâ, tabula ara fuit, menſa omnibus ara,
Inſertátque pedes vinclis, & gutture ferrum
Accipit haud ignara, ſacro ceu percita ſenſu
Ipſa cruore ſuo divinos poſcat honores,
Hebræiſque velit moriens avertere mortem.
Cæremonias Moſes interpretatus. *Vix lacrymas tenet ulla domus: myſteria Moſes*
Diſſeruit, docuitque rudes, umbráſque recluſit:
Sed quantùm pingui poterat gens dura Minerva.
Nec triſtes ibant lacrymæ, pia gaudia mentes
Sanguis, antidotũ mortis. *Solicitant, ſalit inſueta dulcedine pectus.*
Vt roſeum pateris agni excepêre cruorem,
Ceu precium vitæ oſtentant, pignúſq; SALUTIS
Gratantes, calidúmque domorum ad limina portant,
Tingũtur poſtes, Thau. *Valvarúmque linunt poſtes. Inaratur utrinque*
Littera, quæ vitam redimat CRUCE *mortiferum*
THAV;
Teſſera, diſcrimen vitæ, mortiſque tremendum;
Aſſatur hoſtia. *Diripiunt alij vellus, verubúſque trementes*
Trajiciunt artus, & decuſſata bacillis
Expandunt membra ad prunas, & viſcera torrent:
Agreſtes alij fibras, atque acria ſuccis
Condimenta, amara acria. *Condimenta parant; largo ſparguntur aceto,*
Lactucæq; graves ſomnis, cichoreáque renum
Purgatrix, & quæ ſtimulant naſturcia mentem;
Ocyma cantatis meliùs creſcentia diris,
14 *Aut aeres, quas, cuique ſuus tulit hortulus herbas.*
Sacræ cœ- *Vt dapibus jam prima fames ſedata profanis,*
Surrexê-

Digitized by Google

Surrexêre thoris omnes; menſáſque remorunt, — næ Initiũ
Fermentum exturbant tectis, penetralia verrunt, — rejecto
Tum puris luſtrantur aquis, puráque renident — fermento
Sindone ſuccincti, & puro velantur amictu. — omni. Veſtes
Includunt ſuras ocreis, ut cuique facultas, — puræ.
Aut crudo perone tegunt; pars ſpartea nectit — Calcei.
Vincla pedum, aut molli plantas involuit alutâ:
Aptantur radij dextris: hoc deinde paratu — Baculi.
Circunſtant epulis ſtructos paſchalibus orbes,
Attonitis ſimiles: infert veneranda ſtuporem
Relligio, ipſa pios epulones hoſtia terret.
Auguſtas violare dapes obtutibus horrent.
Inchoat ipſe domus pater, hortatúrque precando.
Summe Sator mundi, qui nos his ſiſtere menſis, — Preces
Solennique jubes celebrare Chariſtia cultu, — patris fa-
Fac memores, gratíque tuos tractemus honores, — miliâs.
Atque ita mactati veſcamur carnibus agni,
Cujus ſanguine nunc ſervas à morte diremptos,
Illius ut prima quem caſum ab origine mundi — Significa-
Diceris oſtendiſſe orbi, ſæcliſque futuris, — tio myſti-
Participes, menſæq; velis nos eſſe ſodales, — ca.
Et Paſcha æternum pactis tibi ſolvere campis.
Sic ait, & carpens epulas in fruſta placentis
Adjicit, & puram Cererem partitur in omnes: 15
Illi avidè, & properanter edunt, Cererémque, calentéſque — Feſtinan-ter come-ditur.
Agni artus, animíſque ſacros, & pectore motus — Efficaci-
Concipiunt, vegeti membris, & mentibus ardent. — tas ſacræ
Mortales curas, ſiliquas, luteóſque labores — dapis via-
Fornacum obliti, liquidi penetralia cordis — ticæ.
Spirantes cælo pandunt, & cælitùs auram — Senſus a-
Luminibus cælo affixis ex æthere ducunt, — nimorum mirabiles.
Singultúſque cient placidos, & crebra gementes
Affectant patriam lacrymis; juvat ire per omnes — Alacritas
Terrarum, pelagique plagas, & frangere dextris — viatorum.
Obſtantes ſcopulos, & mille laceſſere mortes,
Et quæ Tartareis erumpant cunque cavernis
Sternere monſtra manu, vitámque tenere cadendo.
Idem omnes ſimul ardor habet; nec ſexus, & ætas — Magni

Diſcri-

Digitized by Google

omnium animi.

Diſcrimen fecêre: nihil jam debile virtus
Invenit, & nulli tot jam inter millia morbi,

Sanitas omnium. Pſal. 104. 37.

Nil languens, aut molle jacet: ſtant omnia ſanis
Corporibus. Nihil eſt epulis vitalibus Agni
Et morti commune, valent, polléntque potiti
His dapibus, velut ambroſia: mirabile viſu!

Fortes omnes & mites.

Viſcera magnanimos faciunt agnina leones:
Déque feris iterum fecêre leonibus agnos:

Agnus & leo. Iſai. 11. 6.

Agnus enim atque Leo jungunt his paſcua menſis;
Et puer alludens medius permulcet utroſque,
Concordique animo placidos in pabula mittit.
Non ſi fortè mero ſtagnent mihi nectare fontes
Caſtalij, Cyrrhæq; fluant in mella liquores,
Enumerem teneros ſenſus, quos Gratia movit

Typus etiam mirificus veri Agni in umbris 16

Pectoribus, neque quos accendit mentibus ignes
In rudibus quanquam populis, ſub imagine muta,
Subluſtres umbras inter, Solémque cadentem.
Heu! miſeros, queis clara dies, & lucis adulta
Nec feriunt oculos radij, neque lucida tela

Heu! lãguens fides multorũ nunc in veritate Euchariſtiæ.

Configunt animos! cæcis heu ſponte tenebris
Merſi hominum mores, & mente carentia corda!
Nos agni teneros artus; nos oſſa, capútque,
Infractóſque pedes, ardentiáque ignibus exta
Triticea ſub fruge edimus; nos intimus Agni
Spiritus intus alit tectis ſub farre medullis:

Nunc revera integer Agnus editur.

Hîc totum ſimul êſſe licet ſub imagine cruſti,
Quod nunquam potuêre Patres implere vorando,
Vt conviva caput, ſimul integra manderet oſſa,

Caput & pedes in S. Euchariſtia.

Infractóſque pedes; divino munere tandem
Inventum eſt, nobiſque datum: nos integer intras
Victima Chriſte, tuis quoties accumbimus aris.

Nullæ hîc fiunt reliquiæ.

Ingenioſus amor Cereali polline totum
Abdidit, aſſatúmque tuos te torret ad ignes,
Sic reliqui nil fecit AMOR: nam totus in ignem

Efficacitas in Sãctis.

Agnus iit, totúſque hominum DECOXIT amore:
Hoc paſti repetunt humana Lycaones ora,
Exuitúrque lupum, Chriſto qui veſcitur Agno;

Azymorũ puritas morum.

Nam furor eſt perſtare lupos, Agnúmque comeſſe.
Hoc etiam priſcos docuerunt azyma patres,

Lybá-

Digitized by Google

Libáque ſynceris Agno ſociata farinis;
Qui ritus ſcelerum ſordes abſtergere ſuadet,
Nequitiam prorſumque animis eliminat omnem.
Sed Moſis memoranda fides, & ſpiritus ardens 17
Eminet. Ille dapes inter quam plurima fatus Allegoriā docet Moſes.
Convivas docet attonitos, & myſtica dona
Enucleat: rerum nubes, arcanáque ſigna
Explicat, excedens animo, ſenſúſq; relinquens
Torpentes; fruitur Superis, & Numen anhelo
Corde premens: tales pleno dat pectore grates.
O domus Abramidum, cœli lectiſſima proles Euchariſticō Moſis.
Nunc age, nunc gratare Deo, gens regia tantis
Digna miniſteriis, perfunctáq; munere ſacri
Vnguinis auguſtos ad ſummi Regis honores, Grates agendæ.
Exulta in Domini laudes, imiſq; ſonantes
Viſceribus jacta in cœlos, & ſydera voces
Lætitiæ. Deus, ecce Deus tibi ductor, & auctor Viæ dux viaticum.
Libertatis, iter pandit: nihil auſpice tanto,
Nil rectore tibi deerit. Viden' ubera glebæ,
Et campos lacte irriguos? hîc pabula læta,
Hîc promiſſa quies, faciléſq; in pinguibus arvis
Deliciæ: neque ſpes ultrà te longa fatiget:
Vadimus: in pedibus pelles, ſubſtrictáq; cinctu Proclactus.
Veſtis, & in manibus virga; dapibúſq; refecta
Corpora. Quid supereſt tuto ſtant limina vallo,
Ipſe fores Agnus ſignatas ſanguine ſervat:
Excubias agit ille cruor. Iam caſtra movendi Dux fidei in columna.
Signa canent: Deus ipſe viam ſignantibus aſtris
Expediet. Felix! ô felix ſera nepotum
Poſteritas; quibus hæc propiùs ſpectare licebit,
Æthereiq; Agni pateris libare cruorem, Eccleſia felicior.
Et veſcos caſtas artus ſacrare per aras!
Felices dapibus veris, & munere cœli!
At nos intereà vacuis dum veſcimur umbris
Contenti, ſub nube procul ſpeculamur honores,
Chriſte, tuos cæcas inter caligine gentes, Synagoga in umbra Chriſti.
Spe memores, gratique tua vivemus in umbra;
Calcantéſq; viam tua per veſtigia, ſæclis
Vtramque in partem dabimus documenta futuris.

Sic

Sic ait, & paucis hæc intellecta loquutus
Tecta jubet claudi, & ſervare ſilentia clauſis

Domus clauſæ.

Intentos ad iter, tenuéſque accerſere ſomnos.
Ipſe Dei perſtat pernox expoſcere pacem.

18 Tempus erat, quo Luna vago decreſcere vultu

Nox fatalis Ægypto. Sap. 18. 24.

Incipit, & plenum fluxa luce alterat orbem:
Iam medios curſus nox intempeſta tenebat
Involvens terras, cœlúmque ſilentibus umbris,
Et Phariis latè campis, cunctáſque per urbes
Plagarum oblitas gentes ſopor altus habebat,
PRAETERITI juxta immemores, cæcáſque futuri.
Cùm Pater, in cujus manibus numerata tenentur

Menſuræ peccatorũ plenæ.

Omnia, & æterno fixum ſtat tempus in ævo,
Ante oculos ſcelerúmque modi, menſuráque certis
Finibus accumulanda patent, pœnæq; ſequentes,
Præſtò adſtant; jubet aligeras capere arma cohortes;
Ductorémque monet nutu, queis ſtragibus illos,

Angeli armatur.

Quáque velit ſævire tenus. Ruit impigra cœlo
Per tenebras ignita phalanx; lucem arma dederunt
Fulguribus ſimilem longis, tractúque per umbras
Ingenti fecêre diem; ceu nubibus atris
Mille ruant ignes, avulſáque ſidera cœlo.

Michaël Dux. Sap. 18. 16.

Ilicet ante omnes Michaël radiantibus armis
In media ſtetit Ægypto, cui dextera ſævo
Fulminat enſe, ferox, & inexpugnabile verbum,
Imperiúmque Dei portans: labat undique tellus
Pondere pulſa pedum, nubes quatit ardua caſſis,
Inſiſténſque ſolo celſum caput inſerit aſtris.
Omnibus arma eadem, ſimiléſq; ardoribus iræ.

19 Vt ſignum dedit hora polo, dirúmque per auras

Hora & ſignum cædis. Horror tota Ægypto. Dira ſomnia.

Clangorem ſonvêre tubæ, ſimul horridus armis
Concuſſis, quatit aſtra fragor, quatit ima domorum
Fundamenta, volant triſtes per tecta figuræ
Omnia, funeſtiſque ferunt fera ſomnia monſtris
Augurio; lethique genus, cauſæq; pateſcunt
Excidii. Simulacra domos armata per omnes,
Pérque caſas, per ſparſa in agris mapalia ſtragem
Hortari viſa, & trepidas vox perculit aures.

Angelorũ

Hæc domus abſque nota; hi vacui cuſtode penates;

Nec

Nec ſacer ingreſſu prohibet cruor; impia gentis voces ad cædẽ hortantium.
Hîc habitant Pharia ſcelera; hîc ſævi aſſecla Regis
Natio, crudeléſq; fovens cum Principe mores.
Iſti etiam Hebræo maduerunt ſanguine muri
Ditati miſerûm ſpoliis, fartíque rapinis;
Proinde domus devota neci, ne parcite ferro:
Sic Deus ille jubet, cujus tentata poteſtas
Tot monſtris, & jam toties patientia læſa
Perfidiâ populi, & dura cervice Tyranni.
Nunc ſoboles luat acta patrum, dominíſq; faventes Puniũtur parentes in liberis.
Et famuli & pecudes pœnas cum Principe pendant.
Peccatum eſt ſtudio ſobolis; maribúſq; peremptis
Inferias mactate mares; qui germina prima,
Et thalami flores primi fecêre parentes.
Omnibus hæc tectis ſparſa per ſomnia voces 20
Conturbant ſomnos; dirúſq; cubilibus horror Vident Ægyptij veras mortes objectas in ſomno.
Excutit, aut ægris niſos conatibus angit.
Evigilant; & vera vident, vera arma, viróſq;
Ardentes ſquamis, & non errantia tela
Primigenûm à jugulis, ſortitáq; vulnere membra
Lethifero; confuſa ſonant clamoribus omnia,
Et lacrymis; trepidi occurrunt ad ſpectra parentes,
Effuſæq; comas matres: ut quenque cubili
Exturbavit amor ſobolis, ſubitíq; timores
Semianimem ejecêre thoro, nudúmque: voluti
Ad genua amplexu ferrum conantur, & iras
Hoſtiles inhibere; manus ſimulacra relinquunt
Dilapſa in ventos, tenuiq; ſimillima fumo.
Vulnera certa manent, verique in morte dolores.
Dant gemitus; miſeróq; vocant clamore parentes
Auxilio: plerique thoris percuſſa relictis
In gremium matrum morituri corpora jactant:
Conantes alios ſtratis exire, ſupinos
Conatu in medio vires & vita fefellit.
Defecêre, thoróq; caput poſuêre relapſum.
Maxima pars onerant diris Pharaona querelis, Queſtus morientiũ. Diræ in Regem.
Et leges, Amenophi, tuas, & ferrea Chenchris
Pectora, quæ Memphim toties merſêre cruore,
Quam decuit ſervaſſe ſuo: deliria Regum

Digitized by Google

Et ſcelera, immeritos plecti: ſic queſta juventus
Indignata mori ante diem: Dabis, impie, pœnas,
Nec lentis veniet pedibus vindicta, ſequêris
Ocyùs, & Manes veniet tua larva ſub imos,
Regales phaleras, cultúſq; exuta ſuperbos.
Haud tamen incomitata petet Cocytia ſtagna

Pharao apud Inferos.

Turba frequens, factíſq; tuis immanibus acta
In furias odiis ſævos circumferet ignes,
Stipabitque latus; nec enim ſat triſtibus hydris
Tres furiæ in pœnas; addent incendia cives,
Quos tua præmittit Stygiis inſania regnis.
Sic fati, torvos oculos, nec luce reperta

Moriuntur indignabũdi.

21 *Avertunt, animáſq; irato è pectore pellunt*
In manibus, gremióque patrum, nec triſtia fata
Arte moras ulla inveniunt, tot funera nullum

Magnitudo ſtragis.

Triſte niſi ſolamen habent, & mortibus ipſis
Flebilius: pereunt uno tot tempore proles
Nobilium, vulgique, negat diſcrimina lethi
Vindicta confuſus honor; juvenéſque ſenéſque,

Horoſcoporum vanitas.

Infantúmque greges, & primo lucis in ortu
Carpuntur ſimul; imparibus natalibus aſtris
Invenêre pares obitus: quid ſidera, ſtulti,
Fauſta puerperiis, habiles ſervamus & horas?
Tam varia peperêre dies, tot millia; fato
Abſtulit una dies, & eodem funere merſit:
DISCRIMEN *fatis Virtus dat ſola, Deúſque:*
Nulla domus ſine ſtrage fuit, cauſa omnibus una,

Infletæ mortes.

Vna manus vindex: meritò delicta parentum
Immerita ſolvunt proles, & flere peremptos
Vix licet in luctu, & lacrymis communibus; imò
Ambigitur, lethóne ſimul felicius illi
Occiderint, quàm vita, quibus ſervata ſuperſtes,
Vt patria ſpectent Erithræo in gurgite buſtum;
Nec jam flere vacat, pulláſque inducere veſtes,
Carminibus, mæſtúmque tubis indicere leſſum,
Cùm poſcat Pæana Themis, moneátque nocentum
Pſ. 57.11. *Abluere innocuas ſcelerato ſanguine dextras.*

Pecoris ſtrages.

22 *Iam pecudum memorare piget tot funera, quot non*
Syrtibus in Libycis æſtu volvuntur arenæ,
Africus inſanis nubes ubi verberat undis.

Luxe-

Digitized by Google

Luxerunt ſua damna Pales, Hippona, Diique
Capripedes, tardóque equitans Silenus aſello.
Nam caulis ſævit ferrum, & præſepibus altis.
Nec jam monſtra Deûm tutis Ægyptia templa
Defendunt adytis, eadem graſſata per aras
Tempeſtas ultore Deo turbavit ab imis,
Ejecitque cavis ſerpentum immania terga,
Tergeminoſque canum rictus cum Cercopithecis:
Iſiacis ſomnos abrumpunt aſpides antris:
Æluri, muréſque ſuis fugêre latebris;
Faucibus eliſis trahitur latrator Anubis,
Cúmque ſuo custode ſimul raptatur Oſiris.
Excuſſo modio patefacta Serapidis arca,
Fictilis anſati fracta eſt clepſydra Canopi,
Extra Niliacas Apin mors obruit undas,
Veráque detracto patet Iſis buccula peplo,
Harpocrates tacet Inachiæ ſacra turpia vaccæ,
Avulſúmque caput trunco premit indice labra.
Fulminibus ſimulacra ruunt contrita, ſolóque
Fœdatis latè ſparguntur fragmina templis.
Dira Deûm raſis conclamant funera barbis
Sacrifici, lacerant artus, atque unguibus ora
Fœda ſecant; totam pariter Mareotida miſcent
Confuſi planctus & lamentabilis horror.
Cùm viſa eſt ſua cuique domus capta urbis imago:
Regia ſed primùm domus hoc impulſa tumultu,
Et primum Pharaona fragor conterruit armis.
Quinquaginta illi thalamis ſine lege libido
Luxuriat, totidem partus fecêre parentem
Primigena matrum è gregibus, ſed ſanguine cretus
Legitimo, Princépſque ſatu, ſpes prima parentum,
Primus amor, primúſque timor ſplendebat Achoris.
Ante omnes, tanquam mediis Sol aureus aſtris.
Reſpicit hunc fortuna domus, teneráſque paternis
Inſtituit malefida manus aſſueſcere ſceptris,
Impoſitúmque docet ſolio proludere regnis.
Regina in thalamis amborum, cura parentum
Carpentem ſomnos miſero ſervabat amore;
Cùm vox excuſſo cum fulgure fertur ad aures.

23
Dij Ægyptij ſtrati, & ſimulacra dejecta.

Anubis.
Canis Oſiris
Serapidis arca.
Canopi hydria.

Harpocrates.

Sacerdotum luctus & laceratio.

24
Cædes primogeniti Regis.

Achoris, hæres Pharaonis.

Angeli vox ad Pharaonem.

Ergóne ſic ſemper Pharao ſecurus, & exſors
Vltrices exire manus, aut fallere ſperet,
Tot ſcelerum caput, & patriæ tot cauſa malorum?
Nunc tandem deprenſa ſuo fera ſæva cubili
Det pœnas: ruat avulſis ſpes vana columnis;
Succumbat mox deinde domûs pater ipſe ruinis.
FRANGENDUM eſt, quod nulla caput clementia mollit.
His ſimul excuſſus ſomnis, ſimul audit Achorim
Avulſum ſtratis gemitu & clamore querentem.

Achoris cæſi querelæ.

Me miſerũ! heu! quianã ſic me, pater impie, raptas?
Quid merui? ſic me genitrix infida relinquis?
En morior: natum patrius furor immolat Orco.
Hoc gemitu exanguis Pharao, Regináque curſant
Abrepti thalamo, trepidis occurrit Achoris
Saucius, atque animam maternis efflat in ulnis.

Similis hyacintho everſo.

Oebalio qualis radians hyacinthus ab oſtro,
Quem plauſtro evertit ſulcis immitis arator,
Aut ſubigens calcavit aper, ſua purpura florem
Deficit, & pallens caput atro in pulvere ſternit.
Fletibus aula ſonat, thalamis ex omnibus adſunt

Matrum planctus.

Amentes luctu matres, vulſiſque capillis,
Exertæq; ſinus laceros infanda ſuorum
Corpora natorum communi funere plangunt:
Lymphatis coïêre globis in compita cives:

Seditio populi.

Mox aulam clamore petunt: jam regia cingunt
Atria, moliti portarum immania clauſtra,
Dejecêre fores; nec jam Pharaona tuetur
Majeſtas, quin ſaxa volent in tecta, facéſq;,
Protinùs Hebræam laxet niſi carcere gentem,
Abrumpátque moras omnes. Confuſus, & amens
Strage ſua peiora timet, populúmq; furentem,
Inſtantémque odiis unius ſanguine, Numen
Conciliare Pharo, gentíq; avertere peſtem.

Coactus Pharao Legatos ad Moyſem mittit.

Id metuens Pharao Proceres extempore ſupplex
Ire rogat, qui Moſem orent inſtanter eâdem
Protinùs Iſacias educat nocte catervas:
Cunctanti ſternántque viam, & calcaria ſubdant.
Centum Oratores ſciſſis inveſtibus ibant

Legatorũ habitus.

Pullati, raſiſque comis, ſqualentiáque ora

Fœdati

Fœdati cinere, & lacrymis ceu cara ſequantur
Funera, vel direpta hoſtes dominentur in urbe,
Et profugi loca tuta petant; ſonat undique planctu
Horrida nox; paſſim per agros funalia lucent,
Funereaq; faces conferta cadavera monſtrant.
Per medias vadunt mortes luctúque fatiſcunt.
Intereà Moſes Tribubus per caſtra paratis 26
Principibus mandata dabat, quibus agmina ſignis,
Quoque ſitu diſtincta viam vexilla capeſſant;
Promittitque viæ facturam ex æthere flammam
Auſpicium: ſimul ingenti ſe nube columna
Ignea ſuſtulerit cœlo, tum prima ſequantur
Signa ducem, comitémque viæ: tunc impigra Iudæ
Magnanimus vexilla Leo prætendat, & Auſtros
Excipiant altis pendentia ſuppara contis.
Fauſta canent mox ſigna tubæ: ſtent omnia juſſis
Ordinibus, cœlo fiat mora ne qua vocanti.

Moyſes hortatur ſuos ad exitum. Columna promittitur. Quo ordine agminis, vexilla.

Aron agmen aget, primáq; in fronte ſubibit,
Obtulerit quodcunque viæ fortuna periclum:
Terga tegam poſtremus ego, atque agmina claudam;
Hanc animam, corpúſque meum vos inter & hoſtes
Objiciam vallo medius, ſi prælia poſcant:
SED ducente Deo nihil eſt ex hoſte timendum.
Hæc ait, & Phariis occurrit planctibus ultrò 27
Ipſe gemens, lacrymiſque rigans ingentibus ora.
Quem ſimul ut Mamylas venientem aſpexit, adorat;
Et prior hæc. O Iſacidum mitiſſime gentis,
In patriam, ſi qua eſt pietas; aut advena quiſquam
Hoſpitij memor, antiquis ignoſcit amicis,
Hanc etiam patriæ noxam, pœnáſque remitte
Hoſpitibus; compeſce animis cœleſtibus iras.
Hoc Pharao ſupplex, hoc te jam exhauſta precatur
Funeribus patria; aut ſi mavis hoſpita tellus.
Confeſſos miſerare reos, ſeróque fatentes
Armari tibi ſidereas ad vota phalanges,
Arbitriiſque tuis diſplodi è nubibus ignem.
Vtere jure tuo, cœlo quod judice vincit.
Duc, age, tolle moras, quo te populúmque juberis
Siſtere, duc pecudes, duc omnia, nulla moratur

Accipit Legatos regios. Mamylas legationis Princeps.

Venia plena abeundi.

Conditio : tibi jam plena eſt à Rege poteſtas :
Solve metu Memphim jam nunc, & protinus exi.
Sic ait : & contrà Moſes ſic pauca loquutus.
28 *Si quàm clara Dei fuit, ac teſtata voluntas,*
Clades ſibi imputent Ægyptij.
Tam vobis etiam, Regiq; accepta fuiſſet,
Non eſſet locus his lacrymis; nec mutua damna,
Alternaq; vices noſtras utrinque querelas
Huc traherent. Cælo tandem lis tota dirempta eſt
Judice : divinis ſemper ſtat lancibus æquum,
ET QUODCUNQUE *Deo viſum decernere jus eſt.*
Obſequimur juſſis, ipſâque hac utimur horâ,
Optamúſque Pharo facile & placabile Numen.
Vnum oro, quæſóque meis adjicere verbis,
Ne Pharaonem pœniteat veniæ datæ.
Hujus ne Regem veniæ, fauſtæq; diei
Pœniteat : ne fortè fidem cum pace revellat,
Fundatámque fide malit defendere pacem.
Talia dicentem crebreſcens undique planctus,
29 *Confuſæq; urgent lacrymæ; nam funera paſſim*
Vrgetur ad exitũ.
Conclamata jacent, nec dum compreſſa timorum
Cauſa agitat trepidas per rura, per oppida gentes,
Concurſúque ruunt tectis, trudúntque morantes
Iſacidas, velut Ægypti pereuntis Erinnyn,
Fatalémque facem patriæ depellere certent,
Volventémve rogos tectis avertere ventum.
Non tamen aut dictis audent, aut lædere facto,
Ne graviùs Superos in ſe, cæliq; laceſſant
Invidiam, creſcántq; novis incendia flammis:
Sed gemitu, lacrymiſq; humiles, largiſque precantur
Muneribus properare velint, & tollere ſecum
Numinis infeſti cauſas, & parcere victis.
30 *Extemplò dant ſigna tubæ victricia caſtris,*
Exitus & ordo agminis.
Et læto clangore jubent ire agmina denſis
Ordinibus : latera & frontem lectiſſima pubes
Occupat, in medium vulgus componitur agmen,
Imbelléſq; manus, oneratáque turba Canopi
Exuviis, pecoriſq; greges, aptatáque plauſtris
Onuſti omnes ſpoliis.
Armenta : immuni nulla exit bellua dorſo,
Nulli humeri ſine faſce viris, & nulla puellis
Faſce vacat cervix : hilares ſecum omnia portant :

Nec

Digitized by Google

Nec quenquam fortuna gravat ſua; viribus æquis
Demenſam ſibi quiſq; capit, contentus abundè
Sorte ſua, fugit invidiam; vultúq; ſereno
Ingreditur gaudens tanti pars ire triumphi.
Robora prima virûm, ſudans gravioribus armis Et læti ſua ſorte.
Claudit terga phalanx; habiles obuertere pila, Agmen extremũ.
Stare gradu, fixáque acie, ſi terga ſequantur,
Excipere, & verſis pulſare umbonibus hoſtes.
Sed Phariis cecidêre animi, mœſtúſq; recenti
Excuſſit ſtrage arma ſtupor: conferta maniplis
Augent caſtra metus: quinos mirantur euntes Quinis ordinibus quinquerniones.
Ordinibus numeros, florentéſq; ære catervas.
Principiis adeò exiguis, nec tempore longo
Iſacia tantam creviſſe propagine prolem; Mirabilis propagatio gẽtis.
Nec potuiſſe odiis, ſævâq; tyrannide Regum
Accidi; feciſſe ipſis compendia damnis,
Vberiúſq; ſatam ſua per diſpendia ſtirpem!
Ter decies centena hominum ſe millia campis 3000000.
Fundere, vix tribus & denis quater edita luſtris.
Tot fato cecidiſſe ſuo! tot morte coacta
Ante ſuam periiſſe diem; tot flumine merſos!
Et tamen hinc ſexcenta virûm modò lecta ſub armis 600000. armatorũ
Millia ſtare vident, vacuáque relinquere Geſſe
Rameſſem, caſtris ſtatio quæ prima locatis. Prima manſio ad Rameſſẽ.
Quæ fœcunda adeò fundant alvearia gentem
Florilegam? quam mella cavis undantia tophis, Fœcundiores alveis apum.
Hyblæiq; fovent flores, & roris amici
Vbertas & temperies mitiſſima cœli,
Permulcent auræ dulces, & flabra Favoni,
Cura que Ariſtæi fragrantibus educat herbis,
Et nullæ infeſtant peſtes, neque prælia turbant.
O cœlo genitam ſobolem nutrice Pronœa! Providẽtia fovit ſobolem.
Reptantémq; Dei gremio cuſtodibus aſtris!
Quam mare navifragum parcentibus evehit undis,
Ipſáq; tempeſtas optatis applicat oris.
Abjice jam limum manibus, luteóſq; labores, Celeuma apopempticum.
Et ſine depoſitam curare cadavera Memphim,
Effuge ducentem vanis ſua funera pompis
Ægyptum; tu tende via, qua ſidera ſignant.

Digitized by Google

31 *Vix etenim everſo vallo ſe fuderat agmen*
Nubes, & *In campos, cùm per tenebras deſcendere nubes*
columnæ *Viſa polo, ſplendens radiis, quos plurimus igni*
exortus. *Accendit vapor, humentes ut temperet umbras*
Noctibus, ignitóq; vias ſub tramite monſtret:
Illa cadens ſimul ingenti producta cylindro,
Vertice ſublimis ſociis ſuſpenditur aſtris:
Inde baſim terras verſùs largo agmine fundens
Protegit Iſacidas, & noctem lumine purgat,
Sublustrémq; diem caſtris ſub tegmine præbet,
Sive viam noctu carpant, ſeu fixa reſidant:
Sap. 4. 18. SEMPER *enim Sanctis virtutum ſemita ſplendet:*
Aſſiduis nox cæca malos obnubilat umbris;
Impietas chaos ipſa ſibi eſt: ſcelera atra tenebræ.
32 *Nunc age, dic, Diva Vranie, cui ſola voluptas*
Quale illud Meteorum. *Ætherias luſtrare domos, & ſidera certo*
Fixa ſitu, vel per liquidos palantia tractus
Vrania. *Aſtra ſequi, ſervare vias, & diſcere cæli*
Concentum; quantúmq; vagi trux flamma cometæ
Diſſideat ſtellis, nebulæq; volatilis ignes,
Sive volent capræ, ſeu fœta phalarica flammis.
Fare, age, bis geminæ fuerit quæ nubis origo?
Qui mores? quódve ingenium? quæ myſtica lampas?
Vrania cauſas nubis & columnæ explicat. *Conſcia ſidereæ contrà ſic Muſa choreæ,*
Nocturno cui rore comas ſtellata madentes
Vitta premit; vitro in manibus cryſtallina mundo
Sidera, & obliquo cinctu veſtem aureus ambit
Vraniæ cultus. *Baltheus, hinc ſenis aſper, totidem inde figuris,*
Et croceo circum ſubtexit fimbria limbo.
Columnæ & nubes typus Fidei. *Quiſquis habes oculos, inquit, Fideiq; patentem*
Auditum, & ſtupidis puras à fæcibus aures;
Suſpice divinæ donum mirabile lucis,
Accenſam allucente Deo mirare columnam
Materia *Subtilem vapor in nubem cæleſtibus altè*
Locus. *Eductus radiis purâ concrevit in æthrâ,*
Finis. *Lunarémq; globum ſubter ſublime pependit*
Dux viæ. *Conſpicuus; ductórq; viæ caſtriſq; locandis*
Caſtra *Metator, populi cuſtos, & gentis aſylum,*
metatur. *Atque idem ſcelerum vindex; cortina movendis*

Sorti-

Sortibus: hoc divina thronum Sapientia templo
Conſtituitq; ſibi, populiſq; oracula promit:
Inde vices operum mandat, ſomniſq; quietem:
Huc revocat feſſos; hinc rurſus ad ardua mittit
Prævia lux, auſpexq; ſuis, flectiq; viarum
Ambages, & circuitus, duce Numine, monſtrat.
Nunc populos umbella tegit neu Syrius urat
Æſtiva ſub Sole die, neu frigidus udo
Sub Iove nocturnis aër incommodet horis.
Clara die nubes radiis inſignis, & auro
Excipit adverſos denſa lanugine Soles,
Spiculáq; infringens, moderatâ combibit umbrâ.
Nocte nitens flammâ, ſectis in compita caſtris
Fungitur officio fidæ ſuſpenſa lucernæ,
Cunctáq; privatim ſe per tentoria fundens,
Et privata regit communi, & publica luce;
Nec locus eſt uſquam tenebris ſub nube columnæ:
Illam nec rapidi poſſunt convellere venti,
Nec gelidis diſcerpere hiems væſana procellis,
Nec nivibus carpſit Boreas, nec grandine fregit,
Non Auſter ſolvit pluviis, non triſtis Orion
Imbribus exhauſit, nimboſo aut Pleiades aſtro,
Proxima nec rapida movit vertigine Luna,
Non Sol conſumpſit radiis, aut ebibit æſtas:
Fixa baſis, ſtabiliſq; ſitu, ceu terminus hæret,
Donec eam migrare loco, qui Spiritus intus
Arbiter, & certis jubeat decurrere metis.
Hoc ſigno ſe caſtra movent, & rurſus eodem
Stante locum capiunt fixis tentoria clavis.
Illa Deî domus, hoc ſolium eſt, hoc inclyta cœli
Majeſtas medios inter dignata morari
Iſacidas, totiſq; octo ſe oſtendere luſtris.
Illa penus caſtris, hæc frumentaria nubes,
Vnde annona quater denos eſt ſparſa per annos.
O domus! ô ſoliúmque Dei luce inclyta nubes!
Lux nebuloſa Dei clara in caligine ſedes
Hoſtibus igne minax, & blandus fulgor amicis,
O quàm dulce ſequi tua per veſtigia Numen!
Quámque tua vel dulce mori, vel vivere in umbra!

Officia columnæ & nubis.
Oraculũ.
Thronus Dei. Eccl. 24. 7.
Vmbella.
Vices tẽporum.
Lucerna publica, privata.
Firmitas & conſtãtia invicta.
Baſis firma.
Motor ſolus Deus.
Ambulatoria lux.
Duratio eadẽ, quæ itineris & viæ.
Horreum annonæ.
Sedes & domus Dei in via.
Terribilis hoſtibus.

33

Angelus Dei perſonā gerens in columna. Fidei Chriſtianæ ductus & robur. Fides columna. Speculū nubis. Fidei lux. Sine fide nec ſpes, nec caritas. Fidei doctrina.

Dixerat Vranie: ſolio ſublimis in alto
Abramidum ductor medio conſederat igni,
Inde movet, flectitq; acies ſub nubis amictu.
Inde venit ſancta Fidei inſuperabile robur,
Inde animi ductore Deo, quin ipſa columna eſt
Dia Fides, nobis immobile firmamentum,
Veri prima baſis, ſummo quæ vertice tangit
Sidera; quæ lucem ſpeculari in nube refringit
Ingenitam, genitámq; Deo; quæ lumine blando
Signat iter cœli, curſúmq; intendit Olympo.
Te ſequimur, divina Fides; tu lampade noctem
Errorum, ſcelerúmq; fugas; tu lumine certo
Diſpeſcis chaos, & media in caligine ſplendes.
Te ſine mortales nec ſpes lactaverit ulla,
Nec divinus amor caſto calefecerit igne,
Nec ſolida ulla polo tulerit faſtigia virtus.
Tu verum, juſtúmq; doces; tu regula vitæ,
Vitáq; juſtorum divinâ vivida flammâ.

34

Fidei in S. Petri petra immobili fixa ſedes. Inde ambulat fides. Firmitas fidei S. Petri.

Lecta tibi ſedes Petri inviolabile ſaxum:
Hac Petra ſedet ima baſis; totum inde per orbem
Conſpicuâ aſſurgens cœlo ſtat luce columna,
Quam ſequitur peragrans vaſtas Eccleſia terras:
Inde petunt gentes lucem, inde Oracula poſcunt.
Illam nec Stygiis caligo effuſa cavernis
Offundet tenebris, non cæcus ſubruet error;
Non vis ulla virûm poterit diſcerpere ferro,
Non centum gemino fratre adnitente Typhœus.
Ipſe Deus fixit, quo ſuſtinet omnia Verbo.
Ipſe baſim ſeipſo ſolidat, ſcapúmq;, capútq;,
Dum volvet Titana labor, dum fœdera mundi
Servabunt elementa, Fides invicta manebit,
Nec niſi poſſeſſo ſanctis vaneſcet Olympo.

Fides deſinit in cœli introitu.

Nam, cùm clara Dei veros præſentia vultus
Obtulerit, ſpeculi & nubis ceſſabit imago;
Nec ſpeculo paſcetur amor, cùm Sphinge ſoluta
In ſolidos ruet amplexus æterna voluptas.

LIBRI

LIBRI QUINTI

Argumentum, & Synopſis.

NUNTIATA Hebræorum fuga, Pharao raptim cogit, quidquid curruum, equitum peditúmque poteſt. Metus ne ſpoliis Ægyptiis onuſti longiùs abirent fugitivi, undique dominos indignantes properè excivit ad ſervile bellum tanto numero, ut ſexcenta armatorum millia faciiè ſe ex fuga retracturos confiderent, quamvis tanto freta duce quantus Moſes. Qui poſitis Beelzephon inter, & Magdalum caſtris ad Phiairoth, clauſa undequaque fuga, ut clarius eſſet divinum auxilium deſperantibus Hebræis, & inſolentior Ægyptiis audacia ad perſequendum jubetur imminente jam Pharaone, ſciſſo mari in adverſum littus viam aperire populo, admirabili, ſi aliàs unquam, Dei providentia ſternente, & muniente breviſſimo tempore viam per medias, ſuſpenſis hinc inde montibus, aquarum valles. Suum interim equitatum utrinque in fluctuum crepidine diſponit Deus, quem ſigno dato in Pharaonem cæca fiducia dementiſſimum, ejúſque currus, & equites immittat, & Ægyptios obruat revoluto mari, dum Pæana canentes Angeli deducunt ſuſceptam ex illo typico Baptiſmo Synagogam, Eccleſiæ ſponſæ ſimulacrum: quam mirabiliore è Baptiſmo ſuſceptam, & unguentis gratiæ delibutam, ornatam armatámque virtutibus, meritò ſponſus ſimilem facit formidabilibus illiis alis Equitum ſuorum, Cant. 1. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea.* Ex illo Dei pugnantis apparatu nonnulla Muſis fingendi data licentia; ſed argumento congruens, quam Synopſis dabit, & numeri ad margines.

1. Via recta ex Ægypto in Chananitidem per Philiſthæos

33 *Dixerat Vranie: ſolio ſublimis in alto*
Abramidum ductor medio conſederat igni,
Inde movet, flectitq; acies ſub nubis amictu.
Inde venit ſancta Fidei inſuperabile robur,
Inde animi ductore Deo, quin ipſa columna eſt
Dia Fides, nobis immobile firmamentum,
Veri prima baſis, ſummo quæ vertice tangit
Sidera; quæ lucem ſpeculari in nube refringit
Ingenitam, genitámq; Deo; quæ lumine blando
Signat iter cœli, curſúmq; intendit Olympo.
Te ſequimur, divina Fides; tu lampade noctem
Errorum, ſcelerúmq; fugas; tu lumine certo
Diſpeſcis chaos, & media in caligine ſplendes.
Te ſine mortales nec ſpes lactaverit ulla,
Nec divinus amor caſto caleſecerit igne,
Nec ſolida ulla polo tulerit faſtigia virtus.
Tu verum, juſtúmq; doces; tu regula vitæ,
Vitáq; juſtorum divinâ vivida flammâ.

Angelus Dei perſonã gerens in columna. Fidei Chriſtianæ ductus & robur. Fides columna. Speculũ nubis. Fidei lux. Sine fide nec ſpes, nec caritas. Fidei doctrina.

34 *Lecta tibi ſedes Petri inviolabile ſaxum:*
Hac Petra ſedet ima baſis; totum inde per orbem
Conſpicuâ aſſurgens cœlo ſtat luce columna,
Quam ſequitur peragrans vaſtas Eccleſia terras:
Inde petunt gentes lucem, inde Oracula poſcunt.
Illam nec Stygiis caligo effuſa cavernis
Offundet tenebris, non cæcus ſubruet error;
Non vis ulla virûm poterit diſcerpere ferro,
Non centum gemino fratre adnitente Typhœus.
Ipſe Deus fixit, quo ſuſtinet omnia Verbo.
Ipſe baſim ſeipſo ſolidat, ſcapúmq;, capútq;,
Dum volvet Titana labor, dum fœdera mundi
Servabunt elementa, Fides invicta manebit,
Nec niſi poſſeſſo ſanctis vaneſcet Olympo.
Nam, cùm clara Dei veros præſentia vultus
Obtulerit, ſpeculi & nubis ceſſabit imago;
Nec ſpeculo paſcetur amor, cùm Sphinge ſoluta
In ſolidos ruet amplexus æterna voluptas.

Fidei in S. Petri petra immobili fixa ſedes. Inde ambulat fides. Firmitas fidei S. Petri. Fides deſinit in cœli introitu.

LIBRI

LIBRI QUINTI

Argumentum, & Synopſis.

NUNTIATA Hebræorum fuga, Pharao raptim cogit, quidquid curruum, equitum peditúmque poteſt. Metus ne ſpoliis Ægyptiis onuſti longiùs abirent fugitivi, undique dominos indignantes properè excivit ad ſervile bellum tanto numero, ut ſexcenta armatorum millia faciiè ſe ex fuga retracturos conſiderent, quamvis tanto freta duce quantus Moſes. Qui poſitis Beelzephon inter, & Magdalum caſtris ad Phiairoth, clauſa undequaque fuga, ut clarius eſſet divinum auxilium deſperantibus Hebræis, & inſolentior Ægyptiis audacia ad perſequendum, jubetur imminente jam Pharaone, ſciſſo mari in adverſum littus viam aperire populo, admirabili, ſi aliàs unquam, Dei providentia ſternente, & muniente breviſſimo tempore viam per medias, ſuſpenſis hinc inde montibus, aquarum valles. Suum interim equitatum utrinque in fluctuum crepidine diſponit Deus, quem ſigno dato in Pharaonem cæca fiducia dementiſſimum, ejúſque currus, & equites immittat, & Ægyptios obruat revoluto mari, dum Pæana canentes Angeli deducunt ſuſceptam ex illo typico Baptiſmo Synagogam, Eccleſiæ ſponſæ ſimulacrum; quam mirabiliore è Baptiſmo ſuſceptam, & unguentis gratiæ delibutam, ornatam armatámque virtutibus, meritò ſponſus ſimilem facit formidabilibus illis alis Equitum ſuorum, Cant. 1. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea.* Ex illo Dei pugnantis apparatu nonnulla Muſis fingendi data licentia; ſed argumento congruens, quam Synopſis dabit, & numeri ad margines.

1. Via recta ex Ægypto in Chananitidem per Phi-

liſthæos

ſthæos conſulto relicta, ne periculoſiùs tentarentur Hebræi bello, Exod. 13. 17. Domabuntur poſteà à Samſone. & aliis ducibus Philiſthæi.

2. Manſio in Socothe, quæ ſecunda à tabernaculis primùm fixis; tertia paulo pòſt in Etham.

3. Nuntiatur Regi fugiſſe Hebræos: inde tumultus tota Ægypto, & concurſus ad arma.

4. Pharao convocat ſuos, & exemplo ad arma hortatur: ſpem facit ex locorum anguſtiis. & faucibus, in quas ſe fugitivi conjecerant inter Magdalon & Beelzephon.

5. Ægyptij armantur ab ipſis etiam uxoribus, ſtudio recuperandorum monilium, & comodatæ veſtis.

6. Regina ipſa Lycoris fingitur præbere arma Pharaoni, & ſpem facere certiſſimæ victoriæ, oblata ſibi ſomnio, & Iſi interprete, piſces Erythræi & corvos ſaginaturum Regem.

7. Amens Pharao Chenchris inſequitur fugientes currus illius ſexcenti falcati finguntur: & tales fuiſſe probabile eſt, ad majorem Hebræorum terrorem.

8. Manſio, ſeu ſtatio tertia populi ad Etham, ubi Moyſes cognoſcit divinũ conſilium in præſenti Synagogæ periculo, & partu ipſo libertatis filiorum Dei, cui Diabolus in Pharaone, & per Pharaonem inſidiatur. Ergo Vati objicitur Signum illud magnum, quod Joanni in cœlo viſum, Apoc. 12. *Mulier parturiens, amicta Sole*, &c. ex quo tentationes Synagogæ, & Eccleſiæ ab impiis Regibus intelligat, & obſtetricem Dei providentiam.

9. Draco magnus rufus, caput impiorum Diabolus: Pharao Tyrannos inter perſequutores cornu belluæ propè primarium inſidiatur Puerperæ.

10. Synagoga tamen, tum typica mulier feliciter enititur: tutelares adſunt Angeli, qui matrem, prolémque tutentur præſidio, eámque in ſolitudinem tranſportent, ibíque alant, & prolem maſculam in ſpem regni divini.

11. Allegorica explanatio Signi magni.

12. Moſes jubetur ducere in Phiairoth, Exod. 14. 2. poſt-

poſitis ibi caſtris in anguſtis faucibus ad rubrum mare; & imminentibus à tergo Ægyptiis: tentanda populi ſpes, & fiducia in Deum.

13. Trepidatio Iſraëlitarum in periculo imminente: deſperationem ſpargit in caſtra draco, injecto uno ex Accdiæ crinibus colubro, qui murmura ſuggerat, & blaſphemas in Moyſem linguas incitet.

14. Flagitioſiſſima populi in Moyſem animorum, linguarúmque virulentia redire in vincula, & ergaſtula cogitantis.

15. Populi querelas indigniſſimas graviſſimè refellit Moyſes, & fiduciam erigit promiſſo maximo omnium miraculo, viâ munitâ medio mari. &c.

16. Orat opem Moyſes, & præſentem impetrat, translatâ ſtatim columnâ, quæ aggeris inſtar à tergo fit Iſraëlitis, oppoſita & caliginoſa Ægyptiis.

17. Intentis ad miraculum in littore Hebræis, quibuſdam fortè etiam in aqua, propiùs ut ſpectent, ſtantibus, ſpem, fidémque ſuadet Moyſes.

18. Percuſſum virgâ, & momento ſciſſum mare adverſum uſque in littus latiſſimo tramite; liquidis tamen aquis hinc inde altiſſimâ, & præruptâ crepidine ſtantibus. Auſtro via ſpirante munita, ſtratáque gemmea glareâ.

19. Ingrediuntur iter hinc inde cryſtallinum Hebræi, allucente à tergo longè columnâ.

20. Angeli interim Pæana canunt Domino, cujus vox in magnificentiâ ſuper aquas duplices. Argumentum carminis, duplex Baptiſma: typicum illud prius Moſaïcum ſub nube, & Noëticum in arca: mirificum aliud Chriſti, per utrumque adumbratum.

21. Chriſti Baptiſmus quantò nobilior ſubmerſo in aquis peccato, & Diaboli Pharaonis regno, quò pertinet allegoria.

22. Per illas fauces vallium inter aquarum montes tutiſſimo præſidio deducit populum Paſtor Deus, velut oves.

23. Pharaonis immiſerabilis ſuperbia, quæ tanto miraculo nihil movetur: intolerabili temeritate hortatur ſuos ad ingreſſum.

24. Ejus

Digitized by Google

23. Ejus currus in ipſo ingreſſu fingitur, ad malum omen, & exterrendam temeritatem, diſſilientibus rotis hærere in alto ſabulo.

25. Acron fingitur prudens Vates, qui Regem dehortetur ab ingreſſu, & reditum ſuadeat dimiſſis Hebræis, quibus militant elementa.

26. Exploditur, ut meticuloſus, ab inſano Principe, quem obdurati cordis cæcitas præcipitem in exitium rapit.

27. Vigiliâ noctis quartâ Deus excitatus tandem ingreſſis in mare Ægyptiis omnibus, canere ſigna jubet ad pugnam è ſumma columna coruſcante undique, & in Ægyptios fulgurante, ut pœnitentiam ſuadeat, & deditionem. Hæc illi prima velitatio: pôſt apparent alæ cœleſtis equitatus utrinque diſpoſitæ ad pugnam.

28. Moyſes ſpectatur juxta columnam ſublimis, minaci vultu, & virgâ imperatoriâ: tum ſtatim fulmina diſplodente nube denſiſſima in hoſtes mittuntur.

29. Secunda acies, & pugna, ab Equitibus Angelis, qui fluctibus ſpecie marinorum monſtrorum inequitantes, devolvunt aquarum montes, ut flumina in Pharaonis currus, & Equites. Hîc fingitur luctuoſus Lycophrontis adoleſcentis regij caſus.

30. Laudat morientem juvenem Pharao, ut aliis animos in deſperatione addat.

31. Amaſis Principis caſus ſimilis in equo cum Piſtrice pugnantis: aliorum tacendæ mortes in tanta confuſione ſtragis.

32. Confuſa omnium ſtrages, cadentibus cum ingenti fragore undique aquarum montibus, ut Nili Catadupis.

33. Trepidatio & fuga Ægyptiorum ſera, DOMINO pugnante pro Iſraële.

34. An detruſi omnes ad Inferos æternùm damnati, qui cum Pharaone naufrago fluctibus hauſti? Probabile eſt, ut in Noëtico diluvio, pleroſque pœnituiſſe criminum, & ſalvos eſſe per ſalutare pœnitentiam.

35. Nau-

35. Naufragij generalis facies clauſâ undique fugâ: avari Eurymedontis querelæ de infoſſis talentis.

36. Pharao ſervatus ad cataſtrophen ſpectator, & Actor, Editórque: natant ad illius latera Iannes, & Mambres illuſi à Dæmone, promiſſo ſepulcro in hortis, de quibus Palladius in Vita S. Macarij, ubi falsò credidit Ægyptus conditos illudentibus Dæmoniis per oraculum. Verè in mari extincti ad Inferos detruſi ſunt ſine pœnitentia.

37. S. Michaël illos Antichriſti cum Pharaone anteambulones fulmine percuſſit.

38. Pharaonis caſus, conſcientiam ſcelerum fruſtrà ſtimulante Rhamnuſia.

39. Extrema obſtinatio ſine pœnitentia.

40. Indignantis querelæ ſuperbiſſimæ.

41. Quærit mortem in aquis.

42. A S. Michaële transfigitur fulmine, ſicut aliquando mactandus Antichriſtus: & injecto plumbi talento mergitur.

Digitized by Google

LIBER QUINTUS.

TRANSITUS MARIS RUBRI, ET ÆGYPTUS NAUFRAGA.

1 Via recta per Philiſthæos relicta.

HAC duce victores Phariis à finibus ibant,
Quà dextrum deſignat iter vexllifer Ales;
Ne qua Philiſthæis occurrant prælia regnis,
Qua brevior via læva patet: ſed Martia campos
Gens habet, & fætas armis latè obtinet urbes,
A Caſio prætenta mari, qua littora currunt
In Tyrios: nondum populis venêre domandis
Tempora; naſcetur quondam, qui vertice ſacro

Samſon olim victor Philiſthæorum. Iudic. 16.

Intonſus, jungat vulpes, hoſtíq; ſuperbo
Callidus illudat, latéq; incendia ſpargat
In ſegetes; Gazæ avulſas à cardine portas
Auferat in montes, media inter vincula liber;
Et captus vincat meliùs, cùm crine renato
Impia convulſis evertet templa columnis
Victor morte ſua; ponétq; trophæa ruinâ.

Circumducti Iſraëlitæ cur. Exod. 13. 17.

Nunc ad bella rudes aliò traducere viſum
Iſacidas, ne prima ſtatim certamina frangant;
Avertántq; fugæ ſtudio: volat aurea nubes
In Boream, Socothémq; ſuper ſtatione ſecunda
Fixa, locum caſtris umbra metante pependit

2 Socothe ſecunda manſio.

Solis ad occaſum; ſenſimq; rubeſcere flamma
Incipit, ut populis nocturno alluceat igni.
Auſpicium feſſi læto clamore ſalutant,
Et pariter fixêre pedem, ſpatiiſq; dirempti
Expediunt vaſa, atque domos ſub pellibus abdunt,

Socoth tabernacula. Feſtum tabernaculorum.

Vnde loco Socothæ faciunt umbracula nomen,
Pangendiſq; dies olim celeberrima ſcenis.
Inſtaurant epulas, & liba heſterna frequentant
Azyma; gratantes puris ſacra otia cœnis.
Mox ſecura quies placidis complexa ſub alis

Porri-

Digitized by Google

Porrigit aulais fuſos, aut pulvere ſternit:
Nec ſævus jubet excubitor meminiſſe laborum.
Dulce ſopor vacuis operum, curáque ſolutis.
Manè redit nubes, tutámque immota quietem
Continuat caſtris; prædas ſub Sole recenſent,
Et pecora; agnoſcúntque ſuos, & ſingula luſtrant,
Donec Ethamæis lux tertia ſiſtat arenis.
At Pharij, quanquam facies triſtiſſima regnum — Etham tertia manſio.
Inceſtat, cunctique lares ſua funera plangunt,
Vt vidêre domos vacuas, agróſque colonis
Deſertos, ſubitò in furias vertere dolorem. — 3
Anxia præcipiti paſſim trepidatio famâ — Fama vulgat fugam Iſraëlitarũ. Exod. 14. 5.
Spargitur in vulgus, Procerúmque per atria currit,
Hebræos rapuiſſe fugam, ſimulatáque furtis
Obtendiſſe ſacra, ut ſpoliis Mareotidos aucti
Poſt tantas Patriæ ſtrages, afflictáque regna
In dominos verſis importent agmina ſignis,
Extruſóſque focis rapiant ſervilibus armis,
Aut ſibi delecto condant in Principe regnum,
Inſenſáſque Pharo ſocient ſibi fœdere gentes.
Arſuram facibus Memphim, queis præbuit ignes,
Concuſſos rumore animos prædámque timentes,
Ereptis per fraudem opibus, non mollibus urget
In ferrum Pharao ſtimulis, atque imperat arma.
Quid lacrymis opus, ô Cives? quo jure quis audet — 4
Hic ſua damna queri, Superóſque laceſſere verbis? — Pharao hortatur ſuos ad perſequẽdum.
Iam culpa fortuna vacat; neque ſidera peccant.
Hoc Noſtrum ſcelus eſt, aut immiſerabilis error:
Sed ſcelus eſt noſtrum potiùs, quos clara monebant
Monſtra Deûm inſidam Nilo demergere gentem.
Id veritus quàm ſæpe dedi non mollia juſſa?
Defuit obſequium vobis: quam cædibus antè
Hauſerat, in prædam modò dat miſeratio Memphim:
Conſiliis perit ipſa ſuis Ægyptus; & artes,
Quas aluit, patitur Moſaïs victa venenis.
O pudor! acceſſit tantis infamia probris:
Illudunt dominis fures; & onuſta triumphant — Spoliatio Ægypti.
Servitia Ægypti ſpoliis! proh dedecus! ibit
Colluvies Hebræa? Pharúmq; impunè pudendis

Digitized by Google

Riſerit inſectata jocis? haud ſidera vivum
Degenerem videant adeò Pharaona, nec armis
Indecorem: reprimam jam nunc fugitiva latronum
Conſilia; & greſſus erronum in vincla reducam.
Protinùs ante meos currus huc ipſe trahetur
Furcifer, & magicas laqueo dabit hoſtia fauces.
Arma, viri, rapite arma; fugam dum diſtinet æquor,
Præruptiſque vetant hinc Belzephos ardua ſaxis,
Clauſa Iſraëlitis fuga. Magdalus hinc excelſa jugis, hinc ſiccus arenis
Clauſit Etham. Deus ipſe favens in vincula ſontes
Exod 14. 10. Rurſus agit, meritóſque jubet dependere pœnas.
Noſtra Diis nunc cauſa placet: ſervilia ſunt hæc
Bella: manus arment fuſtes; crepitantia lora
Incutite: hæc ſervi arma timent. Sic fatus in altos
Inſiluit currus, pronúſque impendet habenis,
Quadrijugóſque agitat lymphata mente per urbem
Vociferans: Qui réſque ſuas, Phariáſque tueri,
Imperiúmque velit ſalvum, mea facta ſequatur,
Damnoſáſque moras tollat: favet hora, locúſque
Inſidiis: ſponte in noſtros it bellua caſſes.
Talia jactantem Furiis urgentibus ingens
Vndique mox circum curſu glomerata virûm vis.
5 Arma fremunt omnes campis, atque urbibus arma;
Ægyptij armantur ut ſubito in tumultu. Ærea ſiſtra ſonant, & rauco tympana tergo;
Accendúntque animos litui, clangórque tubarum.
Conveniunt peditúmque manus, equitúmque maniplis
Quot ſine delectu magnis è mœnibus urbes
Vicinæ raptis potuerunt undique telis
Fundere, quot crebris raptim dare flumina pagis,
Quot villæ, quot teſqua viros: ruit omnis in arma
Aëria inferior, ſeptem quæ ſecta fluentis
Oppida ſpiſſa ſinu nutrit complexa trigono
Bubaſtim, Cabaſam, Buthon, Scyatímque, Thalymque,
Mandeſion, Tanim, Buſirida, Pharmutacónque,
Et quondam Macedûm chlamydem referentia gyro
Alexandria. Mœnia, Pellæi juvenis de nomine dicta.
Iam tum clara Pharo, & largâ populoſa polentâ
Pharos. Opportuna mari, Latiis olim horrea terris.
Vxores Iam decies centena virûm Pharaona ſequuntur
Millia.

Millia, dant ipſa galeas, & ſcuta lacertis armant
Vxores; armantq; viros, hortantur, & urgent viros.
Latronum prohibere fugam, vincliſq; retractos
Reddere, & ulciſci ſpoliatos fraude Penates.
Incendunt iras lacrymis: fatale maritis Fatalia
Aurum inhiant, repetiq; jubent, Vulcania dona maritis
Harmoniæ, & tinctas Neſſeo ſanguine veſtes; monilia.
Orbariq; viris malunt, quam perdere gemmas;
FOEMINEI *cultus adeo pretioſa libido eſt!*
Et gaudere poteſt currente in fata marito.
6
Ipſa duces ruit in medios Regina Lycoris Regina
Armato gaviſa viro, ceu victor ovantes ipſa Pha-
Jam referat manibus myrthos, fugitiváq; terga raonem
Ante ſuos agitet currus, prædámq; reducat. urget.
Illa humeris aptat chlamydem, pectitq; minaces
A galeâ nutante jubas, quas aſpides auro Dat galeã
Tortilibus lambunt ſpiris; ſagulo exerit enſis & arma
Ardentem gemmis capulum; tum caſſide clauſa Regi.
Oſcula dura capit, lætis ſucceſſibus augur
Felices memorat ſomnos, quos intulit Iſis.
Vade, ait, auſpicibus Superis, mea vita, meum cor: Somnium
Vade, vide, vince, atque redi, victoria votis narrat.
Deſpondet ſe certa meis: te mane videbam
Littore Erythræo fugientum terga prementem;
Protea mox liquidis pecus omne excire cavernis,
Squamigeróſq; greges ſummas curſare per undas,
Atque tuos adnare pedes; tu larga jubebas
Pabula præberi monſtris objecta marinis:
Quin tute ipſe tuâ ſpargebas plurima dextrâ.
Mox video Æthiopum Proteo ſuccedere gentem
Alatam, & nigris plaudentem ad littora pennis.
His etiam tu larga dabas in pabula prædam.
Iſacidum hæc inter penetrabant æquora turmæ: Iſis Regi-
Attonita hærebam ſpectris, cùm viſa repentè nam fallit
Inachis arridens dubios ſic ſolvere ſomnos. ſomnio.
Iſacidas urgens Pharao potioribus armis
Coget Erythræo vivos ſe condere ponto:
Sic Protei paſcet pecudes fugientibus inſtans.
Alati Æthiopes furvi ſunt littore corvi, Populi

Æthiopũ, corvi. *Qui ſalſis ejecta vadis mox viſcera carpent.*
In manibus jam palma tuis: tantùm utere fato.
Hæc ait: aſſenſêre duces, plauſúmq; dedêre:
Pſ.73.14. 7 *At Pharao criſtas quatiens, conóſq; comantes,*
Haſta mihi Deus, inquit, erit, ſeu dormit Anubis,
Pharao præceps inſequitur fugiẽtes. *Seu vigilat, curáſq; ſuas mihi commodat Iſis.*
Vera dabo nunc fata manu. Quid vana moramur
Somnia? non eget ambiguis certiſſima virtus.
Talia fatus agit criſpatis agmina pilis
Equitatus Pharaonis *Antevolans; primóſq; jubet veſtigia currus*
Falcatos Hebræa ſequi: ſexcenta quaternis
Sexcenti covini currus falcati. *Plauſtra ſonant armata rotis: hinc inde coruſcant*
Axibus à geminis, ceu ferrea brachia, falces,
Obvia quæque neci raptura: vibrantia ſummo
Spicula præcurrunt tectos temone jugales:
Pectora ſcuta tegunt, frontes mucronibus horrent
Cornipedum: dant arma feris & robur, & iras,
Atque animos, impunè viam ſulcare per hoſtes.
Tres ſumma ſtant puppe viri, & jaculantur ab alto:
Quartus agit ferro fulgens auriga covinos.
Pulverulenta volat, quam ſuſtulit ungula tellus
Quadrupedum: circum aſſiduis micat orbita flam̃is.
Cancro cœleſti ſimiles. *Haud ſecus ac cùm ſolſtitiis incanduit alto*
Sole domus Cancri, flammato ſidere fervent
Brachia læta feræ, Nemeóq; infeſta Leoni
Expandunt avidas falcato forcipe chelas,
Signiferæ quàm lata patet plaga torrida zonæ.
Haud aliter rapidis crebreſcunt axibus ignes.
Tantâ mole Deum contra Rex impius ibat:
Tótque duces ſecum exitio, populóſq; trahebat
Pharao Salmoneus alter. *Salmoneus demens, qui non imitabile fulmen*
Curribus & ſtrepitu æripedum ſimularet equorum,
Et per ridiculos tonitrus oppedere cælo
Auderet; mox ludibrium ſtridentibus auſtris
Erythræi hæres maris. *Cum ſonitu periturus, & infelicis Erythræ*
Succeſſor bibiturus aquas, ſine nomine ponti.
Sine nomine duces & mi- *Nec decus eſt cenſere duces, pretiúmve laboris*
Illuſtrare viros, memoréſq; inſcribere cedros
Nominibus, quos bella Deo Titania rurſus,

Et

Et paribus jurata odiis, & mente moventes Ites Pharaonis.
Mulctatos ignominiâ, famâque minutos
Obruit unda vadis, pelagiq; voragine merſit.
Et quorum obſcænos pavère cadavera corvos.
Sat faſtis unus Pharao, memorabile nomen
Participant omnes duri, lucique rebelles.
Septus Ethamais biduo jam ſederat oris 8
Hebræus, jam tertia nox intenderat umbras, Tertia manſio Etham.
Cùm Moſes de more Deum veneratus, obibat
Caſtra vigil, voluénſque ingentes pectore curas. Moyſes cognoſcit Dei conſilium.
Protinùs in cælo magnum, & mirabile ſignum
Apparet, Vatiſque oculos, mentémque moratur
Auguſta ſpecie Mulier, majórque videri Mulier amicta Sole. Apoc. 12.
Humana, ceu fæta Deo, cæliq; beata
Connubiis: nam Lucifero velatur amictu
Solis, & incedit radiatâ ſplendida pallâ
Solis habens pro veſte jubar: conuexa ſub ipſos
Subjecit ſe Luna pedes, & cornua flectens Luna ſub pedibus.
Ad terras, lucem ex pepli bibit æmula limbo,
Exultans radiis, gaviſáque pondere tanto.
Excelſum Diva aſtra caput duodena coronant,
Stellatúſq; comas ex auro circulus ambit: Stellata corona.
Sed prægnante utero ſentit vexata dolores;
Et gemitus dat parturiens, dextrámq; faventem Parturiẽs.
Lucina clamore vocat; connixa fluentes
Solvitur in lacrymas, & cælum fletibus urget:
At cunctatur opem Pater ipſe afferre gementi. 9
Donec parte aliâ haud minùs admirabile monſtrum Draco rufus inſidiatur parturiẽti.
Adſtitit in cælo, & partum formidine preſſit.
Immani ſe mole Draco contra alta ferebat
Sidera, cui ruſſis ardent aſperrima ſquamis
Terga; tument ſeptem capitum ſtridentia colla, Capita ſeptem, cornua decem.
Lernaiſq; procul ſpumant totidem ora venenis.
Dena ſuper capitum ſurgebant ardua criſtas
Cornua, queis robur, quo fraudes adjuvat ira:
At ſeptena premunt capitum diademata frontes.
Ingens cauda retrò, ingentiq; volumine ſurgens Cauda verrens ſtellas.
Nexibus implicuit ſtellas, rigidóq; voluta
Agmine per cælos verrit ſtellantia Divûm

 Atria,

Digitized by Google

Atria, detraxitq; polis mœrentibus aſtra.
Tertia pars cecidit cœli laquearibus aureis
Immanem ſectata feram: tumet Hydra rapinis,
Et cauda victrice ferox; contráque labores

Inhiat partui maſculo.

Parturientis avet rabidos attollere rictus.
Ora aperit ſeptena, avidis ſi faucibus infans
Matre cadens queat infauſto ſe condere partu:

Invidia in regnũ Dei.

Hoc petit, hoc inhiat, præda tantùm inſtar in illâ!
Hac omnes mutare velit; quia maſculus infans,
Devotúmque caput regno; cui monſtra tremiſcunt
Tartarea, æterniſq; Draco dare guttura vinclis.

10 Mulier feliciter parit, Deo obſtetricante.

Caſta fave Lucina, marémq; à Virgine partum
Suſcipe: prætendit dextram Deus obſtetricem.
Suſtulit ipſe Pater natum; rapuêre canentes
Aligerûm per inane chori, ſolióque paterno
Infantem poſuêre: ſedens hinc temperat orbem

Hæres regni filius.

Legibus, & valido moderatur ſæcula ſceptro.
Tum ſubitò aptatis ſibi Virgo puerpera pennis

Providẽtia in matrem.

Æthereâ præbente Aquilâ, ſe ſuſtulit alto
Aëre: ſic mundi volitans deſerta pererrat,
Eluditq; minas, & tela inimica Draconis:
Nam tutantur eam aligera, paſcúntque phalanges,

Angeli tutelares Synagogæ, & Eccleſiæ.

Inde premunt ſerpentem armis, atque æthere turbant.
Signa movet Princeps Michaël, & deſuper Hydra
Ingruit: illa cadens transfixo pectore flammas
Irarum eructat; ſed fracto robore reptans

Invidia victi Diaboli.

Debilis; atque ſolo jam lenta volumina verſat.
Inſequitur tamen uſque fugam, puerîq; parentem
Iuratis inimicitiis: tum pectore toto

Vomit ore fluvium.

Lernæam ejectat viſcoſa tabe paludem,
In fluvium latè excurrit cœnoſa vorago,
Si poſſit retinere fugam, & veſtigia matris
Siſtere, vel tetro ſocios haurire profundo.
Sed matrem & ſobolem, fidoſque in bella ſodales

Terra abſorbet fluvium.

Defendit miſerata pio ſub pectore Tellus;
Immenſóque lacum, & fluvios ſiccavit hiatu;
SANCTORUM *ærumnas Terra uno funere ſolvit,*
Acceptátque ſinu cineres, ſervátq; ſepulcro,
Cùm caſtas Virtus animas tranſcripſerit aſtris.

Hic

Digitized by Google

Hîc primi ſerpentis habent molimina finem.

11 Allegoria Signi magni.

Talia dum ſecum voluit ſpectacula Moſes
Multa putans, ſpectátq; tuos Eccleſia tractus,
Et longam ſeriem rerum, quas abditus ordo
Seclorum involuit gremio; cognoſcit ab avo
Exortas inimicitias, Stygiique Draconis
Invidiam, qui ſe caput, authorémq; profeſſus
Impietatis, agit ſocios in bella Tyrannos,
Impoſitóſq; ſuo Reges fert Bellua dorſo.
Ac velut inſana cervici hærentia jactat
Cornua, queis cælo decertans ventilet orbem;
Nequicquam; nam dextra Dei & ſuprema poteſtas
Vt clypeo tegit uſque pios, vallóque coronat.

Caput impiorum Diabolus; quæ ejus membra. Perſequutores, Eccleſiæ.

Sed Pharao pompa Princeps, quam Bellua ductat,
Eximius Reges inter, memorabile cornu
Orcino ex adamante gerens, ſupereminet omnes,
Venturóſq; docet factis, quò ſe uſque malorum
Sponte ſua indurent furiis mortalia corda.

Pharao primariũ Belluæ cornu.

Ergo illi capit arma Deus, poſitúmque ſagittis
In ſignum vacuat pharetras, & deſtinat arcu,
Et vatem ſic voce monet. Flecte agmina retrò,

Poſitus in ſcopum, & exemplum.

Quo mox regrediens referet ſe tramite nubes
Phiaïron verſus, celſam qua Belzephon inter,
Magdaliáſq; jacet rupes, ſuper æquoris oras.
Ille locus caſtris; illa ſtatione pateſcet
Libertas, ipſo ſpondet quam nomine tellus.
Huc cæcis Pharao furiis vos uſque ſequetur;
Haud impunè pedem tulerit malè providus ultrà.
Hic ſpes Iſacidum juvat explorare, fidémq;,
Et capita EXCETRAE *trabeis calcare ſub undâ.*

12 Moyſes jubetur ducere in Phiaïroth Exod. 14. 2.

Ibi tentãda ſpes populi: caput draconis ibi cõtribulandũ. Pſ. 73. 13.

Vix ea fatus erat, nubem movet impiger Ales
Sublimem, & thyrſo ingenti ſurgente per auras
Caſtra regit, retróq; viam, qua dextra retorquet
Ægypto interior, tandémq; in littore ſidit,
Inclinata dies cùm jam protenderet umbras.
Hinc rupes atque inde tegunt, præruptáque ſaxa
Procurrunt prætenta jugis in littus utrinque.
In medio campus caſtris; à fronte ſonantes
Purpurei frangit fluctus maris agger arena.

Columna præit. Caſtra ad Phiaïroth Situs caſtrorũ ad pugnam.

Digitized by Google

Nec Babylon procul à tergo, & via regia magna
Mempheos, & denſis inſtans exercitus alis,
Et Pharao ſpirans iras, & Taneos arma.

13 **Iſraëlis trepidatio. Spei tentatio.**

Quid faciant trepidi Iſacidæ? fuga clauſa; nec uſquam
Tuta ſalus patet: ipſe Deus dare viſus inermes
Hoſtibus armatis: feſſi vix pulvere vaſa
Depoſuêre humeris: cernunt à Principe miſſas
Explorare equitum celeres veſtigia turmas;

Inſtat Pharao à tergo.

Et propè jam auditi currus, clamórq; ſequentum,
Pulvereúq; vident volui caligine nimbum,
Confuſáſq; ſimul voces, & Martia ferri
Hortamenta virûm, & chalybem ſtridere rotarum.

Simile. Calamitas imminens ſegetibus.

Horreſcunt, primúmque ſtupent, palléntque ſilentes,
Suſpenſi quò tanta paret ſe vertere moles.
Maturis ut cùm proceſſit frugibus æſtas,
Spes anni jam parturiens, ſi nubibus atris
Tempeſtas cumulata ſonat, quàm pigra paludum
Stagna fovent, denſátq; vapor fumantibus undis,
Conflictúq; agitant ſtipatam grandine venti,
Nunc aquilo, nunc Auſter agit, violentior aufert,
Divitibúſque impingit agris; jam ſaxeus imber
Obruit arva ſatis, calamóſque, & ſemina ſulcis

Timor & luctus agricolarum.

Miſcet agens intrita gelu, laceratáque ſylvis
Verbere poma jacent; nulla eſt cum frondibus arbor:
Ingemuêre boves ipſi; genua ægra colonis,
Quaſſáq; corda labant, nec ſpes plorare caducas,
Afflictáſq; domos ceſſant, inopémq; ſenectam.

Deſperatio Iſraëlitarum.

Haud aliis pavidi Iſacidæ clamoribus aſtra
Confuſis onerant rebus; nec cingere vallo
Caſtra animus, nec ſe, & gnatos defendere foſſâ.
Tartareus, nempe, ille Draco, cui cornua ſurgunt

Diabolus triſtitiam acerbat. Acedia qualis.

Septenûm capitum innumeris ramoſa colubris,
Triſtificum vellens unum de cornibus anguem
Conjicit in medias acies, , ignobile monſtrum
Spéq;, animíſq; carens, nunquã non pulvere volvens
Triſte caput, ſuetum aſſiduis ſtridere querelis,
Et puros maculare dies, & ſpargere tabem

Murmur.

Faucibus, & ſævum in populis incendere Murmur.

Hoc

Hoc illi ſtudium, & nomen Feronia mater
Indidit, & lacrymis Acheruſia lactat amaris.
Extemplò dejecti animi, fiducia ceſſit 14
Pectoribus: lacerant probris Moſémq; Deúmq;. Populi murmur in Moſē, & Deum. Exod. 14. 10.
Publica vox hæc una fuit: Feralia, nempe,
Defuerant nobis Pharia tellure ſepulcra?
Et fornacum inter cineres ſine honore negaſti
Occidere, ut vaſta cumulos crudelis arena
In tumulum, tituloſq; dares? monimentáq; tantis
Sumptibus Ambitio, tantiſq; inſana ruinis
Erigeret? quin te potiùs flexére precantum
Tot gemitus? cùm principio per monſtra parares
Exturbare Pharo gentem, patriiſq; vagatum
Sedibus ejicere, & diris obtrudere fatis? Optant Ægyptū.
Felix, heu! nimiùm felix Iſralia proles,
Si te iſtis nunquam tentaſſet fraudibus Augur.
Servires Phariis, laribúſq; beata maneres!
Quà rapies miſeranda fugam? negat invia ſaxis
Hinc tellus, atque inde: negat, quod gurgite claudit
Has pelagus fauces, ſæviſq; everberat undis.
Durior hinc ſaxis Pharao, & truculentior irâ
Oceani, quem læſa fides, tot funera, tantiq;
Irritant caſus, & cauſa hæc perdita Memphis. Redire volunt ad Pharaonem.
Sævus? homo tamen eſt Pharao, & præcordia geſtat
Humana; ignoſcet miſeris, quos abſtulit error;
His lacrymis veniam dabit, & miſerebitur ultrò.
Quin imus? faſſiq; reos nos dedimus hoſti?
Talia volventes animis, & voce querentes 15
Magnanimus contrà Vates ſic ore coërcet. Fiduciam ſuadet Moſes.
Sicne etiam cæci Iſacidæ, duriq; negarint
Tot geſtis aperire oculos, & fidere cœlo
Pignoribus tantis, quæ vel præſentia ſpectant,
Attrectántq; manu? quid enim priſca illa revolvā,
Queis patrum veneranda Fides obnoxia ceſſit? Notat recentia miracula. & præſentia.
Immemores etiam heſterna obliviſcimur acta?
Mactatóſne hoſtes? averruncúmne cruorem
Liminibus? quorſum illa polo tam lucida flamma
Ante oculos pendens, & nulla in nocte tenebris
Vincibilis nubes? ea nunc hac lampade ſola

Averſas à luce acies conſigere poſſit,
Objicit ſtuporem animi.
Ingratiſq; animis ſtupidam depellere lethen.
Non pudet, heu! lapides fibris Pharaona gerentem
Saxiferis ſuperare animis, & pectore cæco?
Nec vos illa movent in duram verbera mentem
Divina intentata manu? Si fabula vobis
Hactenus iſta geri viſa eſt, & plaudere nondum
Conceſſum eſt; tantiſper adhuc ſpectate ſedentes.
Cataſtrophe Pharaonis.
Finis adeſt tragico Regi; jam jamque parantur
Eumenides cincta flamma, & ſerpentibus atris.
Imminẽs Pharaoni exitium prædicitur.
Aſpicite Ægypti vires in bella moventem,
Sectatóſq; ducem populos tot rura tegentes;
Hactenus hos vidiſſe licet; nec deinde licebit.
Impellet Deus hac uno tanta agmina flatu.
Sint ſecuri, Deus pugnabit ſolus.
Ne trepidate; manum nemo hinc admoverit enſi,
Nec jaciet lapidem funda, nec ſpicula cornu;
Vt Deus hoc palmam ſolus certamine tollat,
Vnde humana queat ſibi nil decerpere virtus
16 *Sic fatus, de more manus ad ſidera tendens*
Orat opẽ Moſes.
Poſcit opem, pactiq; Deum memorem eſſe precatur.
Scindendum Virga mare.
Ille jubet Virga percuſſos ſcindere fluctus,
Siccatoq; novum per iter rapere agmina fundo;
Illicium Pharaoni ut ſit pellacia ponti,
Inſidiiſq; locus, queis capta ſuperbia faſtus
Calcandos ſub aquis, imáque voragine ponat.
Intereà jam prima acies Ægyptia fermè
Imminẽt Hebræis Ægyptij
Teli intra jactum ſtabat, poſtremáq; caſtra
Iſacidûm turmis equitum prægreſſa premebat,
Falcatique aderant horrendo turbine currus,
Columna mediam ſe interponit, claudens agmen.
Et furias Pavor antevolans, cùm nubifer Ales
Regrediens in terga trahit cum nube columnam;
Vt vallum objiciat Phariis, & nube ſequeſtrâ
Inter utraſque acies hoſtilia reprimat arma,
Niliacis atrâ illudens caligine caſtris.
Nam medio ſtetit ingentis velut aggere muri,
Diviſitque acies tenebris, & lumine; miris
Inde nigrans tenebroſa modis, & nocte tremendâ
Memphitûm terrens cuneos, ne cernere juxta
Iſiacas poſſent turmas, nec tendere contra,

Ceu

Digitized by Google

Ceu vetet objectu nigrum chaos, aut Stygis umbra. Gemina facies columnæ, ſicut ſpeculi, lucida & plūbea.
Hebræis hinc clara nitet ſplendore benigno,
Et longè radios Erythræis injicit undis,
Illuſtrans caſtra & pelagus, qua tramite recto
Debet in adverſum populus tranſmittere littus.
Ceu nitet ingentis ſpeculi læviſſima puro Speculo ſimilis.
Lamina cryſtallo Solis, quam verberat ardor
Adverſis feriens radiis; quos fronte remittens
Duplicat oppoſita, cœlique reverberat ignem,
Oblita ponè atro ſtupet obſcuriſſima plumbo,
Nec ſolem admittit, neque vultus accipit ullos.
Sic gemina lucem & tenebras dat fronte columna.
NEMPE, ALIIS *divina Fide Sapientia lux eſt:*
Et tenebroſa aliis eadem Sapientia nox eſt.
Voce Dei facile è tenebris ſplendeſcere lucem,
Qui jungit tenebriſq; dies, tenebráſq; diebus.
Denſa ſuper littus circumſtant millia Moſem,
Spectaturi oculis vellenda repagula Nerei, 17
Oceanóq; tuas leges, Natura, refixas: Hebræi intenti ad miraculũ ſcindendi maris.
Nec Fidei credunt auſus ſuccedere tantos,
Donec voce viri cernant abſcedere fluctus.
Conveniunt confertim avidi, jámque omnis in acta
Stat populus, primáſque frequens ſpectator arenas
Ore tenus propè littoreis obſederat undis:
USQUE *adeò nova mortales miracula captant,* Quidam in aquis ſtantes.
Poſtquàm deſierint mirari, æterna tuentes!
Vt Vates videt intentos, ſic ora reſolvit. Moyſes renovat attentionem.
Iſacidæ, dubitatis adhuc, num dextra Tonantis
Hoc nobis mandarit iter? ductúq; ſecundo
Fecerit hanc huc uſque viam? facturáq; deinceps,
Veſtráque, vóſque regat? nullo numerate priora Fidem excitat.
Tot jam mira loco, per me licet; ire per undas
Iam nunc ipſe Deus ſiccis jubet agmina plantis.
Hos aperit Virga fluctus, refugúmque repellit Promittit viam per medium mare.
In latera Oceanum, & ſolidos medio æquore campos
Littus in adverſum, hoc vobis à littore pandit.
Ite, Deique manum pelagi ſpectate profundo:
Nec vos terrificet Pharao; Deus imperat undis;

Conc

Digitized by Google

Congregat, & diſcludit aquas, & voce reducit
Magnificâ; ſævum quatit imperioſa tridentem
Vox Domini, quæ purpureo vos æquore ſalvos
Tranſmittet; Pharios eadem nunc gurgite merget.
18 *Dixit, & inflictâ validè ſecat æquora Virgâ.*

Percuſsū & ſectum mare.

Aridus auditur fragor alto marmore, rectà
Littus in oppoſitum pelago fiſſura cucurrit;
Haud aliter, quàm cùm glacie concreta paludum

Diſſiliit, ut rupta glacies.

Dorſa ſonans radit pulſis Aquilonibus Auſter,
Et ſubter calfecit aquas inflata repentè
Vnda tumet; mox diſſiliunt ſecto æquore ſtagna
Fiſſilibus cruſtis; ceu ſint perpeſſa ſecures,
Aut cuneos, ſciſſóque gelu ſola vitrea ſtridunt.

Terra aperta, & Via in medio.

Sic fractis ſonat æquor aquis, longéque dehiſcens
Terram aperit fluctus inter, ſurgentibus undis
In cumulos hinc inde: vadis volvuntur in altum
Per latera undarum montes, & tramite largo

In muros hinc inde ſurgunt aquæ.

Laxantur ſpatia in mediis, ubi pontus arenis
Nunc erat: erectæq; tenent latera ardua moles,
Cryſtallum ſimulante ſalo: quanquã humida lymphis
Mobilibus natura manet, liquidóque meatu

Erãt aquę liquidæ, & permeabiles, quamvis ſtantes.

Admittunt penitùs tactum: neque defluit humor,
Nec glacie rigidus ſtupet, aut impervius horret.
Hinc inde attoniti liquido ſtant marmore piſces,
Excelſóſque natant ſcopulos; ſi fortè ferantur
In tranſverſa, cadunt pelagi de montibus altis
Præcipites, ſiccáque vadi eliduntur arena.

Spectatores miraculi.

Quæ primis ſteterant in aquis ad littora turba
Spectatura operis propiùs miracula tanti,
Mirantur vaneſcere aquas veſtigia circum,
Immotáſque mari plantas hærere fugato.

Via lata in adverſum littus

Obſtupuêre omnes viſis; patet altera contrà
Terra elata ſolo per latas limite fauces.
Ipſe Deus præmunit iter, ſiccátq; lacunas
Ingentes, ſolidátq; vias Ædilibus Auſtris:

Vento ſiccata & complanata vada

Mandat enim ſpirare Notos flagrántibus aliis,
Qui flatu depreſſa vado limoſa paluſtri
Abſtergant, cumulóſque ruant extantis arenæ,
Et teretes ſummo ſternant in pulvere baccas,

Aurea

Digitized by Google

Aurea ut inſperſis ſplendeſcat glarea gemmis. Et ſtrata gemmis.

Iámque ſub occaſum Solis diviſa patebant 19

Æquora; jámque vadis Preſter ardente favillâ Munita à Deo via jam ſub occaſum Solis.

Hauſerat humentis putres uliginis algas,

Vt ſiccis paſſim pedibus calcare liceret

Nunquam luſtratos Phœbea lampade tractus.

In vada deſcendunt poſita formidine turmæ; Hebræi ingrediũtur mare.

Frontibus æquatis Tribuum bis ſena ſubibant

Montibus æquoreis vitreos intra agmina muros,

Qui dextra, lævâque tenent immobile marmor,

Et liquidis altè pendentes cautibus undas, Nubes illis à tergo protegens.

Velivolas nuper quà venti egêre carinas.

Terga tegens ſequitur Nubes, quæ lumine largo

Adſpergit ſtantes utraq; crepidine fluctus, Anteriora illuminat.

Purpureiſque ferit radiis cryſtallina ſepta:

Illa trahunt varios infuſa luce colores. Facit Irides varias ad latera.

Mille repercuſſos variant Thaumantides arcus.

Rorida nectareis liquuntur ſidera guttis, Cæli nectar ſtillant, & lætitiam.

Perfundúntq; hilares animos, & corpora mulcent

Deliciis, frenata ſonant feſto æquora cantu,

Circumquaque choros verſant delphines in undis, 20

Incipiunt ipſa Aligerûm Pæana caterva. Allegoricum.

Quis ſtupor attonitas vetat exultare Camœnas!

Cur citharæq;, tubæq; tacent? cùm ſurda loquantur Angeli pæana canunt pro typico Baptiſmo in mari ſub Moſe

Æquora, & in numerum ſaliant per littora rupes?

Et quatiant thyaſis frondoſa cacumina montes,

Ceu ſalit in pratis aries, cùm verna per herbas

Luxuries ſaturos jactat cum matribus agnos;

Adventante Deo pelagus fugit, & juga ſaltu In exitu Iſraël de Ægypto.

Summiſſo trepidas inclinant vertice ſylvas.

Promite, magnificas, Hebræi, promite grates.

Hæc quoque vos elementa docent, quibus ipſe laborat, Vox Domini ſuper aquas.

Et libertatem tantis modò parturit orbis

Vindiciis; Deus aſſertor, Deus optimus author: Vox Domini in magnificentia.

Magnificâ tonat ille ſuper gemina æquora voce,

Quæq; ſupra cœlos ſe porrigit Amphitrite,

Quæq; infra latis circumdat brachia terris; Duplex Baptiſma figurâ & re.

Ille parat vobis duplices in balnea lymphas.

Infe-

Digitized by Google

1.Corint. 10. 1. *Inferioris aquæ pelagi nunc barbara mergit*
Caſtra, Canopæos Hebræi nominis hoſtes:
Suſceptor Deus. *Vos pede perfunctos ſicco de gurgite tollit,*
Et ſub Nube ſuis ſuſceptos abluit ulnis,
Ad fortunatas ferat ut trans æquora ſedes.
Solvite, magnificas patrono ſolvite laudes,
Hebræi patrimi ſuſcepti ex aquis. *Matrima progenies cœli, patrimique clientes.*
Felix poſteritas, quæ cœlo undante videbis.
Oceani cœleſtis aquas Iordanis in alveum
21 *Defluere, & Charitum nardos, & pinguis amomi*
Christi Baptiſma quantò nobilius ab aqua Gratiæ. *Effuſos onyces ſacris innare fluentis!*
Lumine tum caſſi fœtus, lethóque jacentes
Invenient vitam merſi genitalibus undis:
Emergent vegeta proles, nitidæque juventa,
Et diram ſub aquis mortem, ſcabiémque relinquent
Et Spiritus igni. *Vipeream; niveis alacres in veſtibus ibunt,*
Quos ſuper ætherei rorarint nubibus ignes,
S. Spiritus in columba. *Quóſque columbinis plaudens inſederit alis*
Spiritus, & plena Charitum perfuderit orca.
Vox Patris in nube. *Altera tunc etiam Nubes erit aurea flammis.*
Altera vox tonitru patefacto erumpet Olympo,
Magnficéque movebit aquas in juſta gigantum
Funera, quæ lotos emittant fluctibus agnos.
Peccata mergēda. *Pangite mirificas, Hebræi, pangite palmas*
Munifico undarum Domino, qui frangit arenis
Oceanum Deus involuit pānis infantiæ. *Inſanos pelagi fluctus, & pulvere franat.*
Ac velut infantem cunis, ſic littoris alga
Faſciat Oceanum, nebulaque involuit amictu,
Et liquidos nimbis, ut veſtibus, alligat imbres,
Fluctibus obnubit terras, & fluctibus aſtra;
Fundatúmque mari gemino nutu explicat orbem.
Diluvium Noëticū. Mundi Baptiſma. Typus Chriſtiani. 1.Petr. 3. 20. *Purgat aquis ſcelerum labes, mundúmque reponit,*
Quem Lamechiades ſervavit mole carina.
Carbaſus ille fuit, Remex, & Typhis, & aura,
Et Cynoſura rati; quo frēta Noëmica pinus
Octo animas emerſa maris luſtralibus undis,
Relliquias hominum, renovandis ſemina terris
In populos ſparſit per cœli habitabilis oras;
Inde homines, DURUM *genus, ut de caudice puppis*
Reddi-

Digitized by Google

Reddite, magnificas, Hebræi, reddite laudes,
Et celebrate Dei in pelago mirabile nomen.
Vocibus his, cantúque viam deducta terebat 22
Iſaci dum domus, ut latis in vallibus ingens
Balantum grex ire ſolet, quem denſa Moloſſa
Latratrix de gente canum cuſtodia cingit,
Paſtorúmque oculi vigiles tutantur, & arma:
Paſcua læta trahunt, viridéſque à ſaltibus umbræ:
Sed non tam riguis invitant gramina clivis,
Quàm calami mulcent dulces, quos ruſtica pubes
Inſpirat; longæ duplicant Amaryllida valles:
Graminis oblitæ paſcuntur carmine tonſæ:
Inſidiatricum rabies it ponè ferarum
Terga ſequens, ut ſi laxet cuſtodia vallum,
Irruat indocilis feritas manſueſcere cantu.

> Deducit Deus populũ præſidio ſuo tutum. Vt paſtores gregẽ.

Haud ſecùs Iſacidis Pharao pergentibus inſtat.
Objicit inſtanti tenebras medio aggere Nubes.
Inſtantem lactat fugiens, & ſponte ruentem
In maris inſidias, pelagíque patentia clauſtra;
Tantùm non retinet; patitúrque perire volentem,
Et juſtâ meritos Nemeſis tandem implicat irâ.

> Ægyptii inſtant, ut lupi.

Ventum erat ad Nerei fauces, & aperta profunda.
Prima acies ingreſſa vadum temerè ima petebat, 23
Præcipites agitans currus, quà plauſtra præibant
Iſacidûm, quà preſſa frequens patet orbita fundo.
Nam cæcum per iter, noctem funalia vincunt,
Et nebulæ obſtantis tenebras: medio æquore monſtrant,
Et circum undarum montes, & ſtantia ſtagna.
Prodigium ut vidit Pharao, neque territus hæret,
Nec dubium miratur iter, nec quærere cauſas
Oceani fugientis avet; ſed tanta favori,
Auſpiciiſq; ſuis monſtra imputat, & ſibi demens
Blanditur, ludente mari. Non cernitis, inquit,
Nobiſcum pugnare Deos? & jungere vires,
Quorum juncta meæ, nimirum, injuria cauſæ?
Ipſa ſinum pandit Tethys, campóſq; liquentes,
Spectatura meas utroque ex aggere pugnas.
Sic læſos ultura Deos fugitiva receptat

> Pharao non movetur miraculo ſciſſi maris.

> Diis ſuis & ſibi adſcribit.

Agmi-

Hortatur ſuos ad ingreſsũ.

Agmina, quæ jam jam dominis ad debita dedat
Supplicia: audentes, Pharij, mecum ite per undas,
Quò belli fortuna vocat: decerpite palmas,

Verus vates, neſciens quid dicat.

Queis ſalſos inſueta ſerit Victoria campos.
Nulla dies ſimilem vidit, nec deinde ſequentem
Vlla parem viſura dies: juvat ire triumpho,
Quà currum Neptunus agit: mihi terra, ſalúmque
Belligerant, cedente ſalo; ſi terra dehiſcat,
In chaos uſque ſequar profugos: mihi fulguret æther,
Accipient lucem Manes; meáque arma paveſcent.
Perficiam, Fortuna, tibi ne regia deſit
Dextera; neu cedat duris adamantina Virtus.

24 *Talia jactantem ventoſâ plurima linguâ,*

Pharaonis currus malo omine hæret abruptus.

Quadrijuges acti furiis per prona ferebant
In medias pelagi fauces: lectiſſima circum
Spéque, animiſq; tumens, cæcáque cupidine laudum
Nobilitas paribus ſtudiis effundit habenas.
Cùm ſubitò fallente vadi per lubrica curru
Diſſiliêre rotæ; Pharaóq; excuſſus ab alto
In latus: abripitur claudis auriga quadrigis
Longiùs, obliquos donec ſabulum implicet axes:

Vatũ metus anceps.

Tunc etiam luctantur equi, & retinacula rumpunt.
Extemplò turbatæ acies: tum plurima Vatum
Turba movet ſortes, pro tanto ſedula caſu:
Vlteriùs pars ire vetat; pars omine flexo
Prendendã promittit humum, quancunq; quadrigis

Vana auguria.

Preſſerit: Oceanum migraſſe à littore fines,
Imperio nova ut accedat trans æquora tellus:
Ire jubere Deos, & iter præſternere ponto.

25 *Diverſis Proceres ſtudiis ſcinduntur. At Acron*

Acron verus Vates diſſuadet ingreſſum maris.

Militiæq; domiq; bonus, nec futilis Augur
Conſiliis, & mente ſagax, Pharaona frementem
Affatur. Nihil, ô Pharao, nos iſta morantur
Excuſſis eventa rotis, neque cautiùs Aruſpex
Hîc quicquam damnare poteſt, niſi robur equorum,
Materiámq; rotæ fragilem, cumulóſque ſaburræ
Obſtantes radiis, & præcipitantia lora.
Nam nihil hîc niſi manca manus fabrilis, & error.

Majora monſtra

Illa magis metuenda reor, Rex optime, monſtra,

Quæ

Quâ dextrâ, lævâq; vides. Nam, quem agmine calcas
In mediis novus Iſthmos aquis, ſecto æquore valles;
Oceanúſq; loco excuſſus, nec mole diremptì,
Aggere nec medio ſtantes ſine littore fluctus,
Ejuſdem ſunt acta manus, quam ſenſimus icti
Hactenus, atritique malis. Heu! vulnera tactu
Noſtra recrudeſcunt, queis ſic immittimus ungues.
Quo ruis? infidóne potes confidere ponto?
Aut impendentes utrinque retundere fluctus?
IPSE *fidem fallit portus: legéſne remittit*
Arbitriis natura tuis? miracula tantùm
Iſacidis ſervire ſciant tot jam antè ſubacti
Prodigiis. Quid relliquias regniq;, tuúmque
Extremis certas caput objectare periclis?
Nam Phariis hæc una ſuper nunc alea rebus,
Summa tuis. Quid, ſi toties à Numine læſo
Subruat ira ſalum? ventíſq; reflantibus undas
Reſtituant elementa vadis? quis deindè regreſſus?
Quæ fuga? quiſve dolor? NON EST TEMERARIA VIRTUS.
CONSILIIS, *animóq; cavet, ne Gloria fallax*
Illudat, ne quod maculet ſua dedecus acta.
Cenſuram ſic nulla timet, neque pœnitet uſquam.
Nec verò me mortis agit tibi talia terror
Occinere; haud unquam dederit ſors optima lethum
Nobilius, quàm te coram, tuaque arma tegentem
Occidere. Ingredior primus, fluctúſq; ruentes
Excipiam primus clypeo: ſed dum integra rerum
Conſtat adhuc tibi ſumma, vide, quam impendeat ingens
Exitium! quantos pariat brevis hora dolores?
Hæc Pharao contrà. Quid me, vaniſſime, terres
Auguriis? quid fœmineo de ſanguine fingis
Virtutem pallore tuo? vitiúmq; coloras
Semiviris? neſcit Pharao terrore teneri;
Ille metum præ morte timet. COGNOSCERE TEMPUS,
Et rapuiſſe, puta Virtutem. Hæc prælia patrat:
Huic arti faciles defert Victoria lauros:
QUIN VIRTUS *facit ipſa dies, & digerit annos,*

Sciſſi maris metuenda.

Miracula ſolis Hebræis ſerviunt.

Periculi certiſſimi magnitudo.

Prudentia regia requiritur.

Syncerũ conſilium fidelis monitoris.

26 Pharao negligit ſana conſilia.

Temeritatem cæcam, virtutem vocat.

Vt placuit, ſempérq; datis rectè utitur horis.
Sed quid ego has huc uſque tero? dum terra, ſalumq;
Cuncta favent elementa, mihiq; Occaſio ſervit?

Ingreditur obſtinato animo.

Sic ait, & ſtricto præceps præit agmina ferro.
Mille ruant contrà Furiæ, mille ipſe ruentes
In Furias truculentus eat, dum cæca libido
Induit ære animos, & Gorgone pectus obarmat.
Vſque adeò humanas verſat vaſania mentes!
Nec ſtimulis cedunt ullis, nec pectore lucem
Aſpiciunt, quanquam penitùs fax indita fibris
Intus alit flammas, & lucem obtrudit honeſti.
RARÒ ADEÒ *emendant duratam verbera mentem;*
ET VIX *ulla Deo ſpretum cenſura coërcet.*

Vigilia quarta noctis excitus Deus ad pugnam. Columna ardēs igni undique. Prima velitatio per fulgura è ſumma columna.

27 *Iam Pharium pelago penitùs ſucceſſerat agmen,*
Omnia tuta rati ſub aquarum molibus ibant;
Quartáq; nocturnis vicibus jam buccina cantu
Ediderat ſignum, atque polo propè flexerat Arcton,
Spectabátq; diem verſo temone Bootes:
Cùm vigil è ſpeculis, ſummâque inimica Columnâ
Proſpectans in caſtra Deus, caligine Nubem
Exuit: hic primùm ſævis criſpantia flammis
Per ſummos exire apices, ſpargiq; per altum
Æthera, tum facibus Pharaonis in arma relabi
Fulgura; velitibus jaculis, ceu prima laceſſat
Prælia, ut à pugnâ cæcos deterreat hoſtes
Bellipotens ſpargit tepidas, ut tela, favillas,
Amplectiq; jubet, ſumptis quam blandus in armis
Suadet adhuc pacem, & mavult Clementia vincat.
Sed Pharao chalybum incudes in pectore geſtat.

Ad gravia arma ventum. Angeli Equitatus Dei utrinque in montibus aquarum. Equitant in fluctibus im-

Ergo Deus citat aligeras in prælia turmas,
Et rapidas igni, & ventis ſub ſigna procellas
Cogit agens nutu, vallúmq; utrinque coronat
Militibus: ſteterant in equis nutu ocyùs ala
Innumeri juvenum currus, cum fluctibus ignes,
Conjurata Deo jungunt elementa quadrigas,
Diſcordéſq; jugis ſociant concordibus iras.
Hi formant in equos fluctus, rivíſq; fluentes
Ponè trahunt caudas ſonitu torrentibus undis.
Aſcendunt alij in Phocas, & mandere frænos

Monſtra

Monſtra docent, equitéſq; agitant immania cete,
Piſtrices alij longas flectúntq; lupatis:
Omnibus horrifici vultus, & ſæva triſulco
Fuſcina dente minax dextris: ſtat Terror utróque
Margine, per ſummas pelagi malè penſilis oras;
Inſuetáſq; vias mortis tela ignea monſtrant.

mensis Angeli. Monſtris marinis horrendi.

28 Conſpicuus ſummo ſpectatur in aggere Moſes,
Fatalémq; quatit Virgam, dextráq; minatur
Præſidio aligerûm ſeptus ſub nube coruſcâ.
Tum verò gelida coiit formidine ſanguis
Omnibus, ut ſi jam mediis in faucibus Orci
Eructans barathrum fumos, & hiantia cernant
Tartara: ſed ſimul ut pugna dedit horrida ſignum
Mortifero clangore tuba, Vexillifer Ales
Concuſſit Michaël Nubem, qua vertice ab alto
Mille dedit concuſſa faces, & fulmina mille
Torſit in hoſtiles cuneos, longóq; fragore
Ex aliis alios tonitrus abrupta tetendit.
Falcibus armatos currus ea prima repreſſit
Tempeſtas: fregitq; rotas, vertitq; jugales,
Excuſſitq; duces, manibúſq; abrupit habenas.
Ordinibus ruptis mox in contraria verſi
Cornipedes, flammiſque ferunt fumantia plauſtra,
Falcatóſq; trahunt axes in mutua nixi
Vulnera: perplexis acies ſeſe implicat armis.
Crebreſcunt clamórq; virûm, plangórq; cadentum,
Plauſtrorúmq; fragor pariter: ruit omnis in altam
Congeriem armorum moles, & robur equorum.
Hortatur fruſtrà Pharao, curſátq; per omnes
Vociferans peditúmq; globos, equitúmq; maniplos.

Moyſes ſpectatus Ægyptiis minaci vultu & virga. Clangore tubæ cōmiſſa pugna. Prima acies. Diſploſio fulminū à Colūna. Tonitrua. In falccatos currus. Perturbatio curruum. Strages. Pharaonis inſania.

29 Poſtquàm detonuit Nubes, multóque procella
Fulmine calfecit campum, & caligine texit,
Mutatur pugnæ facies: equitatus ab altis
Aggeribus ruit in medium, ſpumantia volvens
Flumina, & alternis legiones proluit undis.
Incipit à dextra Genius Tritona canorum
Fluctivago ſimulans in equo, pronóq; volutus
In campum torrente equites Pharaonis inundat:
Allambitq; rotas rivis, & flumine vertit

Acies ſecunda. Equites Angeli devolvūt fluvios. Dextrum cornu. Tritonis eques.

Obvia quæque vadis ſternens; qua peſte Lycophron

Ducis Lycophrontis caſus.

Ante oculos Regis patrui correptus, arenis
Volvitur, & turmam rapido præit obrutus alveo.
Affixus tamen hæret equo, nec caſſa remittit
Fræna manu: fruſtrà ſonipes animoſus in amnem
Luctatur, jactátq; pedes, & pectore ſalſos
Ejectat revomens fluctus: moriente Lycophron

Moriens monet Pharaonē patruum.

Voce vocans Pharaona monet. Quò tendimus ultrà?
Sit ſatis hoc, ô Rex, animi tentaſſe duello
In pelagus medium uſq; Deos: fallax mare; regni
Fortunam refer in terras. Nec plura gementem
Vnda ſonans, ſociósq; equites rapido æquore verſat

Obruitur torrente fluctu Lycophron.

In pelagi lævum uſque latus, campóq; potitur
Aliger in Tritone equitans, verritq; profundo,
Quidquid in occurſu contrà ſtetit impetus undæ.

Diſſimulat Pharao timorem.

Palluit hîc Pharao, ſed diſſimulare timorem
Ducit adhuc; & adhuc Superis pugnare decorum;
Et ſequitur tali raptatum voce ſub undas.
I, mea ſpes; Pharia Lycophron fortiſſime gentis,

30 Pharao laudat morientē nepotem.

Quem propiùs mea ſpectabant in ſtemmate ſceptra,
I, felix, vitaq; ſatur, laudúmq; tuarum,
Queis defenſa ornat te patria: Numina curant
Si qua Pharum, nunquam iſtius crudelia fati

Hortatur alios eo exemplo.

Invidiam, criménq; ferent: ego fata piabo.
I, generoſa Phari per tanta exempla juventus:
DECRETA eſt mors una ſemel: ſed cauſa legenda eſt,
Non genus; an pelago? an flammis? diſcrimen inane;

31 Lævum cornu. Piſtricis eques. Amaſis Principis caſus. pugna Amaſis cū piſtrice.

Nec noſtri jus arbitrij. Dum talia fatur
Spem ſimulans; lævo decurrit ab aggere ponti
Alter eques Piſtricem agitans, fluctúſq; ſequaces
Dirigit in turmas equitum, quas ductat Amaſis,
Pulcher Amaſis, & Iſiaci ſpes altera regni,
Et ſocero Pharaone tumens, hunc ſpumeus amnis
Piſtricem referens roſtro petit; ille ſequentem
Æolio confiſus equo declinat, in orbes
Cornipedem ſpiris agitans: ſed bellua præceps
Lubrica Mæandris, & flexu flumina torquet:
Cornipedémq;, ducémq; lacu complexus Amaſim,

Mergitur Amaſis.

Et celeres ala turmas ſub gurgite condit.

Extulit

Digitized by Google

Extulit ora vadis quadrupes, dominúmq; vocantem
Ægialam, & primos thalami fallacis amores Ægialam uvorem appellat moriens.
Nequicquam oſtendit cælo; vox irrita nomen
Conjugis ingeminat. Quid te fidiſſima fiet
Ægiale? fluctúſne meos extinxerit ignes,
Ægiale? vivax ardebit in æquore flamma.
Tu quoque conde meas memori ſub corde favillas.
HIC *ſub aquis mihi cippus erit. Vox faucibus hæſit*
Hauſta freto. Vanum lacrymas impendere magnis
Principibus, claróſque ducum percurrere caſus,
Præcipitata vetant uno tot funera fato. Aliorum tacendæ mortes.
Vt ruptis primùm aggeribus, ſenſimque ſolutis
Externavit aquis medio Deus agmina campo,
Et ſpecimen belli oſtendit; tunc undique pronos 32
Ætherei juvenes utroque è margine fluctus Confuſa ſtrages cadentibus undique fluctibus.
Provolvunt, mixtiq; rotant torrentibus undas;
Inſtaurántq; vadis pelagus: ſonat ima cadente
Oceano Tellus: cæli porta alta remugit:
Montibus Æthiopum ceu præcipitantia Nili
Stagna cadunt ſcopulis, vaſtóq; eliſa fragore Fragor Catadupis Nili ſimilis.
Indignata fremunt, ſurdâque crepidine ſpumant,
Exultátq; vadis campo tandem æquor aperto.
Aut velut Alpinis largo cùm plurimus imbri
Iupiter incubuit ſylvis vel anhelitus Auſtri Aut Alpinis torrentibus.
Incanas hiemes, æternáq; frigora ſolvit,
Mille ſonant hinc inde jugis undantibus amnes,
Et ſylvas & ſaxa ruunt, tum valle recepti
Stagnantes mergunt tumulos, & in æquore condunt.
Exangues horrent Pharii ſurgentibus undis: 33
Heu quid agant? quanam miſeri ſe ad Numina Timor ſerus Ægyptiorũ.
vertant?
Infeſto tonat axe Deus; veſtigia Tellus
Ferre negat, vinciq; nequit ſine navibus æquor.
Hortantur, clamántq; fugam. DEUS ÆTHERE *ab ipſo*
Militat Iſacidis. Supereſt via ſi qua ſalutis, Hortãtur ſe ad fugam.
Vertamus jam terga Deo, terrámque petamus.
Iam nimis heu! fuimus fortes: poſuiſſe decorum
Arma Deo, & madidas templis ſuſpendere veſtes.
Sed Pharios, nimis anguſto jam tempore, belli

 Pœni-

Pœnitentia ſera nimis. Moſes Virga ſublata reſtituit mare. Tertia acies.

Pœnitet, averſas votis Deus abſtinet aures:
Et Moſem jubet intentâ ſuper aquora Virga
Obruere hoſtiles turmas redeuntibus undis.
Vix ſignum dedit ille manu, ſenſêre jubentem,
Et Phario juſſi coëunt à littore fluctus,
Occurrúntq; fuga; & trepidos, ſeróque gementes
Deſperare jubent terras; retróq; repulſos
In mare reſtantes referunt à littore venti.

24

An damnati omnes, qui in rubro mari obruti? An omnes ſine pœnitentia mortui? Non excuſandi cauſa Ægyptiis. An Deus quibuſdã pœnitentiam dederit tot ſignis.

Heu! QUANQUAM eſt extrema Deo dementia bellum
Importare homines, ubi jure inſania ſemper
Vincitur, & victis adimit victoria pacem,
Et decus; HORRENDUMQUE manus incurrere laſi
Numinis & victo nuſquam vitare poteſtas
Supplicium; quod item Deus immiſerabile ſanxit,
Me tamen, & molles pungit miſeratio Muſas
Tot caſus, Ægypte, tuos, tam dira tuentes
Naufragia, & miſeras tot in uno gurgite mortes,
Tot pariter cecidiſſe viros! etiámne peremptis
Corporibus, merſêre animas Acheruſia ſtagna?
Et Chaos & Phlegeton volvunt ardentibus undis?
Heu miſeras! ſi nec meritis ſors ulla diremit,
Quas armis juſtum obſequium jungebat iniquis:
Si juſtum tamen obſequium eſt, vel iniqua jubentem,
Et Regem Pharaona ſequi? potiúſne paternâ
Credibile eſt ſaviſſe manu, vel fulmine in ipſo
Numen? ut hîc etiam gereret Clementia partes

Non continet in ira miſericordiã. Vt in diluvio Noëmico. Multis data pœnitentia ſalutaris.

NUNQUAM iris excluſa ſuas; ac ſicut in orbis
Excidio, irriſam veherent cùm flumina puppim,
Quam trabibus texi centeſima viderat aſtas;
Contemptórque Dei populus convitia fabro
Ingereret vati, ratus inſanire carina
Artificem: poſtquàm tandem fluere omnia ponto
Vidit, & aërias faſtigia perdere turres;
Excelſóſq; mari merſiſſe cacumina montes;
Excluſos terris animos ad ſidera vertens
Ingemuit; gemitúmq; Dei placabilis ira
Audiit; & multorum animas collegit amico

Carce-

Digitized by Google

Carcere, quos acri pupugit reverentia morſu
Numinis offenſi, caſtaq; injuria legis:
Sic & Erythræo caderet cùm naufraga Memphis
Gurgite, & Ægypti gentes cum Rege perirent,
Crediderim multorum animas jam morte propinquâ,

Sic fortè pleriſque Ægyptiis data.

Cum patiens adeò caſtum Patris ira timorem
Incuteret, tempúſque daret, cauſáſq; dolendi
Objiceret, penitúſq; animos per ſigna moveret;
Pœnituiſſe mali, & ſcelerum puduiſſe ſuorum.

Stimuli pœnitentiæ qui.

Felices! qui corporibus per littora ſparſis,
Elyſium petiêre animi, fluctúque piati
Et flammis, longa aſpicient poſt ſæcula Regem
Venturum, qui tot jam dudum carcere clauſas
Eripiet mentes, cœliſq; immittet apertis.

Christi adventu liberandæ animæ.

Non ſolis pater Iſacidis Deus ille Deorum,
Communiq; parens, populis ex omnibus optat
Progeniem; & quovis ſibi ſegregat æquore piſces,
Implebunt tractam Oceani per vaſta ſagenam.

Deus pater omnium invocantiũ illum.

Sagena omnia congregat.

Quod ſupereſt, Muſa, exitium miſerabile Regis
Exequere. Vt clauſum refluo ſtetit æquore littus,
Iam validæ hinc decumos advolvunt flamina fluctus,
Nec ſecùs in medium latere ex utroque ruinam
Subſidente trahunt pelago, ſciſſo aggere muri.
Omnia pontus erat ſine ſpe. Confuſa feruntur
Plauſtra viris, equites plauſtris: mixta arma, jubæq;
Cum galeis, & ſcuta natant, omniſq; ſupellex.

Clauſa undique fuga, quæ naufragij facies.

Apprehendit quod quiſq; tenet; complexibus hærent,
Impediúntq; ſimul miſeri, ſimul æquore pendent,
Merguntúrq; ſimul; temeréq; natantibus armis
Incurſu lacerant artus, pontúmq; cruentant
Purpureo, ut rubrum ducat de ſanguine nomen.

Lacerantur corpora incurſu armorum.

In Pharaona fremunt omnes, ſi quando ſub auras
Emerſêre, vovent diris adamante rigentem
Cervicem, & luci ætherea impenetrabile pectus.

Querelæ in Pharaonem.

Vxores alij viduas, tædáſq; recentes
Conqueſti memorant, & primo flore juventam.
Hi teneras proles animis, & dulcia in ore
Nomina habent: feſſorum alij meminêre parentum,
Et ſenium gemitu repetunt, orbóſq; Penates.

Morientiũ curæ.

Eurymedon dives avarus.

Dives agri, infoſſis dives tellure talentis
Eurymedon tellure caret; tamen incubat auro,
Accuſátq; inopes urnas, quibus antè ſepultam
Condiderat cum ſpe mentem; queritúrq; repertis
Hæredem fore Fortunam cum tempore nummis
Ingratam, tabulis ſine nomine Teſtatoris.
CUIQUE *ſuus cordi hæret amor, curæq; recurſant:*
AT VITAM, *& curas ſurdis Mors diſſipat undis,*
36 *Involuitq; fretis. Sed adhuc in gurgite vaſto*
Innabat Pharao curru, validóque jugales
Remigio crurum enixi per ſumma trahebant
Æquora vix capite extantem; ſic, nempe, ferebat
Vnda, volente Deo, trepidum; ſæva unde ſuorum
Funera ſpectator, ſupremóq; editor actu
Aſpiceret, gererétq; ſuas in munere partes,
Præcipuus ſcenæ nodus, ſcelerúmque repertor.
Ad latera adnabant furuis hinc inde Paredris
Pendentes ſummas Iannes, Mambréſq; per undas:
Illos fatidici deludit honore ſepulcri
Dæmonis ars: promiſit enim poſt fata ſuperbam
Pyramidem, & junctos ſeptis ingentibus hortos,
Felices his Elyſiis à funere Manes,
Diſpoſitas inter longo quincunce cupreſſos,
In dubiis hominum fatis reſponſa daturos.
Larvarum domus hæc, diriſq; Lemuria ſacris,
Queis Pharij triſtes ſoliti jactare lupinos,
Infernáſque datis expoſcere ſortibus umbras.
Hos poſuiſſe Magos buſtum ſibi, prodidit olim
Fama vetus: fecêre fidem Cocytia ſpectra,
Larvarum dira facies feralibus hortis
Chriſtiadum tandem Heroum virtute fugata.
Hos igitur fruſtra tentantes ire per auras
Præpetibus Lemurum pennis, vanóque natatu
Connixos fulcire, animis Pharaona cadentem,
Quæq; carent, dare ſpem Regi; ſic increpat ore
Fulmineo ſuper aſſiſtens Michaëlius Ales.
37 *Nunc, etiam nunc Icariis confiditis alis,*
Monſtra Erebi? nec poſſe freto ſperatis Erythræ
Impuras hauriri animas? vos ille fefellit

Pharao ſervatus ad ſpectaculum.

Magi fluitant juxta Regem.

Deluſi à Dæmone. promiſſo in hortis ſepulcro. Oraculũ in eorum ſepulcro. Palladius in Vita S. Macarij.

Mors Magis illata à S. Michaële.

Menda-

Mendacij Pater obliquus: jam flamma per undas
In barathrum factura viam vos fulmine trudit.
Diſcite Circeis telum hoc avertere verbis.
Dixit, & intortâ transfixos pectora flammâ
Merſit aquis; Stygióſque animas diviſit in ignes.
Reſtabat Pharao de tot modò millibus unus; 38
Quem circum Furiæ volitant; atraq; remordent, Pharaonis caſus.
Et fodiunt curæ non conſolabile pectus:
His refricat dictis triſtes Rhamnuſia ſenſus.
Sanguine civili terras, & ſanguine Tethyn
Innocuo fœdaſſe manu? mentiſq; ſceleſtæ Conſciētiæ ſcelerum eum fodiunt.
Conſiliis, lævâ, cæcáque cupidine regni
Præcipitaſſe ultrò regnum terráque, marique?
Vt quid enim regnum potius quis nuncupet urbes Impietas in ſuos.
Civibus exhauſtas, vacuos cultoribus agros,
Vaſtáque terrarum, innumera quàm millia gentis,
Et populos, Proceréſque, animis qui juſſa paratis
Accipiunt; capiti parent, & lege reguntur?
OBSEQUIUM *populi juſto ſub Principe regnum eſt;*
Non vacuus ditionis ager, fineſq; relicti.
Quid ſupereſt regno amiſſo, niſi nómen inane Regnum amiſſum.
Principis æternúſque pudor? nam turpis egeſtas,
Atque alij poſſunt finiri morte dolores:
At memores lacerant animos poſt funera diræ.
Abſorpta eſt, manibúſque tuis hoc gurgite merſa
Imperij fortuna tui: proh! regia quantum,
Quàm rarum fortunæ bonum? quàm dulce? Deique Et nomen Regis.
Auguſtum decus, & ſacra majeſtatis imago? Rex, imago Dei, & majeſtatis.
Heu! tibi tam meminiſſe grave, & periiſſe pudendū,
Et culpa periiſſe tua! ſtolidiſſime Regum.
Ah! Pharao, non jam Pharao! ô ſtultiſſime Chenchri,
Si primò audiſſes Moſem, ſi denique Moſem
Audiſſes faciléſque animos ad juſſa dediſſes; Duritia immiſerabilis.
Audires Pharao, & regni fortuna maneret
Incolumis; tellúſque tibi, cœlúmque faveret.
Et potes averſo vitam producere cœlo?
Quin moreris? cumuláſque tuo tot funera fato?
Molle iter, & medio in pelago facilis via lethi.
Talibus inſtigat duram Rhamnuſia mentem: Deſperatio.

Digitized by Google

Hortatur ſuos ad ingreſsũ.

Agmina, quæ jam jam dominis ad debita dedat
Supplicia: audentes, Pharij, mecum ite per undas,
Quò belli fortuna vocat: decerpite palmas,

Verus vates, neſciens quid dicat.

Queis ſalſos inſueta ſerit Victoria campos.
Nulla dies ſimilem vidit, nec deinde ſequentem
Vlla parem viſura dies: juvat ire triumpho,
Quà currum Neptunus agit: mihi terra, ſalúmque
Belligerant, cedente ſalo; ſi terra dehiſcat,
In chaos uſque ſequar profugos: mihi fulguret æther,
Accipient lucem Manes; meáque arma paveſcent.
Perficiam, Fortuna, tibi ne regia deſit
Dextera; neu cedat duris adamantina Virtus.

24 *Talia jactantem ventoſâ plurima linguâ,*

Pharaonis currus malo omine hæret abruptus.

Quadrijuges acti furiis per prona ferebant
In medias pelagi fauces: lectiſſima circum
Spéque, animiſq; tumens, cæcáque cupidine laudum
Nobilitas paribus ſtudiis effundit habenas.
Cùm ſubitò fallente vadi per lubrica curru
Diſſiliêre rotæ; Pharaóq; excuſſus ab alto
In latus: abripitur claudis auriga quadrigis
Longiùs, obliquos donec ſabulum implicet axes:

Vatũ metus anceps.

Tunc etiam luctantur equi, & retinacula rumpunt.
Extemplò turbatæ acies: tum plurima Vatum
Turba movet ſortes, pro tanto ſedula caſu:
Vlteriùs pars ire vetat; pars omine flexo
Prendendã promittit humum, quancunq; quadrigis

Vana auguria.

Preſſerit: Oceanum migraſſe à littore fines,
Imperio nova ut accedat trans æquora tellus:
Ire jubere Deos, & iter præſternere ponto.

25 *Diverſis Proceres ſtudiis ſcinduntur. At Acron*

Acron verus Vates diſſuadet ingreſſum maris.

Militiæq; domiq; bonus, nec futilis Augur
Conſiliis, & mente ſagax, Pharaona frementem
Affatur. Nihil, ô Pharao, nos iſta morantur
Excuſſis eventa rotis, neque cautiùs Aruſpex
Hîc quicquam damnare poteſt, niſi robur equorum,
Materiámq; rotæ fragilem, cumulóſque ſaburræ
Obſtantes radiis, & præcipitantia lora.

Majora monſtra

Nam nihil hîc niſi manca manus fabrilis, & error.
Illa magis metuenda reor, Rex optime, monſtra,

Quæ

Quæ dextrâ, lævâq; vides. Nam, quem agmine calcas
In mediis novus Iſthmos aquis, ſecto æquore valles;
Oceanúſq; loco excuſſus, nec mole dirempti;
Aggere nec medio ſtantes ſine littore fluctus,
Ejuſdem ſunt acta manus, quam ſenſimus icti
Hactenus, atritique malis. Heu! vulnera tactu
Noſtra recrudeſcunt, queis ſic immittimus ungues,
Quo ruis? infidóne potes confidere ponto?
Aut impendentes utrinque retundere fluctus?
IPSE *fidem fallit portus: legéſne remittit*
Arbitriis natura tuis? miracula tantùm
Iſacidis ſervire ſciant tot jam antè ſubacti
Prodigiis. Quid relliquias regniq;, tuúmque
Extremis certas caput objectare periclis?
Nam Phariis hæc una ſuper nunc alea rebus,
Summa tuis. Quid, ſi toties à Numine læſo
Subruat ira ſalum? ventíſq; reſtantibus undas
Reſtituant elementa vadis? quis deindè regreſſus?
Quæ fuga? quiſve dolor? NON EST TEMERARIA VIRTUS.
CONSILIIS, *animóq; cavet, ne Gloria fallax*
Illudat, ne quod maculet ſua dedecus acta.
Cenſuram ſic nulla timet, neque pœnitet uſquam.
Nec verò me mortis agit tibi talia terror
Occinere; haud unquam dederit ſors optima lethum
Nobilius, quàm te coram, tuaque arma tegentem
Occidere. Ingredior primus, fluctúſq; ruentes
Excipiam primus clypeo: ſed dum integra rerum
Conſtat adhuc tibi ſumma, vide, quam impendeat ingens
Exitium! quantos pariat brevis hora dolores?
Hæc Pharao contrà. Quid me, vaniſſime, terres 26
Auguriis? quid fœmineo de ſanguine fingis
Virtutem pallore tuo? vitiúmq; coloras
Semiviris? neſcit Pharao terrore teneri;
Ille metum præ morte timet. COGNOSCERE TEMPUS,
Et rapuiſſe, puta Virtutem. Hæc prælia patrat:
Huic arti faciles defert Victoria lauros:
QUIN VIRTUS *facit ipſa dies, & digerit annos,*

Sciſſi maris metuenda.

Miracula ſolis Hebræis ſerviunt.

Periculi certiſſimi magnitudo.

Prudentia regia requiritur.

Syncerũ conſilium fidelis monitoris.

Pharao negligit ſana conſilia.

Temeritatem cæcam, virtutem vocat.

Vt placuit, ſemperq́; datis rectè utitur horis.
Sed quid ego has huc uſque tero? dum terra, ſalumq́;
Cuncta favent elementa, mihiq́; Occaſio ſervit?

Ingreditur obſtinato animo.

Sic ait, & ſtricto præceps præit agmina ferro.
Mille ruant contrà Furiæ, mille ipſe ruentes
In Furias truculentus eat, dum cæca libido
Induit ære animos, & Gorgone pectus obarmat.
Vſque adeò humanas verſat vaſania mentes!
Nec ſtimulis cedunt ullis, nec pectore lucem
Aſpiciunt, quanquam penitis fax indita fibris
Intus alit flammas, & lucem obtrudit honeſti.
RARÒ ADEÒ *emendant duratam verbera mentem;*
ET VIX *ulla Deo ſpretum cenſura coërcet.*

27 Vigilia quarta noctis excitus Deus ad pugnam. Columna ardẽs igni undique. Prima velitatio per fulgura è ſumma columna.

Iam Pharium pelago penitùs ſucceſſerat agmen,
Omnia tuta rati ſub aquarum molibus ibant;
Quartáq́; nocturnis vicibus jam buccina cantu
Ediderat ſignum, atque polo propè flexerat Arcton,
Spectabátq́; diem verſo temone Bootes:
Cùm vigil è ſpeculis, ſummâque inimica Columnâ
Proſpectans in caſtra Deus, caligine Nubem
Exuit: hìc primùm ſævis criſpantia flammis
Per ſummos exire apices, ſpargiq́; per altum
Æthera, tum facibus Pharaonis in arma relabi
Fulgura; velitibus jaculis, ceu prima laceſſat
Prælia, ut à pugnâ cæcos deterreat hoſtes
Bellipotens ſpargit tepidas, ut tela, favillas,
Amplectiq́; jubet, ſumptis quam blandus in armis
Suadet adhuc pacem, & mavult Clementia vincat.
Sed Pharao chalybum incudes in pectore geſtat.

Ad gravia arma ventum. Angeli Equitatus Dei utrinque in montibus aquarum. Equitant in fluctibus im-

Ergo Deus citat aligeras in prælia turmas,
Et rapidas igni, & ventis ſub ſigna procellas
Cogit agens nutu, vallúmq́; utrinque coronat
Militibus: ſteterant in equis nutu ocyùs alæ
Innumeri juvenum currus, cum fluctibus ignes,
Conjurata Deo jungunt elementa quadrigas,
Diſcordéſq́; jugis ſociant concordibus iras.
Hi formant in equos fluctus, riviſq́; fluentes
Ponè trahunt caudas ſonitu torrentibus undis.
Aſcendunt alij in Phocas, & mandere frænos

Monſtra

Monſtra docent, equitéſq; agitant immania cete, menſis Angeli.
Piſtrices alij longas flectúntq; lupatis:
Omnibus horrifici vultus, & ſæva triſulco Monſtris marinis horrendi.
Fuſcina dente minax dextris: ſtat Terror utróque
Margine, per ſummas pelagi malè penſilis oras;
Inſuetáſq; vias mortis tela ignea monſtrant.
Conſpicuus ſummo ſpectatur in aggere Moſes, 28
Fatalémq; quatit Virgam, dextráq; minatur Moyſes ſpectatus Ægyptiis minaci vultu & virga.
Præſidio aligerûm ſeptus ſub nube coruſcâ.
Tum verò gelida coiit formidine ſanguis
Omnibus, ut ſi jam mediis in faucibus Orci
Eructans barathrum fumos, & hiantia cernant
Tartara: ſed ſimul ut pugna dedit horrida ſignum Clangore tubæ cõmiſſa pugna.
Mortifero clangore tuba, Vexillifer Ales
Concuſſit Michaël Nubem, quæ vertice ab alto
Mille dedit concuſſa faces, & fulmina mille Prima acies.
Torſit in hoſtiles cuneos, longóq; fragore
Ex aliis alios tonitrus abrupta tetendit. Diſploſio fulminũ à Colũna.
Falcibus armatos currus ea prima repreſſit
Tempeſtas: fregítq; rotas, vertítq; jugales, Tonitrua.
Excuſsítq; duces, manibúſq; abrupit habenas. In falccatos currus
Ordinibus ruptis mox in contraria verſi
Cornipedes, flammíſque ferunt fumantia plauſtra, Perturbatio curruum.
Falcatóſq; trahunt axes in mutua nixi
Vulnera: perplexis acies ſeſe implicat armis.
Crebreſcunt clamórq; virûm, plangórq; cadentum, Strages.
Plauſtrorúmq; fragor pariter: ruit omnis in altam
Congeriem armorum moles, & robur equorum.
Hortatur fruſtrà Pharao, curſátq; per omnes Pharaonis inſania.
Vociferans peditúmq; globos, equitúmq; maniplos.
Poſtquàm detonuit Nubes, multóque procella
Fulmine calfecit campum, & caligine texit, 29
Mutatur pugnæ facies: equitatus ab altis Acies ſecunda.
Aggeribus ruit in medium, ſpumantia volvens Equites Angeli devolvũt fluvios.
Flumina, & alternis legiones proluit undis.
Incipit à dextra Genius Tritona canorum
Fluctivago ſimulans in equo, pronóq; volutus Dextrum cornu.
In campum torrente equites Pharaonis inundat:
Allambítq; rotas rivis, & flumine vertit Tritonis eques.

Digitized by Google

Obvia quæque vadis ſternens; quâ peſte Lycophron
Ducis Lycophrontis caſus.
Ante oculos Regis patrui correptus, arenis
Volvitur, & turmam rapido præit obrutus alveo.
Affixus tamen hæret equo, nec caſſa remittit
Fræna manu: fruſtrà ſonipes animoſus in amnem
Luctatur, jactátq; pedes, & pectore ſalſos
Ejectat revomens fluctus: moriente Lycophron
Moriens monet Pharaonē patruum.
Voce vocans Pharaona monet. Quò tendimus ultrà?
Sit ſatis hoc, ô Rex, animi tentaſſe duello
In pelagus medium uſq; Deos: fallax mare; regni
Fortunam refer in terras. Nec plura gementem
Unda ſonans, ſociósq; equites rapido æquore verſat
Obruitur torrente fluctu Lycophron.
In pelagi lævum uſque latus, campóq; potitur
Aliger in Tritone equitans, verrítq; profundo,
Quidquid in occurſu contrà ſtetit impetus undæ.
Diſſimulat Pharao timorem.
Palluit hîc Pharao, ſed diſſimulare timorem
Ducit adhuc; & adhuc Superis pugnare decorum;
Et ſequitur tali raptatum voce ſub undas.
I, mea ſpes; Pharia Lycophron fortiſſime gentis,
30 Pharao laudat morientē nepotem.
Quem propiùs mea ſpectabant in ſtemmate ſceptra,
I, felix, vitáq; ſatur, laudúmq; tuarum,
Queis defenſa ornat te patria: Numina curant
Si qua Pharum, nunquam iſtius crudelia fati
Hortatur alios eo exemplo.
Invidiam, criménq; ferent: ego fata piabo.
I, generoſa Phari per tanta exempla juventus:
DECRETA *eſt mors una ſemel: ſed cauſa legenda eſt,*
Non genus; an pelago? an flammis? diſcrimen inane;
31 Lævum cornu.
Nec noſtri jus arbitrij. Dum talia fatur
Spem ſimulans; lævo decurrit ab aggere ponti
Piſtricis eques.
Alter eques Piſtricem agitans, fluctúſq; ſequaces
Dirigit in turmas equitum, quas ductat Amaſis,
Amaſis Principis caſus.
Pulcher Amaſis, & Iſiaci ſpes altera regni,
Et ſocero Pharaone tumens, hunc ſpumeus amnis
Pugna Amaſis cũ piſtrice.
Piſtricem referens roſtro petit; ille ſequentem
Æolio confiſus equo declinat, in orbes
Cornipedem ſpiris agitans: ſed bellua præceps
Lubrica Mæandris, & flexu flumina torquet:
Cornipedémq;, ducémq; lacu complexus Amaſim,
Mergitur Amaſis.
Et celeres alâ turmas ſub gurgite condit.

Extulit

Extulit ora vadis quadrupes, dominúmq; vocantem
Ægialam, & primos thalami fallacis amores Ægialam uvorem appellat moriens.
Nequicquam oſtendit cœlo; vox irrita nomen
Conjugis ingeminat. Quid te fidiſſima fiet
Ægiale? fluctúſne meos extinxerit ignes,
Ægiale? vivax ardebit in æquore flamma.
Tu quoque conde meas memori ſub corde favillas.
HIC *ſub aquis mihi cippus erit. Vox faucibus hæſit*
Hauſta freto. Vanum lacrymas impendere magnis
Principibus, claróſque ducum percurrere caſus,
Præcipitata vetant uno tot funera fato. Aliorum tacendæ mortes.
Vt ruptis primùm aggeribus, ſenſimque ſolutis
Externavit aquis medio Deus agmina campo,
Et ſpecimen belli oſtendit; tunc undique pronos 32
Ætherei juvenes utroque è margine fluctus Confuſa ſtrages cadentibus undique fluctibus.
Provolvunt, mixtiq; rotant torrentibus undas;
Inſtaurántq; vadis pelagus: ſonat ima cadente
Oceano Tellus: cæli porta alta remugit:
Montibus Æthiopum ceu præcipitantia Nili
Stagna cadunt ſcopulis, vaſtóq; eliſa fragore Fragor Catadupis Nili ſimilis.
Indignata fremunt, ſurdâque crepidine ſpumant,
Exultátq; vadis campo tandem æquor aperto.
Aut velut Alpinis largo cùm plurimus imbri Aut Alpinis torrentibus.
Iupiter incubuit ſylvis vel anhelitus Auſtri
Incanas hiemes, æternáq; frigora ſolvit,
Mille ſonant hinc inde jugis undantibus amnes,
Et ſylvas & ſaxa ruunt, tum valle recepti
Stagnantes mergunt tumulos, & in æquore condunt.
Exangues horrent Pharii ſurgentibus undis: 33
Heu quid agant? quænam miſeri ſe ad Numina vertant? Timor ſerus Ægyptiorũ.
Infeſto tonat axe Deus; veſtigia Tellus
Ferre negat, vinciq; nequit ſine navibus æquor.
Hortantur, clamántq; fugam. DEUS ÆTHERE *ab ipſo* Hortãtur ſe ad fugam.
Militat Iſacidis. Supereſt via ſi qua ſalutis,
Vertamus jam terga Deo, terrámque petamus.
Iam nimis heu! fuimus fortes: poſuiſſe decorum
Arma Deo, & madidas templis ſuſpendere veſtes.
Sed Pharios, nimis anguſto jam tempore, belli

Pœnitentia ſera nimis.

Pænitet, averſas votis Deus abſtinet aures:
Et Moſem jubet intentâ ſuper æquora Virga
Obruere hoſtiles turmas redeuntibus undis.

Moſes Virga ſublata reſtituit mare.

Vix ſignum dedit ille manu, ſenſêre jubentem,
Et Phario juſſi coëunt à littore fluctus,
Occurrúntq; fugæ; & trepidos, ſeróque gementes
Deſperare jubent terras; retróq; repulſos
In mare reſtantes referunt à littore venti.

Tertia acies.

24

Heu! QUANQUAM eſt extrema Deo dementia bellum
Importare homines, ubi jure inſania ſemper
Vincitur, & victis adimit victoria pacem,
Et decus; HORRENDUMQUE manus incurrere læſi
Numinis & victo nuſquam vitare poteſtas
Supplicium; quod item Deus immiſerabile ſanxit,

An damnati omnes, qui in rubro mari obruti? An omnes ſine pænitentia mortui? Non excuſandi cauſa Ægyptiis. An Deus quibuſdã pœnitentiam dederit tot ſignis.

Me tamen, & molles pungit miſeratio Muſas
Tot caſus, Ægypte, tuos, tam dira tuentes
Naufragia, & miſeras tot in uno gurgite mortes,
Tot pariter cecidiſſe viros! etiámne peremptis
Corporibus, merſêre animas Acheruſia ſtagna?
Et Chaos & Phlegeton volvunt ardentibus undis?
Heu miſeras! ſi nec meritis ſors ulla diremit,
Quas armis juſtum obſequium jungebat iniquis:
Si juſtum tamen obſequium eſt, vel iniqua jubentem,
Et Regem Pharaona ſequi? potiúſne paternâ
Credibile eſt ſæviſſe manu, vel fulmine in ipſo
Numen? ut hîc etiam gereret Clementia partes

Non continet in ira miſericordiã. Vt in diluvio Noëmico. Multis data pœnitentia ſalutaris.

NUNQUAM iris excluſa ſuas; ac ſicut in orbis
Excidio, irriſam veherent cùm flumina puppim,
Quam trabibus texi centeſima viderat æſtas;
Contemptórque Dei populus convitia fabro
Ingereret vati, ratus inſanire carina
Artificem: poſtquàm tandem fluere omnia ponto
Vidit, & aërias faſtigia perdere turres;
Excelſóſq; mari merſiſſe cacumina montes;
Excluſos terris animos ad ſidera vertens
Ingemuit; gemitúmq; Dei placabilis ira
Audiit; & multorum animas collegit amico

Carce-

Carcere, quos acri pupugit reverentia morſu
Numinis offenſi, caſtaq; injuria legis:
Sic & Erythræo caderet cùm naufraga Memphis
Gurgite, & Ægypti gentes cum Rege perirent,
Crediderim multorum animas jam morte propinquâ,
Cum patiens adeò caſtum Patris ira timorem
Incuteret, tempúſque daret, cauſáſq; dolendi
Objiceret, penitúſq; animos per ſigna moveret;
Pœnituiſſe mali, & ſcelerum puduiſſe ſuorum.
Felices! qui corporibus per littora ſparſis,
Elyſium petiêre animi, fluctúque piati
Et flammis, longa aſpicient poſt ſæcula Regem
Venturum, qui tot jam dudum carcere clauſas
Eripiet mentes, cœliſq; immittet apertis.
Non ſolis pater Iſacidis Deus ille Deorum,
Communiq; parens, populis ex omnibus optat
Progeniem; & quovis ſibi ſegregat æquore piſces,
Implebunt tractam Oceani per vaſta ſagenam.
Quod ſupereſt, Muſa, exitium miſerabile Regis
Exequere. Vt clauſum refluo ſtetit æquore littus,
Iam valida hinc decumos advolvunt flamina fluctus,
Nec ſecùs in medium latere ex utroque ruinam
Subſidente trahunt pelago, ſciſſo aggere muri.
Omnia pontus erat ſine ſpe. Confuſa feruntur
Plauſtra viris, equites plauſtris: mixta arma, jubæq;
Cum galeis, & ſcuta natant, omniſq; ſupellex.
Apprehendit quod quiſq; tenet; complexibus hærent,
Impediúntq; ſimul miſeri, ſimul æquore pendent,
Merguntúrq; ſimul; temeréq; natantibus armis
Incurſu lacerant artus, pontúmq; cruentant
Purpureo, ut rubrum ducat de ſanguine nomen.
In Pharaona fremunt omnes, ſi quando ſub auras
Emerſêre, vovent diris adamante rigentem
Cervicem, & luci æthereæ impenetrabile pectus.
Vxores alij viduas, tedáſq; recentes
Conqueſti memorant, & primo flore juventam.
Hi teneras proles animis, & dulcia in ore
Nomina habent: feſſorum alij meminêre parentum,
Et ſenium gemitu repetunt, orbóſq; Penates.

Sic fortè pleriſque Ægyptiis data.

Stimuli pænitentiæ qui.

Chriſti adventu liberandæ animæ.

Deus pater omnium invocantiũ illum.

Sagena omnia congregat.

Clauſa undique fuga, quæ naufragij facies.

Lacerantur corpora incurſu armorum.

Querelæ in Pharaonem.

Morientiũ curæ.

Eurymedon dives avarus.

Dives agri, infoſſis dives tellure talentis
Eurymedon tellure caret; tamen incubat auro,
Accuſátq; inopes urnas, quibus antè ſepultam
Condiderat cum ſpe mentem; queritúrq; repertis
Hæredem fore Fortunam cum tempore nummis
Ingratam, tabulis ſine nomine Teſtatoris.
CUIQUE *ſuus cordi hæret amor, curæq; recurſant:*
AT VITAM, *& curas ſurdis Mors diſſipat undis,*
36 *Involuitq; fretis. Sed adhuc in gurgite vaſto*

Pharao ſervatus ad ſpectaculum.

Innabat Pharao curru, validóque jugales
Remigio crurum enixi per ſumma trahebant
Æquora vix capite extantem; ſic, nempe, ferebat
Vnda, volente Deo, trepidum; ſæva unde ſuorum
Funera ſpectator, ſupremóq; editor actu
Aſpiceret, gererétq; ſuas in munere partes,

Magi fluitant juxta Regem.

Præcipuus ſcenæ nodus, ſcelerúmque repertor.
Ad latera adnabant furvis hinc inde Paredris
Pendentes ſummas Iannes, Mambréſq; per undas;
Illos fatidici deludit honore ſepulcri

Deluſi à Dæmone. promiſſo in hortis ſepulcro. Oraculũ in eorum ſepulcro. Palladius in Vita S. Macarij.

Dæmonis ars: promiſit enim poſt fata ſuperbam
Pyramidem, & junctos ſeptis ingentibus hortos,
Felices his Elyſiis à funere Manes,
Diſpoſitas inter longo quincunce cupreſſos,
In dubiis hominum fatis reſponſa daturos.
Larvarum domus hæc, diriſq; Lemuria ſacris,
Queis Pharij triſtes ſoliti jactare lupinos,
Infernáſque datis expoſcere ſortibus umbras.
Hos poſuiſſe Magos buſtum ſibi, prodidit olim
Fama vetus: fecêre fidem Cocytia ſpectra,
Larvarum diræ facies feralibus hortis
Chriſtiadum tandem Heroum virtute fugata.
Hos igitur fruſtra tentantes ire per auras
Præpetibus Lemurum pennis, vanóque natatu
Contos fulcire, animis Pharaona cadentem,
Quáq; carent, dare ſpem Regi; ſic increpat ore
Fulmineo ſuper aſſiſtens Michaëlius Ales.

37 *Nunc, etiam nunc Icariis confiditis alis,*

Mors Magis illata à S. Michaële.

Monſtra Erebi? nec poſſe freto ſperatis Erythræ
Impuras hauriri animas? vos ille fefellit

Menda-

Digitized by Google

Mendacij Pater obliquus: jam flamma per undas
In barathrum factura viam vos fulmine trudit.
Diſcite Circeis telum hoc avertere verbis.
Dixit, & intortâ transfixos pectora flammâ
Merſit aquis; Stygióſque animas diviſit in ignes.
Reſtabat Pharao de tot modò millibus unus; 38
Quem circum Furiæ volitant; atraq; remordent,
Et fodiunt curæ non conſolabile pectus:
His refricat dictis triſtes Rhamnuſia ſenſus.

Pharaonis caſus.

Sanguine civili terras, & ſanguine Tethyn
Innocuo fœdaſſe manu? mentiſq; ſceleſtæ
Conſiliis, lævâ, cæcáque cupidine regni
Præcipitaſſe ultrò regnum terráque, marique?
Vt quid enim regnum potius quis nuncupet urbes
Civibus exhauſtas, vacuos cultoribus agros,
Vaſtáque terrarum, innumeræ quàm millia gentis,
Et populos, Proceréſque, animis qui juſſa paratis
Accipiunt; capiti parent, & lege reguntur?
OBSEQUIUM *populi juſto ſub Principe regnum eſt;*
Non vacuus ditionis ager, fineſq; relicti.

Conſciẽtiæ ſcelerum eum fodiunt. Impietas in ſuos.

Quid ſupereſt regno amiſſo, niſi nomen inane
Principis æternúſque pudor? nam turpis egeſtas,
Atque alij poſſunt finiri morte dolores:
At memores lacerant animos poſt funera diræ.
Abſorpta eſt, manibúſque tuis hoc gurgite merſa
Imperij fortuna tui: proh! regia quantum,
Quàm rarum fortuna bonum? quàm dulce? Deique
Auguſtum decus, & ſacra majeſtatis imago?
Heu! tibi tam meminiſſe grave, & periiſſe pudendũ,
Et culpa periiſſe tua! ſtolidiſſime Regum.
Ah! Pharao, non jam Pharao! ô ſtultiſſime Chenchri,

Regnum amiſſum.

Et nomen Regis. Rex, imago Dei, & majeſtatis.

Si primo audiſſes Moſem, ſi denique Moſem
Audiſſes faciléſque animos ad juſſa dediſſes;
Audires Pharao, & regni fortuna maneret
Incolumis; tellúſque tibi, cœlúmque faveret.
Et potes averſo vitam producere cœlo?
Quin moreris? cumuláſque tuo tot funera fato?
Molle iter, & medio in pelago facilis via lethi.
Talibus inſtigat duram Rhamnuſia mentem:

Duritia immiſerabilis.

Deſperatio.

Extrema obſtinatio ſine pœnitentia.

Nec meminiſſe jubet venia, nec ſpem adjicit ullam
Auxilij, lacrymáſve ciet; nec tendere dextras
Ad Superos cum voce monet; nec denique lucem
Pectore, divinam lucem, vitaq; parentem
Accipere, ut ſaltem vita cæleſtis in auras,
Quod caput, emergat, demerſo ſpiritus utre.
O MALA *mens! durique horrenda noviſſima cordis!*
Aridus, oblitúſque Dei natat æquore pumex,
Oblitúſq; ſui; neque morſu tangitur ullo;
Nec ſubitis, quos ipſa ciet Natura periclis,
Teſte anima, motus, oculis, aut vocibus edit,
Implorátve ullo gemitu ſummum æthere Numen:
Sed querulo indignans hæc ſecum obmurmurat ore.

Indignãtis querelæ ſupremæ. Faſtus ſuperbi.

40 *Obruimur pelagi inſidiis, non vincimur, inquit,*
Quod regnum fortuna tuum eſt: audacia nunquam
Defuit, aut virtus nobis: verſo ordine fati
Iſacidis inſana faves, méque æquore prodis.
Hauſeris ut pelago regnum, & ſimul omnia, nunquã
Virtutem ſæva eripies, famámq; parentant
Cætera cuncta mihi. Confuſis legibus orbis
Occido: nec tanto pigitum me funere mergi:
Nec tibi ero ſupplex: nec ſi quod in æthere Numen
Humanas aliud ſortes malè temperat urnâ,
Quanquam ingrata mihi debes memorabile nomen.

Optat, quęrítque mortem.

Sic fatus, caput abdere aquis optabat aperto
21 *Ore inhians: captat refugas ceu Tantalus undas.*
Quadrijuges nando feſſi jam ſalſa fluebant
Sub vada, cùm currus paulùm de parte ſupina
Extanti Oceanum oſtendit, molémq; ſepulcri
Exhibuit moribundo, animiſq; in fata ruenti.

Percutitur à S. Michaële, à quo & Satanas percuſſus.

41 *Vt patuit cælo pectus, loricáque terno*
Per ſquamas adamante rigens: telum exerit Ales
Armipotens, quo faſtu olim Pythona tumentem
Perculit; & tali libratum voce per auras
Proſequitur: Morere, infelix. I, luminis oſor,
In tenebras; ubi flamma vorax, & luminis expers
Aut liquat, aut frangit junctis adamanta metallis.
Hoc tibi ſit lethi decus, & memorabile nomen.
Hæc manus, hoc telum, quibus eſt à cardine mundi

Ille

Digitized by Google

Ille draco dejectus; idem fert vulnus, utrique
Cauſa eadem: cadet hoc etiam teterrima telo
Bellua, quæ Chriſti regno feret æmula Regem:
Non niſi monſtra cadunt iſto, quæ maxima, ferro.
Dixerat, ille vadis expirans conditur imis,
Pérque ſalum rapidis ruit in Phlegetonta quadrigis;
Nam gravis injecto plumbi quadriga talento
Findit aquas; panditque viam, vel pondere frangit.

Percutiet etiam Antichriſtũ.

Injecto plumbi talento mergitur Inferis.

LIBRI

LIBRI SEXTI

Argumentum, & Synopſis.

LIBERATOS tandem ab Ægyptiâ tyrannide ſuos, & mari ſub nube in Moyſe, ut Paulus 1. ad Corinth. 10. ait, baptizatos, per vaſtam ſolitudinem circunducere Deus incipit ad experiendam eorum fidem, & virtutem exercendam. Poſtquàm ditati ſunt Ægyptiorum ſpoliis manifeſtiſſimâ Providentiæ curâ, primùm tentantur aquæ dulcis inopiâ: ac poſteà deficiente commeatu annonariam ſentiunt eandem Providentiam nutricem optimam ſuppeditato in quadraginta annos viatico, ut primas, acerrimáſque cupiditates moderari conſueſcant fiduciâ in Deum parentem optimum: qui etiam coturnices in caſtra ſpargit; paulò pòſt ſaxa, & ſcopulos ſolvet in fluvios, & in pocula ſitientibus eliquabit. Quæ quidem parentis optimi providentia multò mirabilior elucet in Eccleſiæ ſacramentis., Baptiſmo, Edulcatis Chriſti Cruce perſequutionum aquis; manna Euchariſtico, & aliis gratiæ operibus, quàm illis rudiori populo prærogatis muneribus, ut allegoria facilis oſtendit.

1. Iſraëlitæ, demerſis Ægyptiis, relapſo, clauſóque ſenſim poſt terga mari, emergunt incolumes in Sutææ ſolitudinis littus.

2. Ægyptiorum ſpolia eòdem advoluuntur, Providentiâ ducente, & applicante, ad ditandos Hebræos. Exod. 14. 31.

3. Moyſes moderatur cupiditatem prædæ, hortatus populum ad gratias Deo victori priùs agendas, quàm legantur hoſtium ſpolia.

4. Pæana ipſe præit populo, canítque fatidico afflatus ſpiritu, recinentibus choris Canticum Moſis, Exod. 15. Cheiroſophiâ cantum comitante.

Exod.

5. Maria ſoror Moyſis, eodem concitata ſpiritu fœmineos choros tympano ducit.

6. Argumentum illi carminis, fatalis illa Draconi Mulier, quæ ſerpentis caput eliſit in aquis, in ipſo conceptu immaculato; tum Providentia, quam invocat ad Iſraëlitas, velut teneros à Baptiſmo fœtus ſuſcipiendos, fovendóſque materno ſinu, deficiente jam Ægyptia farina.

7. Gratiis Deo actis, ſpolia leguntur: ea Moyſes in medium collata partitur pro cujuſque neceſſitate, ſepoſitis in Dei donaria Pharaonis exuviis, gazáque præcipua. Spem, & fiduciam in Deum ſibi ipſe ſortitur ex omnibus ſingularem.

8. Fama tantæ cladis, naufragâ Ægypto, luctum ſuperſtitibus inſtaurat: accurrunt ad Erythræa littora comploraturi ſuos: veſtigia ſpectant antrorſum omnia, retrorſum nulla, quæ, ut perhibent, etiamnum durant.

9. Mœſtiſſimi ſuis parentant in littore; illíſque fruſtrà conclamatis inanes tumulos ſtatuunt.

10. Quintâ ſtatione Suræo vaſto tractu, poſitis ad Maram caſtris, ſiti tentatur populus ad ſalſas aquas, & murmurat, Exod. 15.22. Fingitur hic amaror fraude virulenti Draconis auctus.

11. Populi querelas compeſcunt Duces.

12. Oranti Moſi in trepidatione tanta tumultuantis vulgi, efficax edulcandis aquis lignum Deus oſtendit. Quæ natura ſtirpis illius? Quæ medica vis? Jam tum pugnat, vincit, & regnat à ligno Deus.

13. Confirmat deſperabundos Moſes, & fiducia Providentiæ erectos convertit ad miraculum purgandi fontis, injecto ligno.

14. Allegoria mirifici ligni in ſalutifera Chriſti Cruce, quæ amaritiem vitæ omnem credentibus, & confidentibus abſtergit. Omnipotentia quibuſvis utitur inſtrumentis, quamvis ineptis. Sic Eliſæus ſanavit aquas injecto ſale, & colocynthidas farinâ, 4. Reg. 2. 22. & cap. 4. 41.

15. Sexta ſtatio ad Elimæum palmetum, ubi duodecim

decim fontes, & palmæ ſeptuaginta, Exod. 15.27. Inde ſeptima ad ſinum aliquem, vel paludem contiguam mari rubro, Num. 33.10.

16. Octava ſtatio in Sinea ſolitudine, ubi loci vaſtitate & ſqualore perterritus populus tentatur diffidentiâ rei frumentariæ, exhauſtâ jam Ægyptiâ farinâ, & ineunte jam menſe altero ab egreſſu. Sævit in Moyſem verbis & querimoniis indigniſſimis.

17. Moyſes interim eblanditur opem à nutrice Providentia, maximâ fiduciâ, & apud eam querulos excuſat.

18. Aaron populi iras alloquio mulcet, éique ſpem facit.

19. Moyſes certus promiſſæ in craſtinum de cœlo annonæ, caſtigat verbis diffidentiam: coturnicum aucupium in illius diei cœnam promittit, indicítque, & in ſequentem largam frumentationem, Exod. 16.9.

20. Poſtquàm radiata Majeſtas è nube populo fidem fecit promiſſæ opis, è maritimis ſtatim locis elatæ coturnices feruntur in caſtra humili volatu, infinito numero. Totum hoc fuit Providentiæ ſuis alumnis feſtiviſſimè colludentis aucupium.

21. Nox ſilentio, & tenebris divinis apta myſteriis nocte ſtipatum manna.

22. Providentia collaudatos ab uſitatis miniſteriis Angelos ad novam alimoniam procurandam excitat, indicatâ materiâ, formâque, & modo ſtipandi roru- lenti in nubibus ſucci, ad filiorum ſuorum delicias, collectis, eliquatíſque omnibus in ferculum unum admirabile cupediis, Sap. 16.20. Mirificam illius vim, & efficacitatem prædicat, Mnemoſynon mirabilium Dei, diviníque Verbi corporati, & edulis in Sacramento typum; & in cœleſti epulo victoribus præmium, Apoc. 2. 17.

23. Providentia preſſis uberibus promit de ſinu ſuo Manna ad ſpecimen coriandri, vel incruſtati ſaccharo aniſi, ſeminibus, vel etiam unionibus ſimile. Piſtoriam inde docti Angeli, eam faciunt quadraginta annis, ſpargúntque ſub Auroram, pruinoſam matutinam alicam.

24. Per

24. Pernox Moſes didicit farris inſueti myſteria, qui mannæ populus admirans nomẽ indidit, rogitans, Quid hoc rei eſſet?

25. Moyſes attonitos prodigio docet mirificam frugis illius vim, quando, quo demenſo colligendum, ſine curâ craſtini; niſi in paraſceve Sabbati: quæ habendæ gratiæ Deo, dum verum illud Manna Chriſtus expectatur.

26. Gratiis Deo actis primus libat Moyſes; quem ſequitur ingenti gaudio populus, guſtato Angelorum pane. Varii illius pinſendi, & coquendi modi indicantur. Mirabile illud 2. ad Corinth. 8. 15. *Qui multùm non abundavit, & qui modicùm non minoravit.* admirabilis & ſapor, varietare infinitus.

27. Repoſito aureâ in urnâ Manna ad beneficij memoriam, Moyſes excurrens allegorico ſenſu excitat appetitionem illius veri Manna in Chriſto, cujus in adſpectabili illo imaginem habebant. Joan. 6.

28. Sabbato non ſpargitur Manna neque corrumpitur. Pervicaces quidam illo die ad colligendum egreſſi caſtigantur verbis.

29. Sabbati religio & cultus traditur à Moyſe, repetito ſummatim Mundi, & ſenûm dierum opificio. Primæ diei opus creatio cœli & terræ, lucis, & Angelorum.

30. Diei ſecundæ opus, firmamentum in medio aquarum.

31. Tertiæ opus, ſegregatis aquis, aperta, & veſtita terra.

32. Quartæ, Sol, & ſidera illuminata.

33. Quintæ, volucres, & piſces ex aquis.

34. Sextæ, procreatis è terra animantibus formatio hominis, & animatia ſingulari arte.

35. Septimæ, quies & Sabbatiſmus filiorum Dei in Octavam beatiſſimam inclinans, & illuceſcens.

Digitized by Google

LIBER SEXTUS.

SEU

PROVIDENTIA NUTRIX. MANNA.

1 Iſraëlitæ emerſi incolumes.

Vix exorta diei terris diſcuſſerat umbram,
Emerſa pelago turma Surææ tenebant
Littora; poſtremum cogentes leniter agmen
Terga lavant fluctus; ac ſenſim ponè relapſis
Sternitur æquor aquis, & hiantia tramite ſtagna:
Obſequio perfuncta operit ſe gurgite tellus:

Nubes agmen claudens.

Vltima laxatis Nubes ſe ſuſtulit undis;
Indixitque brevem lento per littora flexu
Non longa ſtatione moram; dum corpora feſſa
Procurrant acies, & iter memorabile laudant,
Victorique Deo memores Epinicia ſolvunt.

2 Spolia Ægyptorum in littus ejecta.

Vt terram tenuêre Tribus, longóque ſteterant
Littoris anfractu; pontum tollente procella,
Ecce ruunt præda gravidi denſo agmine fluctus,
Eructante vadis pelago, quos hauſerat hoſtes,
Armáque ſpiſſa virûm, ſolidóque ex ære quadrigas,
Implicitóſque duces vinclis, phaleriſque jugales,
Avulſiſque rotis laceros, ut apluſtria, currus;
Multiplicémque vomunt eliſi ad littora gazam;
Nec mora, nec requies, undis trudentibus undas,
Parturiente velut pelago, effunduntur arenis,

Prædæ, & manubiæ ingentes.

Armata, strataq; jacent ad ſigna cohortes.
Horribiles viſu vultus, iraq; minaces
Omnibus, & rabies oculis in morte relicta.

Hebræi avidi.

Accurrunt avidè, & ritu Naſamonis avari,
Qui Syrtes circum, laceris ad ſaxa carinis,
Fortuna fruitur pelagi, ſine more ruentes
In prædam, pietas Moſis ſic temperat ore,

3 *Haud equidem, Cives, miſſis ex æthere donis*

Areno-

Arcuerim quenquam; tamen illuc vertere mentes, Moyſes
Atque oculos, unde hæc deſcendant dona, monebo; cupidos
Nec prædas tetigiſſe priùs, quàm munere dignas regit.
Accipiat Numen grates: NEC VILIVS *uſquam*
Immenſis pretium donis, nec gratius ullum,
Quàm fontem meminiſſe boni, verbiſq; fateri
Munificam ſine fraude manum. NIHIL *elicit æquè*
Largifluos Charitum fontes, ac prodita ritè Gratiæ
Gratia: laudati longè prolixiùs undant. Deo priùs
Nunc igitur memores animos ad carmina mecum agendæ.
Adjicite: alternis ſubſultent caſtra choreis:
Littora divinas referant ad ſidera laudes.
Sic fatus jubet in partes diſcedere turmas,
Adverſiſq; choris medius, geſtúmq;, modóſq; 4
Dividit, & virga modulans præit enthea verba. Pæana
Cantemus Domino, pueri, præconia laudum, ipſe præit. Exod. 15.
Quæ tam magnificis depoſcit gloria factis;
Gloria, quæ totam Domino ſe mancipat uni.
Ecquis enim ire Deo conſors temerarius auſit?
Aut opere in tanto tenuem ſibi poſcere famam?
Ille ſua ſolus peragit qui prælia dextra, Victor
Ille trophæa ferat ſolus cum nomine victor, Deus ſo-
Bellipotens victor Dominus; qui Martia flatu lus.
Agmina merſit aquis, & equos & fræna regentes,
Armáq; ſæva ducum volvit correpta ſub undis.
Ille mea vires; mea ſumma potentia, ſolus;
Ille decus, columénq; meum, inventórq; ſalutis;
Ille Patrum Deus, Abramidæ gens ſancta, tuorum;
Ille tuis laudatus avis, æterna nepotum
Gloria, perpetuas meritus per ſtemmata laudes.
Quod tibi ſidereæ nomen finxêre catervæ? Dominus
Quos titulos tibi ſæcla, Pater, mortalia ponent? exercituũ.
Tu gemini Sator Orbis habes terrà polóque
Immenſi decoris teſtes: ſed mille premuntur
Nomina ſub meritis, & qui volat altiùs Ordo
Plumipedum ſolio propior, ter Numen adorat, Triſagios.
Ter Sanctum ingeminat Nomen; téque Armipotentẽ
Indigetat; nam fulmineis exercitus armis,
Caſtrorúmque chori ingentes formidine cingunt. Bellator.

Auguſtale tuum. Cunctis tu robur; & arma
Suppeditas, animóſq; facis: tu ſolus in illis
Bellator, Victórq; clues. Ter maxime, ſalve,
Bellipotens, ô Iſaciis modò cognite turmis.

Victor Pharaonis. *Hîc Pharao, & Pharaona ſequens Ægyptia pubes,*
Hîc manibus jacet ille tuis: tu fulmina torques:
Tu celeres Ventorum animas ad claſſica cogis:
Tu currus, tumidóque equites cum Principe ſternis:
Tu ſuper eliſos ſtruis alto è marmore molem.

Tu Victor legis exuvias, pelagóq; refundis
Trophæó primitiæ ſpoliorum devotæ. *Intactas, ſpolia ampla tuis; tua dona, tuáq;*
Pignora Victricis dextra: tibi, Sancte, feremus
Primitias, aurúmq; Phari, Veſtémq; Canopi,
Baccatóſq; equitum torques, & gemmea Memphis
Pocula Sinais grati ſacrabimus aris.

Pharaonis temeritas. *Quò, Pharao, immeritos ſequeris? ferróne minaris*
Exitium; quos ille ſuis Deus extulit alis,
Protectóſque umbone tenet? non ſe tibi ſciſſis
Oceanus ſuſtentat aquis: hærebis in algâ,
Hæſit in cœno profundi. *Cœnoſique, ut avis, Viſco capiêre profundi;*
Ludibrium plumas pelago, vitámque relinques.
Sic amat ille ducum tumidos dirumpere faſtus:
Habac. 1. 10. *Sic ſua ridiculos cogit ſub ſceptra Tyrannos.*

Dei ſapientia & poteſtas immenſa, invicta. *Quis, Superûm Deus, æquiparet te robore dextra?*
Quis te conſiliis, factiſve ingentibus æquet?
Auguſtóſque tuis apices par vertice tollat?
Cuncti humiles, & Vile caput, plebeiáq; turba
Ante tuos projecta pedes. Tu pulvere ab imo
Dignatus legis Iſacidas, & ad oſcula tollis.
Amor in Iſraëlitas. *Tu blandè gremio inſinuas, Vectáſq; per altum*
Æthera: turbantur gentes, tantóq; favore
Culta Philſthæis horreſcunt arva colonis:
Timent, ſtupéntq; gentes. *Turribus aëriis trepidant Chananeïdos urbes;*
Ab radice tremens ima Vibratur Idume,
Inclinátq; tuo carpendas pollice palmas.

Immobiles fiunt, ut lapides. *Te geſtante ſinu teneros, Bellator, alumnos,*
Stent dextrâ; lævâq; metu, ceu marmora, gentes
Saxificus liget arcta ſolo Veſtigia terror,
Sancta Sionei donec faſtigia templi

Stent

Stent educta polo; & junctas muniveris arces,
Hæredémque tuæ pacis fundaveris urbem,
Hic æterna habitent tua circum altaria cives:
Hinc leges, & ſceptra dabis ſanctiſſima mundo.
Hæc poſtquam ſaltata viris, modulatáque Vate 5
Chironomo; paribus ſtimulis agit impetus idem **Maria fœminis carmen præit.**
Hebræas cantare nurus, diamq; Pronæam
Tinnula concuſſis ad tympana pſallere ſiſtris.
Proſiluit ſancto Moſis ſoror excita Phœbo,
Prætexta lambente pedes, cinctúq; modeſto **Eius ornatus.**
Caſtigante ſinus: volat alto à vertice ſindon
Carbaſina, & Zephyros zonâ retinente coercet,
Subtiléſque tument telæ pellentibus auris.
Cærula jam niveos compeſcit tænia crines;
Saltibus extremæ volitant per tempora vittæ.
Aſſultant digitiſq; pedes, pulsúq; moventur
Ora, pedes, digitiq; pari: non mollia ceſſant
Brachia, non humeri, aut cervix: à corpore toto
Vox ſonat, & cunctis loquitur ſymphonia membris.
Imbelles agit illa choros: imitata Mariam **Fœminarum choragium.**
Exiliunt paribus ſtudiis examina matrum,
Virgineiq; greges: hæ ſiſtra ſonantia pulſant,
Hæ citharas, & plectra movent: hæ nablia carpunt:
Magna Celeneæ pars inflat arundine buccas;
Nec vultus torſiſſe pudor: caſta omnia caſti
Obſequij decorat pietas. Iocabethia Vates
Inchoat, & geſtu cantum comitante figurat.
Nos quoq; Victorem Dominum Pæane canamus, 6
Saraïdes, non voce viris, non arte minores: **Carminis argumentum, MARIA Virgo.**
Eſſe licet pietate pares: NEC ENIM invida virtus,
Totáq; ſtans animo neſcit diſcrimina ſexus.
Ille etiam nobis victor Deus; hic quoque partem
Fœmina habet, victóque petit Pharaone triumphum: **Mulier victrix ſerpentis.**
Fœmina calcando quondam quæ nobilis Hydro,
Calce premet caput Orcini Regina Colubri.
Fœminei dux illa chori; decus illa virorum,
Viventúmque parens, pelagique optabile ſidus.
Nomen ego tibi, Diva, meum; ſed Numine plenum
Devoveo: te mille chori, te mille ſequentur

Digitized by Google

Virginei, Matrúmq; greges: tu prima furentem,

Caput ſerpentis conteret.

Soláq; plena Deo Mater, Virgóque Draconem
Elides ſub aquis uteríque incluſa profundo,
Liberáque, & noſtri vindex, & neſcia lapſus.
Sed, quò, Diva, trahis? quàm fauſta in ſæcula transfers
Mentem animi? tuus hic labor eſt; tua Diva Pronœa,

Providentia invocatur. Iob. 40. 19.

Conſiliúmque, manúſque potens, queis vertis in ipſos
Authores ſcelerum pœnas, fraudémq; ſtruentes
Fraude capis. Sic ille olim capietur in hamo
Leviathan mundi tumidis regnator in undis,
Vt tibi nunc eſca Pharao, velut illice, captus
Anſam hauſit, fixóque lacer diſcerpitur unco:
Nos tua progenies prædonum evaſimus ungues.

E baptiſmo Iſraëlitæ candidati lacte egent.

Perge, Pronœa, novos gremio complectere partus,
Maternos exerta ſinus, utramque mamillam
Exſinua. O Divûm Genitrix, Divûmque Satoris
Provida mens! ô ſpirituum, moliſque creatrix
Corporeæ, quæ tanquam utero, ſic mente profunda
Æterno de Patre ſatus recipíſque, fovéſque,
Temporibúſque tuis profers in luminis auras
Maturos; genitrix eadem, & blandiſſima nutrix.

Providentiæ matris ubera.

Semper fœta tuis, quos ſemper ad ubera geſtas;
Semper alens, ſemper gignens, & ſemper adultos
Vberibúſque, uteróque fovens; quibus ordine certo
Diſpenſas finéſq; boni, ſeriémque, modóſq;,

Complectitur ſinu omnia.

Atque vias, quibus æternis datur exitus orſis,
Decretiſq; tuâ potiuntur ſortibus urnâ.
Nunc age, Diva, ſacros, quos tollis ab æquore fœtus,
Perfrictóſq; ſale, & vivo de fonte nitentes,

Nutrix blandiſſima.

Sed teneros, inopéſq;, ſinu complexa beato
Suſcipe; ne miſerè vaſtis urantur arenis,
Tabeſcántve fame, aut laceris in veſtibus errent.

Curta Ægypti farina.

Nam brevis eſt annona Phari, paucóſq; farina
Ægypti viſura dies; nec lana Canopi,
Nec Peluſiaci durabunt ſtamina lini.

Penus providentiæ æterna.

Lactis inexhauſtos tua fundunt ubera fontes.
USURAM tua ſola penus non ſentit alendo,
Nec metuit; ſeu corporibus, ſeu pabula præbes

Men-

Digitized by Google

Mentibus, & campis flores, & lilia veſtis,
Et querulos audis nidi in lanugine corvos.
Iſacidum nunc tota tuo domus indita collo,
Materno curas omnes in pectore ponit,
Tam confiſa tibi, quàm rerum oblita ſuarum.
Talia fatidico promebat pectore Phœbus. 7
Sic ubi cantatos admiſit Numen honores, Spolia leguntur.
Et Superis actæ grates. hoſtilibus inſtant
Exuviis, prædámque petunt, ſpoliántque, trahúntq;
Corpora trunca vadis, & nuda in littore ſternunt,
Scrutantúrq; ſinus omnes, zonáſq; tumentes, Quàm varia,
Et fartos auro folles, & cingula gemmis
Aſpera: trajectas lacerant pendentibus aures
Annellis, digitis gemmas exire negantes
Decutiunt ferro, truncatáq; brachia nudant Multi ſectores divitum in morte.
Armillis: tanti illa ſuis geſtamina conſtant!
Sectores tot dives habet: poſt funera pauper
Integer eſt; nec avara tamen permiſſa libido
Diripere, aut præceps partiri audacia prædam. Diſtributio ſpoliorum juſtiſſima.
Juſtitiæ ſors illa fuit: jubet omnia Moſes
Conferri in medium, ceu cœli munus, in omnes,
Et commune bonum: partes metitur egeſtas,
Non favor, aut vires: nihil hinc ſibi bellica virtus
Arrogat eximij: abſolvit ſine milite bellum
Pugnator, victórq; Deus. Pharaonis opima, Opima Pharaonis tabernaculo dicata,
Regalémque Deo Moſes in munera gazam,
Primitiáſque ſacrat: populo tum cætera largus
Dividit, ut poſcunt uſus cujuſque, vel ordo.
Plùs eguit, qui plura tulit: ſed in agmine tanto
Indonatus abit nemo: ſic arma juventus
Omnis habet; veſtem vulgus: flammantibus oſtro
Effulsêre duces ſagulis; crinalia poſcunt Gemmæ fœminis.
Ornamenta nurus, gemmiſque micantibus ardent.
Eximiam in ſortem ſpes & fiducia Moſi, Fiducia, ſors Moſis.
Præſidiúmque Dei ceſſit; nihil ille, nec optat,
Nec recipit: ſatis atque ſuper ſtat Numine dives.
Caſtra movet nubes feſto plaudentia cantu 8 Nubes movet caſtra.
Intereà: at fluctus æſtu ſpoliata reſorbent
Corpora, partim etiam corvis lanianda relinquunt.

Fama cladis Ægyptios excivit.

Sæva Canopeas volitans jam fama per urbes
Funereâ exterret campos, atque oppida pallâ,
Et laceros ſpargit crines, diróque ululatu
Præfica ferales atro quatit igne cupreſſos,
Corpora nâtorum nondum compoſta jacebant;
Funeribus deerant urnæ, Panchæáq; dona,
Cùm rumor periiſſe patres, periiſſe maritos,
Et Proceres, regni robur, florémq; peremptos
Attulit, Ægyptúmq; omnem cum Principe merſam
Oceano; neque fluctiſonis veſtigia campis

Veſtigia, & orbitæ curruum durant.

Vlla manere ſuper; refluóve in littora ponto
Vlla redire virûm rejecta cadavera fluctu,
Non veſtes, non arma retrò, aut fragmenta referri:
Extantes ſub aquis tamen, & durare rotarum
Quadrupedúmq; notas, impreſſáq; ſigna quadrigis
Perſpicuis hærere vadis: ſed nulla retrorſum
Orbita, quæ pelago quemquam remeâſſe pateſcat:
Ingentes patuiſſe ſinus, ingentia Nerei
Oſtia, progreſſum Regem, & penetrâſſe profunda
Inteſtina maris, nimis heu fidenter! & hauſta
Omnia caſtra fretis Auſtro volvente reductis;
Iſacidas tenuiſſe viam, curſúmq; per amplas,

Luctus Ægypti & comploratio.

Diſcedente mari, munito tramite valles.
Obruit attonitas tam triſtis nuntius urbes;
Exitio minor eſt, nec adhuc æquavit eundo
Fama malum: tot quærit adhuc poſt ſæcula dignam
Tanta clade fidem. Vt paulùm ſiluêre ſtupentes,
Tollitur in cælum miſerabilis undiq; plangor,

Concurrunt ad mare.

Confuſóq; ruunt Erythræa ad littora luctu
Fœminei ſine honore greges, nimiúmq; ſuperſtes
Turba ſenum, & charis toties pullata ſepulchris.
Vt venêre, vident aditus in clauſa ferentes
Æquora, ſulcatóſque rotis in pulvere tractus,
Atque equitum ſub perſpicuo veſtigia ponto,
Tum vacuos ubi fixa locos in littore caſtra:
Quæ monumenta etiam tanto poſt tempore durant,
Vt perhibent, neque dum refluis tegit æſtus arenis.

9 *Parentāt.*

Tum verò quas in lacrymas, quantóq; tumultu
Relliquias Phariæ gentis tot funera ſolvant,

Quis

Quis memoret? quos dira adeò ſpectacula queſtus ſuis in
Eliciant? ſonat horrendis ululatibus Acta; littore
Vicinaq; gemunt rupes, & Magdalus altis cenota-
Reſponſat tremefacta jugis, & ſurda volutant phiis.
Littora circuitu; ſed vana Echone, querelas.
Ingentes ſtruxêre pyras, & inania buſta;
Conclamántq; ſuos immenſo ab gurgite Manes, Concla-
Curſantéſque legunt animas per littus apertis matio.
Faucibus, atque undas ſi quis ſuper halitus erret.
Tum lacrymis miſtos flatus, cùm meſſe Sabæa,
Convulſiſque comis, & ſparſas ſanguine veſtes
Ignibus iniiciunt: adverſo in littore frigent Non au-
Corpora nuda ducum, ſupplex Pharao ipſe Charonti diunt vo-
Inter plebeias inglorius occubat umbras: cati Ma-
Forſitan immanis trunco dat phoca ſepulchrum. nes.
Iſacias lux intereà jam tertia turmas 10 Deſertum Sur.
Surao exercet tractu ſitientis arenæ,
Scrutantes laticum venas, tandémq; repertis Quinta
Caſtra locant læti quinta ſtatione fluentis. ſtatio in
Mara loco nomen fontis derivat amaror. Mara.
Hic iterum inſidias Stygio tendente ceraſta Exod. 15.
Spes populi tentata labat: nam fontibus illis Tentatur
Hydra cubans tetra ſparſit contagia tabe; populus.
Corruptis hinc virus aquis Natricis ab irâ, Draconis
Et furor exortus populis lambentibus undam. invidia.
Impatiens ſitis ad rivos admoverat ora:
Vt ſalſos hauſêre lacus, & virus amarum, Querelæ
Exclamant: Inopéſne adeò, miſeróq; vagamur populi tu-
Per loca vaſta tuis avulſi, Nile, popinis, multuan-
Vt nec aqua dulces, tenuis nec vena ſuperſit? tis in ſiti.
Pulverulenta coquunt plantas ſola: flammeus urit
Ora vapor: torquet ſiccas ſitis ignea fauces:
Interdictus aqua populus nunc denique ſentit
Exilia: ô lactis rivis undantia culta
Scilicet! ô largo perfuſos nectare campos,
Vel lymphas ubi terra negat! ſequere avia regna
Per ſale damnatos tractus excuſſa paternis
Sedibus; amiſſo nimis heu plebs credula Nilo!
Hoc ſeſe impatiens ſtimulabat murmure vulgus,

Digitized by Google

Sed Stygiæ invidiâ pótiùs flammatur Echidnæ,
Quàm ſalſis ardeſcit aquis; compeſcuit iras
Cura ducum, abſtergitque per hæc ſolatia queſtus.

11 Duces ſedant tumultum.

O hebetes populi ſenſus! quorſum uſque pudendo
Corda pavore trement? neque dum confirmat euntes
Oceano in medio ſiccis fiducia plantis?
Non poterit dulces euripo huc ducere rivos
Illa manus, cujus digitis librata tenentur

Sperandæ aquæ à Deo, à quo cætera.

Tot maria, & celſis decurrunt montibus amnes?
Illam nil prohibere poteſt niſi perfidus angor,
Spéſque timore labans, querulaq; injuria lingua.
Sperate, & majora animis præſumite magnis.
VILE liquor laticum: quid enim communius unda?
Nec dat aquam pretio, gratis qui dividit aſtra.

12 Lignum mirificum Deus Moſi oſten- Apoc. 22, 2.

His Aron Tribuúmq; duces pavitantia vulgi
Pectora mulcebant dictis dum ſidera pulſat
Inſiſtens precibus Moſes. Mirabile lignum
Oranti Deus oſtendit; ſylvíſne revulſum
Empyreis? ubi vitales pomaria rivos
Æterna radice bibunt, ſempérq; comantes
Frondibus invitant poma incurvantia ramos?

Vnde allatum lignum illud?

An ſit Edeneo potiùs traductus ab horto
Arbore felici ramus, vitaq; feraci
Materia, & vitæ ipſius libata medulla?

Adelphides palmæ amariſſimæ.

Incertum. Quid ſi decerptus Adelphide palmâ
Surculus indigena eſt, uſtiſque innatus arenis?
Arbor amaritiem fibris, & caudice ſervat
Mortiferam, nec viroſas quæ corrigat undas
Sponte ſua, & tetros latices ſalſugine purget;

Dei omnipotentia ineptis utitur.

NEC DEUS oppoſitis eget in medicamina cauſis,
Æmula nec quærit curandis pharmaca morbis:
Sed medicâ juvat ipſe manu, quibus utitur, herbas.
Vipereo dare dente poteſt, & vulnere vitam.

An lignũ fuit arboris vetitæ, qua corrupta Heva?

Forſan & ille fuit caudex de ſtipite mali,
Cujus peſtiferâ mulier corrupta ſub umbrâ
Humano pomum generi fatale momordit.

Pugnat & vincit ligno Deus.

Sic de mortifero vitam decerpere trunco
Conſilium cæleſte fuit: decernere ligno,
Primigenámque ſuo ſerpentem ſternere telo.

LIGNEA

LIGNEA quo certè bello Deus induet arma.
Quidquid erat, vidit Vates; cui noſcere plura,
Quàm vulgare licet: rapit alto è pulvere lignum
Effoſſum monſtrante Deo, & venerabile portat
Per cuneos, & caſtra humeris, populúmq; ſequentem
Ad fontes, ubi virus aquis ebullit amaris,
Corruptáque fluunt ſimiles ab origine rivi.
Atque ait: Iſacidæ, quæ diffidentia triſtes
Conturbat? tandémne Dei confidere pactis
Poſſumus? aut Patri ſummo permittere curas?
Cujus provida mens, partéſque intenta per omnes
Præcipuè invigilat vobis, & commodat ultrò
Séq;, ſuámq; domum, magni membra omnia mundi.
Deſperatis aquas trepidi, dulcémque liquorem?
Nec meminiſtis opem patrio depoſcere cœlo?
Vnde fluunt imbres, & habet cunabula vaſtus
Oceanus, qui veſtra Dei veſtigia juſſu
Devenerans, ſubduxit aquas vacuúmq; per alveum
Tranſmiſſas acies ſpoliis hoſtilibus auxit.
O meritos ardere ſiti, ſævâque perire
Dipſade! ſed tamen hæc rurſum ſpectate paterni
Pectoris indicia, & curæ cæleſtis amorem.
Hoc ligno Deus hos fontes inamabilis undæ
Mitigat, ac venas deinceps jubet eſſe ſalubres.
Dixit, & injecto purgavit ſtipite lymphas,
Momentóque ſalem rivis, mordáxque bitumen
Emulſit, gratúmque velut per odora ſaporem
Cola dedit, fontiſque caput dulcedine ſparſit.
Vt puros ſenſêre lacus, & dulcia labris
Pocula; procumbunt avidi, & ceu Maſſica ducant
Durateis explentur aquis; laticémque Lyæum
Poſſe negant meliore nota certare fluentis,
Sed madidos lymphis ligni latet inclyta virtus.
O quàm te memorem, quibus à radicibus arbor!
Aut quibus exciſam ſylvis? quæ nectare tanto
Auſteros medicas latices, aconitáq; venis
Diſcutis, & triſtes obtundis ſtirpe cicutas?
Vivifica Crucis inſtar habes, & robur adumbras,
Dulcéſque illecebras pendentis ab arbore pomi,

Moyſes lignū palàm portat.

13 Moyſis fiduciam facit populo novo miraculo.

Miracula maris ſciſſi.

Ligno injecto aquæ factæ ſalubres.

Ligneæ aquæ optimæ.

14 Allegoria ligni ſalutiferi.

Digitized by Google

Crucis Chriſti dulçedo. *Quæ vitæ ærumnas omnes, caſúſq; ſiniſtros*
Edulçat. NAM *dulce pati duce & auſpice Chriſto.*
Inde Cruci decus, & ſudorum gloria merces.
Haud igitur ligno illa fuit nativa poteſtas;
Omnipotens manus utentis tulit ipſa medelam.
Eliſæus ſanat aquas ſale. *Sic & Saphatides vitioſas diluit undas,*
Cùm, Ierichuntino Vatem implorante colono,
Plena ſale in ſteriles demiſſa eſt urna ſalinas,
Fertilitáſq; ſolo purgatis reddita lymphis,
Lethalem offam farina. *Sic Vatum miſcente fame colocynthidas offa*
Lethiferas pultes tanquam medicante farina,
Polline Sardoas modico compeſcuit herbas.
SI IUBEAT *Deus; ipſa dabunt aconita ſalutem.*
15 *Dulcia ſuccedunt acidis: Elimæa ſub umbras*
Sexta mãſio in Elim. *Hebræos palmeta vocant, & dactylis uva,*
Syncerique tenent bis ſenis fontibus amnes
Marginibus riguis, & molli gramine ripa.
Palmæ ſeptuaginta, fõtes duodecim. *Pro numero Tribuum fontes; ductoribus ipſis*
Reſpondent decies ſeptem pulchro omine palmæ
Victrices, gladióſq; graves cariotide curuant.
Hæc ſtatio jam ſexta fuit: dein ſeptima ſedem
Septima manſio. Num. 33. 10. *Procurrente ſinu pelagi, ſuper æquora fixit,*
Sive ſinus fuit ille maris, ſive herbida ripas,
Carectóq; palus, & denſis horrida juncis.
Sineis octava quies mox inſtitit oris,
16 Octava ſtatio in deſerto Sineo. *Squalentes ubi Sina procul de vertice aduſto*
Aſpicit, & nullo fœcundat flumine tractus,
Non ſaliunt imis fontes radicibus ulli,
Nulla virent arbuſta ſolo, nec gramina glebis.
Deſertum Sin. *Altera ab egreſſu complerat cornua Phœbe*
Menſis ſecundus. *Poſt decimam jam quinta dies, & menſe ſecundo,*
In vaſtam intulerat populi conopea Sinem,
Conſtiterátque loco factura umbracula Nubes.
Vt vidêre ſitu circum ſqualentia ſaxa,
Occaſio ſeditionis, ſolitudinis vaſtitas & penuria. *Arentiſque ſoli fluctus jactantibus Euris,*
Pulveris immenſi nimbos, cophinóſq; vacantes
Funditùs, & cunctis exhauſta cibaria ſportis:
Ceu jam dira fames arentibus oſſea membris
Excſos per caſtra ferat rubigine dentes,

Luri-

Luridáq; afflatu rabies ſe in viſcera condat, Fames.
Horrifico exciti monſtro, pallore, metúque,
Triſtitiáq; animos paſſim turbante querelis,
Confuſo clamore duces, cœlúmque laceſſunt.
Heu! pronos nimis Iſacidas dare fraudibus aures! Querelæ populi murmurantia.
En quo cæca ducum faciles audacia raptat?
Triſte ſolum; ſitiens ſqualor; reflua æſtus arena;
Arida ſaxa; frutex nullus; ſine gramine terra:
Quæ regio? niſi ſi ipſa famis ſqualentia regna?
Producti genus heu populo miſerabile lethi!
Cur non Ægyptum potiùs vertente ruina
Nos quoque concidimus? cita mors intérq; lebetas
Ferventes, largis ſaturos exſolveret offis. Ollas carnium requirunt.
Tum decuit farre expletos, pinguiq; polenta
Abrupiſſe diem; nece ne victoria lentâ
Nunc foret iſtâ famis, fraudatáq; corpora glebâ.
Rem populi interea tractat cum Numine Moſes,
Argutáque Dei dudum prece viſcera captat. 17 Moyſes opem à Deo poſcit.
Alma Pronœa, novas opus hîc extundere curas,
Laxatíſque tuas naturæ legibus artes
Mammoſo properare ſinu, Cererémque benigno
Æthercam proferre penu: jam terra noverca
Abramidis alimenta negat: jámque azyma liba
Defecêre focis: arent ſine fontibus utres,
Extremámq; famem miſeris hæc avia monſtrant.
Sed querulis ignoſce: ciet penuria queſtus.
Tu nutrix; tua cum lacrymis gnati ubera poſcunt, Excuſat querelas neceſſitas extrema.
Quæ volucrum generi, & pecudum pleniſſima præbes.
Hinc ſua cognoſcunt omnes exordia vitæ,
Huc redeunt duce natura, & vitalibus hærent.
Progeniem ſed enim materno in pectore partem
Præcipuam ſperare jubes; & poſcere fas eſt.
Nos tua progenies, teneráq; propagine fœtus,
Da, genitrix, mollémque ſinum, facilémq; papillam.
Talibus exorat veniam, populóque frementi
Eblanditur opem, reprimit dum jurgia vulgi,
Et meliùs ſperare docens his arguit Aron.
Ergóne ſic animis prima ad tentamina fracti 18
Cedimus? & tantam fortunam expendimus eſca? Aron po-
O tan-

pulli murmur ſedat

O tandem nunc verè inopes! nec enim indiga virtus;
Sed ſibi ſufficiens, aliis quoque dives abundat.
At, quoſnam hæc lamenta petunt, & jurgia? qui nos?
Qui Moſes, Arónque ſumus? Deus ipſe, Deique
Provida mens probris iſtis laceratur; & iras
Continet ille tamen; vobis certiſſimus author,

Murmur eſt in Deũ ipſum.

Dúxque viæ: quis enim Moſes, niſi ſervus? & Aron?
Servus uterque Dei, cui devovêre parentes
Obſequium, & proles, electa in Principe gentis.
Scilicet, ille ſinus in vos, & veſtra paternos
Hactenus obſtrinxit? vel eum nunc copia ſumptus

Fiducia providentiæ.

Deficit, ut mundi curas, veſtríque relinquat?
Aut tanta huc virtute tenus, tótq; agmina duxit,
Vt veſana fames miſeris præcordia paſcat?
Interea pelago ille feras, ſylvíſque ſaginet
Regifice, & muſcas plena ad mulctralia paſcat?

Moyſes eriam caſtigat querulos.

19 *Talia largifluo fundebat pectore verba,*
Cùm ſuper hæc veniens Moſes, plenúſque ſecundo
Numine ſubjecit. Quænam hæc fiducia, Cives?
Aut quæ deinde fidem veſtram ſpectacula firment?
Illa Dei necdum ſatis explorata voluntas,
Et vigiles in vos curæ? pudet addere teſtes,
Et noſtros laudare hoſtes; quas naufraga Memphis,

Beneficia priora exprobrat.

Et Pharao faſſus moriens; gentéſque tremiſcunt.
Vós ſolos, quorum tota eſt, nil gratia tangit?
Nec meminiſtis enim, mutatum ſanguine flumen
Peſtifero puros tabo colaſſe liquores;
Et liquidam vobis lucem effulſiſſe tenebris?
State animis, & ſpe ſecuros carpite ſomnos,

Promittit annonam.

Intereáque Deus ſparget toto æthere fruges.
Ætherea Cererem prima cum luce licebit
Colligere, & largas epulas inferre caniſtris.
Relliquias hodie Pharij conſumite farris;

Et coturnices in cœnam.

Ortygia Deus addet aves opſonia menſis.
Ite, dapes petite aucupio, & mactate volantes:
Hoc fidei pignus vobis & fœderis eſto.

Majeſtas Dei in Nube.

20 *His illi populum monitis ſperare jubebant,*
Cùm viſenda Dei majeſtas fulguris aurei
Accendit nebulam radiis; & luce verenda

Ter

Ter ſanctum jubar incutiens in caſtra, refulſit:
Sinao trepidæ fumarunt vertice rupes;
Et deſerta procul fulſerunt lumine ſaxa.
Tum ſimul invectæ vento cogente volucres
Vndique littoreis tolluntur in aëra terris,
Et ſonitu glomerante, velut ſi hiberna Canopi
Meſſibus Heſperiæ mutent examina, denſam
In nubem ſtipata cient: præit Ortygometra
Grandior, & radente ſolum Regina volatu
Findit iter liquidum, ſociáſq; in retia turmas
Ductat agens; utrinque premunt auſtralia flabra,
Ne latera in diverſa volent; ſed limite recto
Hebræis, quàm lata patent tentoria, caſtris
Incumbant, & humum ſtringant languentibus alis.
Sibilus antè volat ſtridor, murmúrq; volantum.
Corripiunt tela Iſacidæ, lætiq; parantur
Aucupio: fruſtrà pharetris, fruſtrà arcubus inſtant:
Plumoſis, Vertumne, tuis nihil artibus uſus,
Fiſtula, viſcatæq; vacent ſumma arbore virgæ.
Arte Pronœa nova volucres modò decipit auceps,
Non maculis, cornúve capit, non illice cantu,
Aut laqueo, regit imperio nutúq; volantes,
Inq; ſinum populi, vultúſq; impingit in ipſos.
Ergo avidi prædam plauſu, & clamore ſequuntur;
Attonitæ clamore magis turbantur, & inter
Plaudentum cecidêre manus: pars brachia paſſis
Hinc atque hinc agitant palmis & verbere ſternunt,
Faſcibus hi virgeis, illi ramalibus urgent:
Flamea pro jaculis capiti direpta puellæ,
Aut ſoleas adhibent, pueris dant tela galeri.
Nulla manus, nulla ceſſant quatere aëra veſtes;
Inſiſtunt, pedibúſq; terunt: jam nulla coturnix
Tanta è nube volat, præda latet abdita tellus.
Iam volitant ſolæ ventis ludibria plumæ.
Lætitia, feſtóq; ſonant convivia cantu,
Omnibus in plures ſuffecit copia menſas.
  Nox ruit, & dulces infert poſt pocula ſomnos,
Nox opera involvens ſolitis divina tenebris
In nova nunc tacitas myſteria commodat umbras,

Coturnices invectæ in caſtra.

Radunt terram volatu.

Aucupiũ facillimum.

Clamore ſternuntur.

Præda ingens.

21 Nox idonea myſteriis.

Arca-

Digitized by Google

Arcaniſq; hebetes oculos rationibus arcet.
Iſacidas ſopor altus habet, vigilante Pronœa;
Nox operoſa dapes illis toto æthere cogit,
Nox plenis eadem manibus tota horrea ſpargit.
Sit mihi fas, ô alma, tuos accedere fontes,
Nutriciſq; ſinus, ſalientiáq; ubera manna.
Provida ſic celeres nutrix affatur Ephebos.

22 Providentia nutrix docet Angelos novam piſtoriam.

Heus, pueri, quorum obſequiis ſuprema poteſtas
Naturæ exercet leges, ſeriémq; tuetur:
Tantus enim cenſetur honos ſervire Tonanti,
Quos adhibet ſocios operum, regniq; miniſtros.
Vos agitis motu cœlos; vos ducitis annos,
Labentéſq; polo flammas, & tempora certis
Signatura vices ſpatiis: nam frigus, & æſtas,
Autumniq; graves, tepido cum vere reguntur

Angelorũ miniſteria in naturę cura.

Lege Dei, veſtriſq; operis, rerúmque perennat
Copia, neu deſint campis in tempore fruges,
Neu pecudum intereant, hominúmque vicaria ſæcla.
Solicitatis enim magnos, regitíſq; labores,
Vt libeat dulces miſeris producere vitas.
Nec memorem inventas artes, monſtratáq; fraudum
Ingenia inſtinctu facili, queis bruta parare
Docta dapes, aſtúq; ſuos defendere partus,
Et varios vita contra contendere caſus.
Nunc aliam res poſcit opem: neque enim mea gnatis
Lacte unquã materna vacant, fruſtráve premuntur

Cura nova Iſraëlitarum.

Vbera, nec juſtis unquam ſunt ſicca querelis.
Ecce meo projecta ſinu tot millia pendent
Iſacidûm, nec difficile eſt mihi vertere cautes
In Cererem, aut fœtas pomis inducere ſylvas.
Majus opus molitur amor, cœleſtia liba,
Aligerúmque dapes, & adhuc mortalibus eſcam

Ex quibus Manna componendum.

Ignotam, quam nulla ſatis mirabitur ætas,
Nunc meditor, verámque paro Thaumantida menſis.
Ergo agite; & quidquid ſucci vitalibus aſtris
Defluit in terras, ſi quos habet herba ſalubres,
Et medicos fibris, vivaci aut caule vapores;
Si quis humo expirat, puriſve è fontibus exit
Halitus, aut vernis florum de meſſibus halat,

Delicias

Digitized by Google

Delicias quaſcunque bonis Sol educat horis;
Squamigerûm electos, volucrum, pecudúmq; ſapores
Illius quæ forma & ſpecies.
Collectos ſtipate manu; purúmq; liquantes
In rorem, poſt in teretes concreſcere gemmas
Cogite, cribratámque gelu ſtringente pruinam;
Vt ſe grando ſolet minimis innoxia guttis
Dividere, & veris primos aſpergere menſes:
Sic gravida de nube ſolo caſtra omnia circum
Pruinoſa grana.
Sideream largè nimbis profundite frugem.
Hæc alat, hæc vegetis conſervet corpora membris;
Vis & efficacitas.
Augeat hæc etiam juſtas cum corpore veſtes:
Vincla pedum & ſoleas ſervet, ne deterat uſus:
Sit ſimul hæc annona penus, ſit laniciúmque,
Sit panacea piis; medicóque inſtructa paratu
Arcula, quam morbi, quam nulla expugnet egeſtas,
Vis medica.
Inclyta divini ſpecies ſit denique Verbi:
Humanos ut cùm ſeſe inſinuarit in artus,
Typus Verbi in carne.
Vivificum vero jactet ſe nomine Manna,
Aurea quod ſervet cælo victoribus urna:
Veſter erit labor iſte, quoad promiſſa metantur
Fertilis Iſacidis Chananeïdos arua colonis.
Dixit, & undantes dextrâ preſſante mamillas 23
Exhibuit manna ad ſpecimen dulcedine mira:
Māna lac merũ divinæ providentiæ.
Erumpit grando niveis uberrima baccis,
Mellitique ſonant globuli, ceu ſeſama largis
Defluxêre cadis, purgatáve panica ſquamis,
Indica vel quales lectis Piſcaria conchis
Littore congeſtos gemmarum denſat acervos;
Aut etiam Braſila quales ab arundine ſuccos
Quibus ſimile bellariis.
Mellificis ſolers Europa excoxit ahenis,
Induat ut dulces coriandri ſemina cruſtas,
Sive ſuporifero tunicas inducat aniſo;
Grata que claudendis fingat bellaria menſis.
Mirantur ſpeciem Aligeri, mirúmque ſaporem
De Dominæ; Matriſque ſinu; celeréſque per auras
Mellificum rorem emulgent, & quidquid amicæ,
Vitaliſque fovet dives Natura medullæ,
Piſtores Angeli.
Veſcáque granata concinnant dona pruinæ,
Tum Zephyro purgatur humus; quam rore madentem
Cadit mane.

Flori-

Floridulo fruges toto ſuper æthere ningunt,
Et circum latè ſternunt pomœria campum.
Ante diem ſurgens roſeis Tithonia bigis
Excitat Hebræos. Dio diſtenta ſub axe
24 *Cura ducis ſteterat pernox, ubi conſcius almi*
Muneris, ætherei didicit præſagia farris,
Egreſſi thalamis circum caſtra omnia latè
Aſpectant niveo tellurem albeſcere limbo:
Ac velut effuſa nivibus candere pruina;
Petroſis Arabum, ac ſemper ſitientibus oris
Inſolitum, & verna cùm jam appetat exitus horæ;
Dictæique terat dudum Sol cornua Tauri
Exclamant patria Manhu! mirabile lingua,
Mirantéſque. Quid hoc? rogitant, iterúmque quid hoc ſit,
Attoniti quærunt: dedit admiratio nomen,
Et ſtupor: hinc Manhu, dictum mirabile Manna:
Nempe, quid hoc eſſet, docta neſcire vetuſtas
Nomine confeſſa eſt: guſtu cognoverat omnes
Manna referre dapes: & inenarrabile nomen
Indidit, æthereis quòd fas cognoſcere menſis,
Victrices ubi Manna animas paſcendo coronat.
O! mihi fas ſit tandem epulis accumbere Divûm!
Quo te, Manna, ſequar cantu? queis verſibus Euohe,
Eſuriénſque, ſatúrq; canam? quem nomine ſolo
Sic rapis attonitum plena ad convivia cœli,
Omnia ubi tecum demenſo congeris uno!
Intereà Moſes turbis ſcitantibus infit.
25 *Hæ fruges; hæc dona Deus Cerealia vobis*
Promiſit, fuditq; Pater cœleſtibus horreis
Sementem æthêrei vobis fecêre miniſtri,
Et meſſem ſparsêre ſolo, ſpargéntque ſub omnem
Auroram ſenis operum de more diebus.
Septima lux devota ſacris ſancta otia poſcit,
Servabitque docente Deo; nam nulla per agros
Illa farra die, cœlo ceſſante jacebunt,
Nulla cadent: ergo ſexta, quod quemque decebit,
Importate domos: demenſo gomore duplum:
Gomor enim menſura cibi ſit cuiq; diurni

Moſes vigil cognoſcit myſteria.

Populus manè admiratur donum.

Manna nomen.

Manna in cœlo quale.

Moyſes populum docet. Panis eſt Angelorum. Sabbato nō cadit.

Suffi-

Sufficiens: neque qui plures collegerit, ille
Amplius inveniet, vel plus abſumet edendo; demẽſum diurnum.
Nec qui fortè minus, quàm pleno gomore tollet,
Comperiet ſatis eſſe fami: modus omnibus unum
Gomor erit; juſtaq; dapes & regula menſis. Gomor, temperãtiæ mediocritas.
Præterea ne relliquias ſervate ſequentem
In lucem; ſibi quæque dies operoſa paratas
Inveniet fruges; curas Deus arcet inanes,
Solicitus ſatis ipſe ſuis. Si craſtina quenquam Sufficit diei ſua malitia.
Cura coquens hodie, quod edat cras, parcere coget.
Inveniet putres cras pro ſimilagine vermes: Cura craſtini caſtigata.
Arroſas tineis dabit illi cura placentas.
Sic Deus anxiferæ caſtigat vermina vitæ,
Et malè ſervatas plectit putredine fruges;
VERMIS *avarities carie præcordia carpit.* Avaritia damnata.
Sed, cùm ſexta dies duplam profuderit aſtris
Matutina penum, campóq; annona jacebit
Largior, in geminos cogantur prandia Soles: Fèria ſexta; gomor duplex.
Septima quippe dies heſterno lauta paratu
Otia aget, tantúmq; ſacris operata quieſcet,
Conditáq; heſterna conſumet liba farina: Non putreſcit Sabbato.
Propterea nullæ ſpargentur ab æthere fruges.
Has operum Deus ipſe vices jubet, atque quietis
Surgentem manè expediet prævertere Solem.
Intentos amat & celeres ut gratia præceps, Ante Solem colligendũ.
Et ſeges hæc omnis tepido ſub Sole liqueſcet,
Quæ ſubjecta focis eadem dureſcet ad ignes.
Quàm nos eſſe decet deinceps ante omnia gratos?
Quos Deus Aligerùm dignatur paſcere cura, Gratos poſcit.
Miſſilibus dapibus, nulloq; labore paratis?
Delicias nobis omnes una aggerat eſca.
O OPERUM *mirabilium memorabile ſummum!* Mnemoſynon bonitatis divinæ.
Quidquid habet fons ille boni; ſumma ille bonorum
Decoquit, & ſe uno, & ſua prodigit omnia miſſu!
Felices animas, quibus illud mandere manna Verbum Dei in carne.
Fas erit, immenſúmque epulis comprehendere Numen!
At nos intereà veſcamur imagine veri
Nectaris, & memores ſimulato melle fruamur.

Digitized by Google

26 *Dixit, & immiſſa libavit munera dextra*

Veſcitur Moſes.

Admirans niveum eximia dulcedine rorem;
Attritúmq; manu laudato Numine frangit
Dentibus, & ſacro ſolvit jejunia paſtu.

Populus avidè colligit guſtatum.

Protinus incumbunt omnes, & dente nivalem
Attoniti explorant meſſem; guſtúque cupido
Ardeſcit, cumulántque cadis, condúntque caniſtris,
Implentúrq; ſinus tunicis; crudámque legendo
Ore terunt, dulcique levant mercede laborem.
Nec paribus condunt frumentum miſſile ſcirpis:
His minor, his placuit demenſi copia major.

Miraculũ in menſura. 2. Cor. 8. 15.

Vt plenis rediêre cadis, mirabile viſu;
Gomor erat, quod quiſque tulit! nil plúſve, minúſve
Quiſquã habuit: Deus ipſe gulæ moderamine normã,
Naturæq; dedit, juſta eſt menſura cuique,
QUOD *ſatis eſt: ſic nullus eget, nec gomore plenus*

Relliquiis paſcuntur pecora.

Plura capit: non parca tamen ſtant horrea clauſis
Meſſibus, & pecori fas eſt abſumere campo
Relliquias, altíſque ſeges tabeſcit acervis;

Aut liqueſcunt, Sole exorto.

More nivis, Sole exorto, fragiliſque pruinæ.

Modus coquendi varius.

Nec modus incoquere, & componere fercula ſimplex.
Cruda Ceres puris imitata tragemata granis
Manditur, & fragiles acuit dulcedine grumos:
Hi ſaxóve, moláve terunt, tritámque farinam
In pultem, vel liba coquunt: hi cruſtula fingunt:
Illi ſcriblitas tenues ſartagine torrent.
INGENIOSA *fuit ſemper gula; primaq; ventris*
Ars erat, inventis faſtidia fallere ſuccis.
Vel Dodonæas juvit fallacia glandes.

Vulgaris ſapor qui oleati libi.

Nativus tamen ille ſapor, vulgaris ad omnes
Pertinuit, quem Palladiæ dant ubera baccæ,
Et referunt pura mellita ſiligine liba.
Sed vilis ſapor ille Deo, pecudúmque paratus
Faucibus, & nullo digni diſcrimine ſumptus.

Filiis Dei dubiam facit mẽſam ſaporum varietate.

Iſacidis pietas dubiis convivia menſis
Inſtruit, optatáſque dapum dat cuique cupido
Delicias: MANNA *in guſtus ſe temperat omnes.*
Ganea fit, quam quiſque cupit: fit Phaſidos ales:
Fit Iunonis avis ſucco: fit Dædala perdix:

Fit

Digitized by Google

Fit genus omne dapum vario mutante ſapores
Arbitrio, tranſitque omnes Vertumnus in eſcas.
O dignum monimentum auro ſanctiſque reponi Monimẽtũ in urna aurea.
Templi adytis! ut ſera ſequens intelligat ætas,
Quas epulas, præbente Deo, quæ fercula cœlo
Acciperent, per vaſta Patres, & inhoſpita teſqua
Felices paſtore Deo! quos vomere nullo
Solicitata tulit ſaturos cœli ubere tellus,
Secura octonis ducentes otia luſtris: Servanda & cœli adytis.
Tantùm præſidij meruit ſpes abdita cœlo.
Aurea ſyderea frugis ſimul urna recepit
Primitias, Aronque Deo libamina prima
Obtulit: afflato Vates ſic pectore fatur.
O fortunatos nimiùm nutrice Pronœa 27
Iſacidas! ſi ſancta dapis myſteria norint, Allegorica ſignificatio.
Qua Deus electam dignatus paſcere gentem,
Frumentum indixit cœlo, piſtoribus aſtris,
Æthereámque ſtatas epulas apponere menſis
Inſtituit pubem, & lauto faciliq; paratu
Natura congeſſit opes: huc vertite mentes,
Spargentémq; oculis hæc dona attendite dextram,
Atque illas optate dapes; quas nectaris ipſe Verbum vitæ.
Ambroſiaq; poteſt ſolus dare vivificus fons; Chriſtus, verum manna.
Ille pruinosâ modò fingit imagine vitam:
Ille olim vita condet ſub imagine fontem,
Implebitque ſacros epulis cæleſtibus orbes,
Triticeis miſtus laganis, laticiq; Lyæo. In Evchariſtia,
Nil jam illis epulis deerit; ſed ritè PARATA Omnia tunc parata.
Omnia erũt; domus ampla, patens & pluribus umbris,
Delectos tamen Heroas convivia poſcunt
Illa Dei: & cœlo quales epulantur Ephebi. Cœnaculum grande ſtratũ.
Has optate dapes; illud depoſcite Manna
Immortale poli; cui tantùm hæc cedit imago,
Corporibus quantùm veris umbratile ſpectrum.
Inſtauranda fides epulis, eſúque diurno
Aſſiduè quærenda fames: ſua cuique cupido
Gomor erit, vitaq; modus, menſuráq; fructus: Gomor ſua cuique fames.
Plus comedet magis eſuriens; meliúſque valebit
Pancratio pugil, & cœli ceromate victor.

28 Religio & cultus Sabbati traditur.

Sic populum, ſic ille duces, quo myſtica ritu
Vſurpanda forent caſtis alimenta docebat,
Septimáq; obſervanda dies, quo jure Creator
Orbis eam feſtâ ſacraſſet luce quietam,
Immunémq; operum perfectis ordine membris,
Queis ſtetit hæc mundi moles ſex nata diebus.

Sabbato incorruptũ manna.

Septima quippe dies tranquillo illuxerat ortu,
Feriæ erant cælo; & frugum penuria campis.
Mirantur ſextâ collecta cibaria luce
In geminas durare dies illæſa, neque ullis
Vermibus, aut olidâ carie marcentia tangi.
Quoſdam auſos violare diem, campiſq; negatam
Sacra luce foras progreſſos quærere frugem
Acriter increpitat Vates, pœnâſq; minatur.

Sabbati violatores caſtigat Moſes.

O animis, inquit, præfracti, accerſere mortem,
Atque Dei cumulare iras! num ſeptima tandem
Religione dies ſatis eſt ſancita, quiete,
Quam Deus ipſe ſui exemplo pronuntiat otij?

Sabbati otium toties deſignatum.

Nec vos iſta monent ſacros ſignantia faſtos
Prodigia? & cæli teſtes, terræq; vacuna?
Ecce vacant hodie nubes; agit otia cælum;
Aligerum manus omnis, & ars piſtoria ceſſant;
Conſueto nec rore ſolum, nec nubila ſudant.

29 Mundi creatio ſex dies tenuit.

Nunc dociles tanti ritus cognoſcite cauſas,
Expediam. Mundi ille Opifex, rerúmq; Creator
Æternùm ſibi ſufficiens, ſe ipſóq; beatus,
Indulgente ſua tantùm bonitate, ſibique
Gratificante uni; quis enim tunc alter ab ipſo,
Cùm nihil uſquam eſſet, primum ſtimulaſſet amorem?
Principiò cælum, ac terras exiſtere juſſit

Opus primæ diei.

Ex nihilo, cæcúmq; chaos compegit in orbem.
Empyrei ſummo ſtetit extima vertice moles:
In medio tellus immenſis ſubjacet undis,
Immenſúmq; operit tenebris nox atra profundum.
Nec ſpeciem tellus, formam nec pontus habebant:

Terra inanis & vacua.

Cunctorum tamen ille Opifex ſuper alta cubabat
Æquora, & informes tractabat Spiritus undas.

Lux creata.

Tum Deus accenſam Verbo ſplendeſcere lucem
Edixit, curſúq; novum circumtulit orbem

Gyran-

Gyrantem immenſis ſpatiis noctémque, diémque
Lucifero comites curru disterminat horis,
Deſcribitq; vices ſucceſſu; veſper & Eos
In primam coiêre diem; qua luce coruſcâ
Prima rudimenta, & teneri incunabula mundi
Mentibus Aligerum oſtendit cum luce creatis, Angeli cũ luce.
Laudavitq; Opifex lucem; lux ipſe, jubárque
Æternum, & nullas metuens à nocte tenebras.
Vna fuit prima illa dies, duxitque ſequentes, Vna prima dies.
Et ſeriem annorum, & nunquam reparabile tempus.
Cœperat altera lux ſummos perſtringere fluctus, 30
Cùm Deus in mediis molem concreſcere lymphis, Diei ſecundæ opus, firmamentum.
Cryſtalli immenſam molem, vitreámq; videri,
Perſpicuámq; hyalo mortales fallere ſenſus;
Et tamen ut ſolido duratam adamante fluentes
Scindere aquas ab aquis, mediámq; inſiſtere ſciſſis In medio aquarum.
Iuſſit, & Oceanum duplicem ſejungere ſepto
Inferiore mari, & ſupero confinia ponto,
Quod cœli inſcripſit cognomine firmamentum.
Tertia lux oritur; nutu in divortia fluctus 31
Ire jubet, cœlóq; ſuos oſtendere campos Diei tertiæ opus, ſeparata ab aquis terra.
Tellurem; ſpecubúſq; cavis attollere montes,
Congeſtóſq; lacus, & flumina claudere ripis,
Complectiq; ſinu fluvios, & vallibus imis
In mare præruptum devolvere fontibus amnes. Fluvij & fontes in mõtibus.
Protinùs in partes disjecta Tethyos unda
Illatebrant alveis ſeſe, cæcóſq; meatus
Sub terras rimata urgent ſibi flumina curſus Fluvij ſub terris meantes.
Incumbente retro pelago, & trudentibus undis.
Arida vix patuit tellus, cùm germina fudit
Imperio fœcunda Dei, veſtitáq; vernis Terra ſibi germinat veſtitum.
Graminibus, ſimul & meſſes, præcoctáq; poma
Extulit, & tenero liventes palmite botros,
Aptáque gignendis incluſit ſemina plantis
Omnibus, ut ſua cuique inſit genitalis origo. Sine Sole.
Nondum fixa polo fuerat Titania Lampas,
Et jam flava Ceres plenis undabat in arvis.
Quarta oritur cum Sole dies: nam ſpiritus idem 32 Diei quartæ
Affixit digitis ſtellas, & ſydera cœlo:

Digitized by Google

opus, Sol, *Signavitq; vias, adverſaq; ſigna locavit*
& ſidera. *In ſtatione, ſitúque: dedit ſua munia cunctis*
Partitus; certóſque obitus adſcripſit, & ortus.
Præcipuè immenſo donavit lumine Solem,
Lumina- *Primigenaq; facem lucis ceu lampade vinxit,*
ria duo *Æternúmq; dedit radiis ardentibus ignem;*
magna. *Quem vehat, & terras, mediúſq; illuminet aſtra,*
Lucentémq; globum Lunæ, quem ſemper ab alto
Dimidium videt, & nocturno lumine complet;
Ipſe ſuas mandátq; vices in noctibus abſens.
33 *Quinta luce Deus complevit piſcibus æquor,*
Diei quin- *Aëraque alitibus fœcundo è germine ponti:*
tæ opus, *Iuſſit enim fervere mare, & genitalibus undis*
volucres *Tollere ſe in ſpumas, mixto vitalia flatu*
& piſces. *Inſinuans alimenta, rapit calido aëre vitas,*
Reptantúmq; animas viſcoſis artubus igni
Elicit, & tremulis vegetat præcordia flammis.
Piſcium *In cruſtas abeunt lucentibus humida ſquamis*
natura hu *Nutrimenta; ſecant cuneatis æquora roſtris,*
mida co- *Et patria in molem quantamvis educat unda.*
pioſa. *Hinc fœcunda tument numeroſo corpora fœtu,*
Monſtroſaq; natant gentes, immenſáque cete:
Aviũ ra- *At volucrum aëriis rareſcunt corpora plumis,*
ra & aë- *Queis tenues tranant auras, & nubila findunt.*
ria. *Emerſiſſe fretis hilares liquido æthere pennis*
Librantur, mulcéntq; ſuum concentibus æquor,
Amant *Ováque ceu piſces cognato ſemine ponunt:*
aquas. *Durat amor maris, & patrios lætantur ad amnes.*
34 *Sexta luce Dei verbo vegetata potenti*
Sextæ *Quadrupedes genuit limoſo è glutine tellus,*
diei opus, *Mortaleſq; animas ſimili de ſemine duxit:*
quadru- *Sed Deus adſperſit quædam ſimulamina mentis*
pedes. Inſtinctus *Cuilibet, & certas generi vitæ indidit artes,*
varij mẽ- *Æternúmque dedit ſervandæ ſtirpis amorem:*
tis ex par- *Legibus illecebras dulces, & tempore rexit.*
te æmuli. *Iam cives inſtructa ſuos elementa tenebant,*
Appoſitiſque dapes, & idonea pabula paſſim:
Errabántq; feræ, & pecudes ſine præſide campis.
Homo *Deerat adhuc animal ſolers, ſublime, ſagáxque,*

Cuncta

Digitized by Google

Cuncta quod æthereæ regeret molimine mentis,
Mundi hæres, Dominiq; vices tradentis habenas,
Conſilióque, manúque gerens moderamine juſto
Flecteret, ac viva monſtraret imagine Numen.

hæres mundi creandus, Dei imago.

Moliturus opus tantum, ſe conſulit ipſum
Æternus Genitor, ſibi ſoli effabile Verbum
Advocat, æternúmq; adhibet conſultor Amorem.

Conſultatio SS. Trinitatis.

Et, faciamus, ait, noſtráq; ab imagine mentis
Ductum hominem, toto dominum ſtatuamus in orbe:
Ille feras volucréſq; regat, pelagíq; profundo
Imperet, immensámq; domum ratione gubernet;
Par illi mens imperio; mentiq; poteſtas
Sufficiat; noſtráſque vices gerat inſita virtus.

Mundi dominiũ datũ Dei Vicario.

Sic ait: & molli fingens uligine membra,
Erexit ſimulacrum animæ, mentiſq; ſagacis
Hoſpitium: penitis vitæ retinacula venis
Inſerit, humentem cerebro, & vitalibus ignem;
Torpentéſque aperit ſenſus, & ducit ad unguem.

Corporis formatio.

Tum de vivifico ducens ſpiracula fonte
Infragilis faciem limi propenſus inhalat,
Inſinuátq; luto cæleſtis originis auram,
Immortalem auram vitæ, quâ afflata repentè
Intrat in oſſa vigor; ſenſu præcordia pollent:
Vividus ora color pingit, frontémque ſerenat
Majeſtas; cuncta agnoſcunt viventia Regem.

Immortalis animæ creatio & inſpiratio.

Dotalem Deus illi addit cum conjuge Mundum.
Hæc poſtquam perfecta, Opifex opera omnia luſtrat,
Cenſuráq; probat. Divina Momus in arte
Nil habet: ingenio inſigni reſpondet amuſſis:
Nec minor eſt ſumma arte manus, verbiq; poteſtas:
Nec ſupereſt quod agat cunctis tanta arte peractis.

Conjux Heva. Dotalis mũdus. Omnia valde bona.

Septima lux ergo meritam tulit orta quietem 35
Artifici, juſſitque Deus ſacra otia terris.
Sic memores, ſocióſq; ſuæ nos eſſe quietis
Imperat, ac tantùm ſacris incumbere curis,
Inde vacunales, quos poſcunt Sabbata, ritus,
Sacra animis, & ſacra manu tractare quietos,
Finiat humanos dum tandem Octava labores.

Diei ſeptimæ quies & Sabbatũ religioſũ. Octava erit in cœlo.

opus, Sol, & ſidera.

Signavitq; vias, adverſaq; ſigna locavit
In ſtatione, ſitúque: dedit ſua munia cunctis
Partitus; certóſque obitus adſcripſit, & ortus.
Præcipuè immenſo donavit lumine Solem,

Luminaria duo magna.

Primigenæq; facem lucis ceu lampade vinxit,
Æternúmq; dedit radiis ardentibus ignem;
Quem vehat, & terras, mediúſq; illuminet aſtra,
Lucentémq; globum Lunæ, quem ſemper ab alto
Dimidium videt, & nocturno lumine complet;
Ipſe ſuas mandátq; vices in noctibus abſens.

Diei quintæ opus, volucres & piſces.

33 Quinta luce Deus complevit piſcibus æquor,
Aëraque alitibus fœcundo è germine ponti:
Iuſſit enim fervere mare, & genitalibus undis
Tollere ſe in ſpumas, mixto vitalia flatu
Inſinuans alimenta, rapit calido aëre vitas,
Reptantúmq; animas viſcoſis artubus igni
Elicit, & tremulis vegetat præcordia flammis.

Piſcium natura humida copioſa.

In cruſtas abeunt lucentibus humida ſquamis
Nutrimenta; ſecant cuneatis æquora roſtris,
Et patria in molem quantumvis educat unda.
Hinc fœcunda tument numeroſo corpora fœtu,
Monſtroſaq; natant gentes, immenſáque cete:

Aviū rara & aëria.

At volucrum aëriis rareſcunt corpora plumis,
Queis tenues tranant auras, & nubila findunt.
Emerſiſſe fretis hilares liquido æthere pennis
Librantur, mulcéntq; ſuum concentibus æquor,

Amant aquas.

Ováque ceu piſces cognato ſemine ponunt:
Durat amor maris, & patrios lætantur ad amnes.

Sextæ diei opus, quadrupedes. Inſtinctus varij mētis ex parte æmuli.

34 Sexta luce Dei verbo vegetata potenti
Quadrupedes genuit limoſo è glutine tellus,
Mortaléſq; animas ſimili de ſemine duxit:
Sed Deus adſperſit quædam ſimulamina mentis
Cuilibet, & certas generi vitæ indidit artes,
Æternúmque dedit ſervandæ ſtirpis amorem:
Legibus illecebras dulces, & tempore rexit.
Iam cives inſtructa ſuos elementa tenebant,
Appoſitáſque dapes, & idonea pabula paſſim:
Errabántq; feræ, & pecudes ſine præſide campis.

Homo

Deerat adhuc animal ſolers, ſublime, ſagáxque,

Cuncta

Digitized by Google

hæres mundi creandus, Dei imago.

Cuncta quod æthereâ regeret molimine mentis,
Mundi hæres, Dominiq; vices tradentis habenas,
Conſilióque, manúque gerens moderamine juſto
Flecteret, ac viva monſtraret imagine Numen.
Moliturus opus tantum, ſe conſulit ipſum

Conſultatio SS. Trinitatis.

Æternus Genitor, ſibi ſoli effabile Verbum
Advocat, æternúmq; adhibet conſultor Amorem.
Et, faciamus, ait, noſtraq; ab imagine mentis

Mundi dominiũ datũ Dei Vicario.

Ductum hominem, toto dominum ſtatuamus in orbe:
Ille feras volucréſq; regat, pelagíq; profundo
Imperet, immenſámq; domum ratione gubernet;
Par illi mens imperio; mentiq; poteſtas
Sufficiat; noſtráſque vices gerat inſita virtus.

Corporis formatio.

Sic ait: & molli fingens uligine membra,
Erexit ſimulacrum animæ, mentiſq; ſagacis
Hoſpitium: penitis vitæ retinacula venis
Inſerit, humentem cerebro, & vitalibus ignem;

Immortalis animæ creatio & inſpiratio.

Torpentéſque aperit ſenſus, & ducit ad unguem.
Tum de vivifico ducens ſpiracula fonte
In fragilis faciem limi propenſus inhalat,
Inſinuátq; luto cæleſtis originis auram,
Immortalem auram vitæ, quâ afflata repentè
Intrat in oſſa vigor; ſenſu præcordia pollent:
Vividus ora color pingit, frontémque ſerenat

Conjux Heva. Dotalis mũdus. Omnia valde bona.

Majeſtas; cuncta agnoſcunt viventia Regem.
Dotalem Deus illi addit cum conjuge Mundum.
Hæc poſtquam perfecta, Opifex opera omnia luſtrat,
Cenſuráq; probat. Divina Momus in arte
Nil habet: ingenio inſigni reſpondet amuſſis:
Nec minor eſt ſumma arte manus, verbiq; poteſtas:
Nec ſupereſt quod agat cunctis tanta arte peractis.

Septima lux ergo meritam tulit orta quietem 35

Diei ſeptimæ quies & Sabbatũ religioſũ. Octava erit in cœlo.

Artifici, juſſitque Deus ſacra otia terris.
Sic memores, ſocióſq; ſuæ nos eſſe quietis
Imperat, ac tantùm ſacris incumbere curis.
Inde vacunales, quos poſcunt Sabbata, ritus,
Sacra animis, & ſacra manu tractare quietos,
Finiat humanos dum tandem Octava labores.

Digitized by Google

LIBRI SEPTIMI

Argumentum, & Synopſis.

COMPLECTITUR hic liber Exodi caput 17. ſtationem, ſcilicet, undecimam ad Raphidim: ubi laboratum eſt primùm aquæ penuria, & paulò pòſt largiter ſcatentibus de percuſſa petra fontibus, recreato populo, fuſus prælio, fugatúſque Amalec, qui pridie ad veſperam extremos agminis Iſraëlitici tardiùs ſequentes ceciderat, Deut. 25. 17. Mandatum eſt hoc bellum Joſuæ Duci à DEO deſtinato, deſignatóque, qui delectu militum habito Amalecitas commiſſo prælio profligat, & ſalutiferi nominis auſpicio, & Crucis præſidio: quam mente complexus interim Moſes in monte, & in petra deſidens, elatis in cœlum, paſsíſque brachiis, typicâ Virgâ adumbrat. Inexpiabile indictum Amalecitis inde bellum, quòd inſidias in via intenderint Iſraëlitis, ut incautos, & labore fractos opprimerent, gratiis de victoria DEO actis, tropæum de teterrimo hoſte conſtitutum.

1. Amalecitæ veriti, ne ſuos fortè fines invadant Hebræi, Ægypto profugi, arma capiunt, & vicinos populos incitant; apta Gebalitis regio petroſa ad belli furta, & latrocinia.

2. Amalec inter Eſau nepotes nobilis, ſed ſpurius, ex Thamna pellice, gentis Princeps hic fingitur: & belli incentor Huza odij Eſau in Jacob hæres ob ereptum honorem juris primigenij fraude Rebeccæ. Sed aliæ fuerunt etiam belli cauſæ, inſtinctu Dæmonis, qui vetere gentis utitur odio.

3. Oreſtas fingitur Magiſter equitum, qui ſpeculatus caſtra Iſraëlitarum docet Huzam, facilè opprimi poſſe incautos, & inedia ſitíque confectos: ſubornatus Dæmon Oreſtam agit, & Oratorem.

4. Huza ſpe prædæ ingentis facili victoria ſuos in inſidiis

inſidiis opperiri jubet, ut caudam agminis primùm cædant.

5. Daphca & Alunte ſtationibus præteritis, in quibus nihil geſtum memorabile, ſtatione undecima caſtra ad Raphidim poſita ſunt: tentatur aquæ penuria populus, & ſeditione ſubitâ tantùm non lapidat Moyſem.

6. Aquæ fontes ſanguine ſuo libenter redimeret à DEO Moyſes: ſed hoc pretium ſervatur Chriſti Sanguini, quo aperientur fontes Salvatoris: aquæ interim uberes de percuſſa petra Horeb promittuntur.

7. DEUS, Angelo ſtante ſuper petram, indicat quam percuti velit: adſtantibus populi Principibus percuſſa petra ſcinditur in largiſſimos fontes, unde fluvius ſubitò excurrit in caſtra.

8. Excurritur in fontis originem, & cauſas.

9. An petra illa caſtra ſequeretur? An ut lapis manalis circumferretur ad perennes aquas populo fundendas?

10. Comparatur fons ille cum aperto in maxilla aſini fonte in gratiam Samſonis, cujus victoria perſtringitur. Jud. 15.

11. Amalecitæ interim adoriuntur extremos agminis, qui laſſi ſequebantur ſegniùs.

12. Crudelitas Huzæ ſævientis in plebem inermem.

13. Stragis nuntio in caſtra allato, Moyſes ultorem brevi Deum promittit: Joſuem ducem deſignat.

14. Joſuem docet, quid opus facto, delecto milite: & clypeo donat inſigni gentilitiis Joſephi ſymbolis.

15. Delectum habet Joſue: tria millia è ſingulis Tribubus conſcribit: quæ quatuor præcipuis ducibus partitur, ſervato ordine, qui in caſtris circum tabernaculum locandis poſteà traditus: ſtrenuè militem exercet pro tempore.

16. Exploratores, diſpoſitis excubiis, in caſtra hoſtium miſſi vident fervere omnia armis, & animis ſpe prædæ, & heſterni latrocinij fiduciâ.

17. Inſultant Amalecitis conjectis in caſtra telis, auſpicio pugnæ ſibi felicioris.

18. Huza ſuos in aciem educit: ejus habitus, & arma ab Eſau.

19. Hortatur glorioſè ſua agmina; irriſo fugitivorum Iſraëlitarum, & claudicantium exercitu.

20. Joſuæ contra acies compoſita, ſilentio intenta vadit.

21. Quadripartita. Dux primæ aciei Nahaſſon gentilitio Leone Judæ in vexillo. Illi junguntur Zabulon, & Iſſachar. Zabuli vexillum inſigne anchorâ, Iſſacharis, laborioſo, & forti aſino, quæ inſignia ſymbolica ex Patriarcharum ſortibus petita, Gen. 49. & Deuteron. 33. Secundam aciem ducit Ruben ſuſpenſis mandragoris. Adduntur illi Simeon & Gad: ille enſem vexillo appingit: iſte cataphractum militem.

22. Tertia acies ad dextram interior, Ephraim, primogenito Tauri conſpicuo labaro. Junguntur illi Manaſſes, & Beniamin: ille Rhinocerota fumantem naribus ſuſpendit ſigno: iſte rapacem lupum. Quartam aciem, quæ etiam interior ad lævam, ductat Dan gentilitio ceraſta notabilis, ſive ille Samſonem deſignet, ſive Antichriſtum. Connexæ illi Tribus Nephtali, & Azer: illa Ceruo emiſſo è retibus libertatem affectans per Baracum & Deboram, Judicum 4. & 5. In Azeris vexillo liba triticea, & panis regius.

23. Joſue aciem inſtruit: velitem collocat: omnes alloquitur, & hortatur exemplo.

24. Clypeus Joſuæ deſcribitur gentilitiis Joſephi pomis, è Solis & Lunæ pomariis memorabilis: eum è ſepulchro Joſephi cum Patriarchæ oſſibus Eliſamas ſuſtulerat olim affixum: Soli poſteà imperavit, ac Lunæ, & utriuſque curſum inhibuit.

25. Moyſes in monte Chriſtum in Cruce ſublatis adumbrans cum Virga manibus, orando pugnat, & impiorum odia in Chriſti regnum cum Amaleticis devovet diris, ex Pſal. 2.

26. Ioſue in campo ſtrenuè pugnam committit, & exemplo facit, fundítque hoſtes.

27. Huza

27. Huza ſuos ſiſtit: miratus nullum ex Hebræis cadere, veneficiis id adſcribit: haſtatos opponit, & pugnam enſibus fieri jubet.

28. Joſue ſuos etiam collato pede rem gerere hortatur, & Enacidas aliquot ipſe obtruncat.

29. Illuſtres aliquot cædes ab Hebræis ducibus patratæ.

30. Moyſes interim manus paululum remittit, & terga vertunt Hebræi. Huza ſuos reſtituit, & in gradu reponit.

31. Joſue ſuos fugientes fruſtrà revocat, niſi Moſes intendat manus ac preces.

32. Moyſes ſuorum periculo admonitus inſtaurat vota, & preces.

33. Obfirmatis manibus, ſubjecto ſaxo myſtico deſidet, brachia hinc inde fulcientibus Aarone & Hure. Moſes, & Ioſue Chriſtum unum adumbrant.

34. Salutifero ſigno certa conſtat Hebræis victoria: fugientes Amalecitas inſequitur Joſue: Nahaſſon Oreſtam ſternit.

35. Huza jam propè deſertus à ſuis deliberat de morte: in ſuum ipſe gladium incumbere fingitur, probabiliter; ut aliquot aliorum caſus.

36. Joſue receptui canit; ſuos recenſet, agnoſcit nullum deſiderari magno miraculo.

37. Ara ingens DEO erigitur in trophæum, ad agendas gratias.

38. Aræ inſcriptio, *Dominus, exaltatio mea.*

39. Moyſes in raptu cognoſcit res gerendas à Samuële & Saule, 1. Reg. 15. contra Amalecitas: & juſſu DEI bellum ſine fœdere in eos indicit Hebræis, juratum à DEO, & profeſſum.

41. Inde caſtra moventur, & ex Raphidi die eadem ad Sinam applicantur; quo ſummo manè præceſſerat populum Moyſes, ad legis apparatum.

LIBER

LIBER SEPTIMUS.

STATIO AD RAPHIDIM, UBI AQUÆ DE PETRA, ET VICTUS AMALEC.

1 Amalecitæ arma capiunt.

TALIA fundebat memorans oracula Vates,
Paſcebátq; animos divini nectare verbi.
Interea gentes Arabum, vicináq; regna
Invidia, & timor acer agunt, defendere fines,
Aut armis premere incautos, temeréq; vagantes
Iſacias furtim inſidiis accidere turmas.
Sollicitat ſocios Amalecus, & undiq; vires
Rupibus aëriis ſeptâ Gebalitide condit.
Scrupea latronum ſtatio, & peridonea furtis (Gebalitis petroſa.)
Vallibus obliquis, ſaxis pendentibus antra,
Ingentéſq; ſuper ſcopuli contracta latebris
Arma tegunt, belliq; metum, faciémq; pericli
Diſſimulant altam mentita ſilentia pacem.

2 Huza, Rex Amalec, Eſau nepos,

Thamniades Rex Huza locis, de ſtirpe profana
Villoſi patris, & rufa de gente, parentis
Inteſtina fovens odia, ac de ventre creatas
Exercens inimicitias, queis viſcera matris
Torſerunt gemini fratres certantibus iris,
Quis prior exiret partu ſub luminis auras; (Iacob & Eſau in utero pugnant. Gen. 25. 22.)
Ceu faceret partu hæredem Lucina priorem.
Dîa ſed humanas prævertit gratia ſortes,
Majori anteſtare dolet natura minorem.
Hinc illæ lacrymæ, & ſævis rugitibus ardens
In fratrem furor; & ſimulata injuria forma,
Hirſutáſq; manus mentita vellere pelles.
In ſobolem tranſmiſſa odia, & ſine fœdere bellum,
Cadmeiſq; rogis par, aut inimicior ignis.
Eſaydes Eliphas Amalecum è pellice Thamna

Suſtu-

Suſtulit: hic gentis Princeps, & fautor aviti
Diſſidij, Iſacidas ſceleratis appetit armis;
Inſanus! quem nec Pharia experientia cladis,
Nec præſens adeò auxilium, tuteláq; cœli

Oreſtas, magiſter equitum.

Deterrent: Draco Tænarius caligine mentem
Eripuit, tumidóq; iras, & cornua Regi
Addiderat, faciem, & voces imitatus Oreſtæ;
Qui volucres ducens alas, Hebræa latenter
Agmina jamdudum exterior ſectatur, & omnes
Explorare vias juſſus, tum commoda fraudi
Tempora; deprenſóſq; hoſtes, victóſq; canebat.

Satanas Oreſtam ſimulat.

Ille premens fumantis equi calcaribus armos,
Advolat, & Regem dictis audacibus implet.
Quid ſegnes ceſſamus? ait: cur perdimus horam,

3 Oſtendit faciles inſidias.

Quam fortuna dedit; populiq; ignara, Ducíſq;
Anxietas; quo caſtra loco ſe exanguia condant?
Exarmat, quos ipſa fames? nec vincere captos
Gloria; ſed ſpoliis tamen exonerare paratis
Iucundus labor, & dulcis ſine ſanguine merces:
Niliacis, nec enim mentitur fama, gravantur,
Agménq; impediunt opibus, quas callidus author
Conſiliique, fugæq;, ſacri ſimulamine cultus,

Feſſum & grave ſpoliis agmen.

Abſtulit, & furtis Superûm prætendit honores.
Nunc trepidi, tergíſq; ſuis inſtare paventes
Reſpectant dominos, temeréq; per avia lapſi,
Vltricem fugitant extrema per omnia pœnam.
Detrectant Ducis imperia, & jam pœnitet auſos
Deſeruiſſe Pharum; malléntq; reducere prædas.
Cogit enim maleſuada fames, & ſqualida diræ

Fame & ſiti confectum.

Regna ſitis; natúmq; opera ad ſervilia vulgus.
Vidi ego confectos macie fruſtráq; gementes,
Rorantem in foliis quæſiſſe humentibus imbrem,
Ad Peluſiacam memores ſuſpiria lentem
Miſiſſe optantes luteos iterare labores.
Libertas adeò vilis! ſervire paratos
Annonâ exiguâ, & nullo mercabere ſumptu.
Ipſa fames tibi victa virûm ſimulacra ſubegit,
Primigenámq; tuo tandem te jure reponit.
Sic fatus Regem Furiis immanibus ambit,

4 Huza lo-

Arden-

Digitized by Google

cat ſuos in inſidiis.

Ardentéſq; animos prædâ invitante laceſſit.
Poſcit equos; equitúmq; jubet præcurrere turmas;
Lævâq; Iſacidas gyro exteriore ſequentes
Ingruere, ut fraudum fauces monſtrarit Oreſtas;
Inſidiiſque locum, ſi quâ ſe dividat agmen
Hebræum, aut feſſa ſidant ſub faſce cohortes.
Præcipuè ſi vulgus iners, oneratáq; turba
Langueat armatis retrò divulſa catervis;
Hinc fore prima levis tentanda pericula pugnæ;
Inde peti bello auſpicium, & felicibus armis
Fortunam, præſtò in mediis cum robore regni
Adfore, & illatis auſurum ex omine ſignis;
Facturúmque gravem certo diſcrimine pugnam.
Mentitur magnam Regi ſpes lubrica partem:
5 Auſpicium facit illuſo victoria fallax.

Statio nova Daphca. Alus decima. Statio undecima ad Raphidim.

Moverat in Daphcam Nubes; hinc migrat Aluntem
Verſus; & ad Raphidim undecima ſtatione quieſcit;
Arenti, & ſine fonte plaga; ſitis aſperat iras;
Inſtigátque furor feſſos: jam murmure ſævit
Turba minax, ſolitíſque Ducem petit impia linguis.

Murmur & ſeditio ob aquæ inopiam. Lapidatio.

Duc, age, duc properam ad mortem, ſæviſſime fratres:
Parcere quid ſimulas, quos lento conficis igni?
En morimur, fractiq; viâ, lymphíſque negatis
Subſidio vitæ primò: da protinus amnem,
Quem populus bibat, & pecudes; da nubibus imbrem,
Aut morere, & populi flammam reſtingue cruore.
Hæc ſimul, & jam ſaxa manu furiale minantes
Intentant, jaceréntque, niſi placidiſſimus Heros
Frangeret alloquiis, & verbis mollibus iras,
Spe Superûm, & cæli clypeo ſeptemplice fretus.

Moyſes ſedat populum.

Nec veſtram inficior mercari ſanguine vitam
Iſacidæ, neque morte mea recludere fontes,
Si qua patens hac vena viâ, neque me iſta cruentant
Probra, vel hi terrent lapides, intentáq; tela.

Scelus murmuris.

Spes me læſa movet, ſummiq; injuria Patris,
Cujus jam toties fodiunt hæc jurgia pectus;
Soláque propenſam poſſunt avertere dextram
Muneribus, vel lethales arceſſere rivos

Fonti-

Digitized by Google

Fontibus è Stygiis, gentique inducere peſtem.
Si placuit tentare Deum, tentate precando; — A Deo petenda aqua.
Mecum humiles conferte preces. Sic fatus, ad aſtra
Vertitur, & præſens Numen, flammante columnâ,
Compellat. Poteriſne, Pater, miſereſcere gentis — 6
Ingratæ, & populum toties tolerare furentem? — Aquam poſcit à Deo Moſes.
Nunc etiam infeſti, verbiſq; ferocibus inſtant;
Extorquere odium potiùs, quàm vota merentes;
Si tua nequitiæ bonitas ſuccumberet ulli.
Reſpice nos tamen, & latices largire petitos.
Æthereæ quorſum fruges, quibus unda negatur?
Imple epulas, fonteſque tuis ne ſubtrahe menſis.
Frangar ego ſaxis, redimam dum ſanguine lymphas,
Et populus bibat iſte tuus. Sic ore precatus,
Sentit opem, & maiora ſuis miracula votis. — Deus aquâ promittit.
Nam Deus è croceo reſpondit talia nimbo:
Sanguinis alterius merces erit iſta Sequeſtri,
Percuſſo cujus ſalient de corpore fontes, — Chriſtus, fons vitæ.
Ille mihi ſanguis pretium pendetur aquarum;
Quas ſtatuo vobis olim, mundóq; piandis:
Iſacidæ, gentéſq; bibent: vos illa ſequetur — Petra manalis, Chriſtus.
Saucia multiplici manalis vulnere Petra;
Luſtrandóq; ſuas orbi circumferet undas:
Illam ego percuſſam ligno, ferróque recludam:
Inde ſalutiferos læti potabitis amnes.
Tu modò tolle manu Virgam, quâ ſanguine flumen
Mutaſti; & Tribuum ducibus comitantibus ito
Huc ad finitimi ſcopulos feſtinus Horebi; — Typus Chriſti, petra in Horeb.
Oſtendam ſilicem præſens, quæ tacta repentè
Diſſiliet, largúmq; fluens tabeſcet in amnem.
Sic ait. Ad montem Procerum ſpectante coronâ
Adſtiterat Moſes: ſcopuli ſuper ardua ſtantem — 7
Aligerum videt, & ſaxum, venámq; notantem. — Angelus ſuper petram.
Turba Ducum teſtes oculos intenta tenebat,
Ad quos elato radio ſic Legifer infit.
Nunc etiam tanto impietas in lumine cæca — Moſes conteſtatur duces.
Ambigit, an præſens Deus huc vocet agmina ductor?
At vos ille adhibet teſtes, hac judice petra.
Si Deus ipſe author negat hoc mihi flumina ſaxo,

Men-

cat ſuos in inſidiis.

Ardentéſq; animos prædâ invitante laceſſit.
Poſcit equos; equitúmq; jubet præcurrere turmas;
Lævâq; Iſacidas gyro exteriore ſequentes
Ingruere, ut fraudum fauces monſtrarit Oreſtas;
Inſidiiſque locum, ſi quâ ſe dividat agmen
Hebræum, aut feſſa ſidant ſub faſce cohortes:
Præcipuè ſi vulgus iners, oneratáq; turba
Langueat armatis retrò divulſa catervis;
Hinc fore prima levis tentanda pericula pugnæ;
Inde peti bello auſpicium, & felicibus armis
Fortunam, præſto in mediis cum robore regni
Adfore, & illatis auſurum ex omine ſignis;
Facturúmque gravem certo diſcrimine pugnam.
Mentitur magnam Regi ſpes lubrica partem:
5 *Auſpicium facit illuſo victoria fallax.*

Statio nova Daphca. Alus decima. Statio undecima ad Raphidim.

Moverat in Daphcam Nubes; hinc migrat Aluntē
Verſus; & ad Raphidim undecima ſtatione quieſcit;
Arenti, & ſine fonte plaga; ſitis aſperat iras;
Inſtigátque furor feſſos: jam murmure ſævit
Turba minax, ſolitíſque Ducem petit impia linguis.

Murmur & ſeditio ob aquæ inopiam. Lapidatio.

Duc, age, duc properam ad mortem, ſæviſſime, fratres:
Parcere quid ſimulas, quos lento conficis igni?
En morimur, fractiq; viâ, lymphíſque negatis
Subſidio vita primò: da protinus amnem,
Quem populus bibat, & pecudes; da nubibus imbrem,
Aut morere, & populi flammam reſtingue cruore.
Hæc ſimul, & jam ſaxa manu furiale minantes
Intentant, jaceréntque, niſi placidiſſimus Heros
Frangeret alloquiis, & verbis mollibus iras,
Spe Superûm, & cœli clypeo ſeptemplice fretus.

Moyſes ſedat populum.

Nec veſtram inficior mercari ſanguine vitam
Iſacidæ, neque morte mea recludere fontes,
Si qua patens hac vena viâ, neque me iſta cruentant
Probra, vel hi terrent lapides, intentáq; tela.

Scelus murmuris.

Spes me læſa movet, ſummiq; injuria Patris,
Cujus jam toties fodiunt hæc jurgia pectus;
Soláque propenſam poſſunt avertere dextram
Muneribus, vel lethales arceſſere rivos

Fonti-

Digitized by Google

Fontibus è Stygiis, gentique inducere peſtem.
Si placuit tentare Deum, tentate precando; A Deo petenda aqua.
Mecum humiles conferte preces. Sic fatus, ad aſtra
Vertitur, & præſens Numen, flammante columnâ,
Compellat. Poteriſne, Pater, miſereſcere gentis 6
Ingrata, & populum toties tolerare furentem? Aquam poſcit à Deo Moſes.
Nunc etiam infeſti, verbiſq; ferocibus inſtant;
Extorquere odium potius, quam vota merentes,
Si tua nequitiæ bonitas ſuccumberet ulli.
Reſpice nos tamen, & latices largire petitos.
Ætherea quorſum fruges, quibus unda negatur?
Imple epulas, fonteſque tuis ne ſubtrahe menſis.
Frangar ego ſaxis, redimam dum ſanguine lymphas,
Et populus bibat iſte tuus. Sic ore precatus,
Sentit opem, & maiora ſuis miracula votis. Deus aquâ promittit.
Nam Deus è croceo reſpondit talia nimbo.
Sanguinis alterius merces erit iſta Sequeſtri,
Percuſſo cujus ſalient de corpore fontes,
Ille mihi ſanguis pretium pendetur aquarum; Chriſtus, fons vitæ.
Quas ſtatuo vobis olim, mundóq; piandis:
Iſacidæ, genteſq; bibent: vos illa ſequetur
Saucia multiplici manalis vulnere Petra; Petra manalis, Chriſtus.
Luſtrandóq; ſuas orbi circumferet undas:
Illam ego percuſſam ligno, ferróque recludam:
Inde ſalutiferos læti potabitis amnes.
Tu modò tolle manu Virgam, quâ ſanguine flumen
Mutaſti; & Tribuum ducibus comitantibus ito
Huc ad finitimi ſcopulos feſtinus Horebi; Typus Chriſti, petra in Horeb.
Oſtendam ſilicem præſens, qua tacta repentè
Diſſiliet, largúmq; fluens tabeſcet in amnem.
Sic ait. Ad montem Procerum ſpectante coronâ
Adſtiterat Moſes: ſcopuli ſuper ardua ſtantem 7
Aligerum videt, & ſaxum, venámq; notantem. Angelus ſuper petram.
Turba Ducum teſtes oculos intenta tenebat,
Ad quos elato radio ſic Legifer infit.
Nunc etiam tanto impietas in lumine cæca Moſes conteſtatur duces.
Ambigit, an præſens Deus huc vocet agmina ductor?
At vos ille adhibet teſtes, hac judice petra.
Si Deus ipſe author negat hoc mihi flumina ſaxo,

Men-

Mentior, & vanum merito concerpite ferro:
Si fluvios dabit icta ſilex, qui caſtra pererrent;
Mentitur cæca impietas, vel judice ſaxo,
His illam ſcopulis producta redarguat unda.

Percutit petram.

Sic ait, & Virga perfoſſam cuſpide rupem
Impulit; illa tremens venis exundat apertis;

Saliunt aquæ.

Mille vias totidem rivis ſimul undique laxat;
Mille ſonant rauci ſalebris obſtantibus amnes:
Sed ſalebras, & ſaxa rotant, campóq; refuſi
In fluvios coëunt: bibulis procurrit arenis

Fluvius exundãs.

Vnda ſequax, aperitque vias ſidentibus alveis,
Importátque novis undantia pocula ripis.
Sic cùm valle cava ſcopulis hinc inde revulſis
Procumbens medio curſu mons impedit amnem,

Similis torrentibus clauſis.

Aggere ſaxorum, & ſylvis obſtantibus undæ
Aſſurgunt ſtagnante lacu, molémque ſuperſtant
Victrices: tum prona repens per ſaxa voluta
Dant ſonitum, rapidiſque fremunt torrentibus inter
Luctantes ſcopulos, ſéque ejaculantur in auras
Stagna arctata vadis, & iter ſibi ſpumea rumpunt
Per ſcatebras, & mille ſecant ſola plana fluentis;
Præcipiti rapuêre caſas, campúmque ruina.
Haud aliter ſciſſâ decurrunt flumina petra.
Abſorpti propè ſunt Proceres ſalientibus altè
Euripis, vix tanta oculis miracula credunt

Fluvius de petra petit caſtra.

Teſtibus; attonitique fatentur munere Numen.
Infuſi campo latices in caſtra feruntur
Multiplici flexu, ſcatebriſque perennibus undant
Pocula Achæmenio non inferiora Choaſpi.

De cauſa & origine novi fontis.

8 *Dicite, Pegaſides, quibus alitis ungula fontem*
Fodit equi; & vitreis conceptæ Naïades antris;
Scitis enim quibus è thalamis ingentia currunt
Flumina, vel tacito ſubter traducta meatu
Interiùs vegetant terras, quibus ille latebris
Erupit liquor, & ſubito tactu ocyor amnis
In ſiccos ſaliit ſcopulos, venáſque micantes
Per ſolida effracta trajecit viſcera rupis
Nictu oculi? quid enim virgæ miranda poteſtas,
Imperiúmque viri, niſi ſummo impulſa tridente

Et

Digitized by Google

Et fontes, & ſaxa manum ſenſêre Tonantis? Deus fontis autor.
An radij impulſu cautes tabeſcere juſſa,
Momento in liquidum defluxit largiter imbrem? An conversa rupes in aquam?
Denſáq; continuò ſic rareſcentia fluxu
Montis inelicitas abierunt viſcera lymphas?
An Deus ipſe aquilex cæcis dedit oſtia ſtagnis
Sciſſâ rupe? cavo penitùs qui monte latebant An latebat fons alveo rupis?
Erupêre lacus, pelagíq; ab origine primâ,
Vt fontes alij, venâ fluxêre perenni:
Nam ſic, ut perhibent, non raro erumpere ſueti
Montibus abruptis ignoti gentibus amnes.
An velut in fluviis ſapiens librator aquarum
Arcanum patefecit iter? punctóq; coëgit
Temporis, emiſſas ferri ſiphonibus undas?
An potiùs ſimul hìc plures permiſcuit artes? Plura hìc miracula.
Diſſolvit primùm rigidas in flumina cautes,
Sicque dedit procul alta cavo ſpelæa meatu.
Tum pelagi humorem ſcrupoſis intulit antris;
Saccatúmque ſinu gelidæ telluris, in auras
Dulcibus extruſit juſſum ebullire ſcatebris.
ARS ILLI MANUS *atque artis menſura voluntas.*
Quid, ſi qua placuit Iudæis fabula chartis 9
Non adeò magnum lapidem, plauſtróq; vehendum Conſequens Hebræos petra. 1. Corint. 10.
Circum caſtra, dedit MANALEM *gentibus eſſe?*
Impoſitus curru juges, velut amphora, lymphas
Vberibus ſemper plenis, ſempérque paratis,
Fundebat populis circum ſubdentibus urnas;
Et modò Palladij rivis manabat olivi,
Nunc dabat Actæum nectar de rupice mammâ. Deuter. 32.13.
Sugebant de petra oleum, & de marmore mella:
Credo equidē, quid enim indignum, genióq; paterno,
Munificáque manu; paribus quæ prodita monſtris, Dei liberalitas.
Mirificè toties ſecuros pavit alumnos:
Sic & inexhauſti ſuffecit guttus olivi Oleum auctum ab Eliſæo.
Implendis tot deinde cadis, cùm norma fluendi,
Et modus admotis tantùm penderet ab urnis;
Nec vacuâ ubertas depleri poſſet ab orcâ.
Sic viduæ expugnata fames, vatíſq; favore Elias auxit farinā & oleum viduæ.
Flammivomi exiguæ ſuperarunt liba farinæ,

Ne modicâ exhauſto decreſceret hydria fundo;
Dum defrænatis caderent de nubibus imbres:
Nam verbo Elicius frænarat nubila Vates.

10 Samſon.

Sed, quid ego te præteream, fortiſſime gentis
Dux, idem miléſque tuæ; qui prælia ſolus
Conficis, & nullam ſociis ſpem ponis in armis?
Quæ latices præferre ſuos Aganippides auſint;

Fons è molari maxillæ. Aganippe aſini è dente.

Aut conferre tuis? quamvis Neptunius Ales
Illis eximium famâ regnator equorum
Elicuit fontem; tibi mala molaris aſelli
Exhibuit lymphas. Flammis populantibus agros;
Vltus erat Samſon polluti fœdera lecti;

Samſonis arma, & victoria.

Nec ſoceri incenſi pœnâ, nec conjugis igni
Vindice contentus, ruptis in prælia vinclis,
Martem oculis ſpirans, medios irrumpit in hoſtes;
Incursúque ruit cuneos; pedibúſq; cadentes
Proterit; eliſis illos dat faucibus Orco;
Immolat hos pugnis; protrudit calcibus illos;
Obruit hos clypeis, gravibúſque elidit in armis;
Extorquétq; manu, frangítq; trabalia tela;
Nec ferrum torquere ſuum dignatur in hoſtes.

Maxilla aſini clava Hebræo Herculi.

Victor erat, maxillam aſini cùm fortè jacentem
Ante pedes videt; hanc dextrâ rapit arduus Heros.
Hæc fuit Herculeo non mendax clava labori
Inſultans ignominiam fugientibus infert.
Tótne Philiſthæos Satrapas dare terga rudentis
Ad pecoris malam? veſtris hæc moribus arma
Degeneres, hæc digna dabunt jam funera victis.
Dixit, & intonſo fatalem vertice crinem,
Hiſpidáq; ora comis arrecto horrore tremendum
Erigit, & nullo mortes diſcrimine miſcet.

Gloriatur victor.

Mille viros illo telo certamine ſternit.
Martia Nazarei pertentat gloria pectus;
Proiiciénſque manu telum victrice, trophæo
Conſtituit; laudiſq; animum dulcedine mulcet.

Tropæũ Elevatio maxillæ.

Hæc manus, hoc telũ eſt, inquit, quibus edita ſtrages
Mille virûm, ſtagnátq; hoſtili ſanguine campus:
Quid, ſi animis paria arma meis fortuna dediſſet,
Atque Philiſthæas omnes hoc pulvere turmas?

Hoc

Hoc poteram finire uno certamine bellum.
Hæc aſini maxilla loco dabit inclyta nomen.
Deterius telum eſt, victoris adorea major.
Sic fatur: flagrânſque ſiti, ſqualénſq; decoro — **Sitit miles glorioſus, & ſiti docetur.**
Pulvere, nequicquam curſu veſtigat anhelo
Exiguum laticem; & tenuis ſolatia venæ.
Me miſerum! victorem, inquit, victoria perdit;
En morior! méq; hoc morientem pœnitet unum,
Quòd nondũ mea mors magno ſatis hoſtibus empta eſt.
Bellipotens Deus, hanc ego nunc ſi te auſpice victor
Fudi aciem, venitq; tuo mihi munere palma,
Siccine me extingui lymphis patiere negatis?
Adfuit oranti Deus; excuſſúmq; molarem
Maxillari aperit clavâ, fontémq; revulſo
Dente ciet, gelidúmq; jubet ſcaturire liquorem. — **Fons è molari dente.**
Inde ſitis compreſſa; fluunt in ſæcula lymphæ,
Abruptúmque vehunt terris, & nubibus amnem:
Ars in utroque eadem viget, & par fonte poteſtas. — **Fonti è petrâ ſimilis eadẽ manu.**
Illa dat è ſaxo fluvios, è dente fluenta.
Sed mihi jam dudum nimis, ô Mavortia Cleio,
Naïadum ſectaris aquas, cùm ſæva cruorem — 11
Claſſica turbatis fundant Amalecia caſtris, — **Tranſitus ad bellum Amalec.**
Hebræóque novum tingatur ſanguine flumen.
Ergo age, ſume tubas, Amaleco occurre furenti;
Nunniada te ſigna vocant, tibi ductor IESVS
Arma canenda movet: clypeum nemo altiùs unquam
Extulit; aut acies meliori nomine fudit.
Vix bene libatis populus conſederat undis, — **Extremũ agmen Iſraëlitarũ.**
Extremum nec adhuc vallo ſe incluſerat agmen:
Ieiuni, feſſiq; viâ; nam plurima vulgi
Reſtiterat retrò turba, & languentia longâ
Membra ſiti, vix incenſo ſub Sole trahebat,
Faſcibus, & multâ gravior Mareotide prædâ.
Quos ubi præſidio nudos conſpexit Oreſtas,
Præq; ſiti effoſſis humorem lambere glebis;
Exoritur mediâ tumulo improviſus arena, — **Inſidiæ ab Amalec.**
Illatiſq; ferox interſecat agmina turmis.
Hinc ferit; inde fugat; nulliſque obſtantibus alas
Explicat, & longo palantes orbe reflectit.

Hinc fugiunt, atq; inde; fugam complexus utrinq;,

Cæditur vulgus feſſum via & ſiti.

Dedentes clamore manus, prædámq; trucidat.
Tolluntur lamenta polo promiſcua vulgi;
Nec lacrymæ feræ corda movent, nec plebis inermes,
Fœmineæq; manus, annis nec feſſa ſenectus.

12 Huza Rex fugam claudit.

Qui procul extremi ſteterant avertere frontem
Audito clamore parant, ac rurſus Aluntem
Retrò legunt; quibus occurrens Amalecius Huza
Inſtat, & averſos furiis majoribus urget;
Inciditq; fugam, & cædes inglorius edit;
Infantúmq; ſuper, projectáq; corpora matrum
Calcat eques, nec quem feriat ſtantem invenit hoſtẽ:
Strata jacent, nullúmq; hebetant tot funera ferrum.

Strages Hebræorum.

Sic ubi diverſis paſcuntur bucera campis
Armenta, & vituli tauris abſentibus errant,

Cæduntur ut vituli à leonibus.

Paſtorúmq; procul cuſtodia ſtertit in umbrâ,
Impaſti teneram ſobolem invaſére leones,
Cui nondum nodoſa toris, nondum ardua cervix
Cornibus, & fortes carecto, & cautibus armi:
Securi, imbelléſq; terunt nova paſcua pratis,
Et facilem prædam molles lactentibus annis

Amalecitæ ſimiles leonibus.

Marmaricis fecêre feris: illi apta rapinis
Tempora corripiunt, indignatiq; cruentos
In pecus abjectum mergunt immaniter ungues,
Quod ſuper ire ſatis fuerat, ſtratúmq; relinqui,
Et dare ſupplicibus vitam terrore peremptis.

13 Spoliantur.

Vt rabiem explevit ferrum, furor alter habendi
Ad ſpolia advertit curas; jámque ipſa receptum
Impendens tenebris dubio nox Marte canebat;
Nam vicina volans jam moverat agmina rumor
Iſacidûm, dederátq; iras, animóſq; paratis
Vlciſci ferro latronum ignobile bellum.

Nuncius ſtragis caſtra excitat.

Exorbent iræ lacrymas; nec ſæva ſuorum
Funera, nec planctu prædam, queſtúve requirunt;
Arma omnes ſimul, arma fremunt; nec cæca moratur
Inſidiis loca, nec per noctem incognitus hoſtis.

Moſis promittit ultionem.

His medium ſeſe Moſes ardoribus infert
Magnanimus, portánſq; Dei conſulta profatur.
Vtetur Deus his animis, armiſq;: dolorem

Spe

Digitized by Google

Spe cohibete, viri, ne quid violentior irâ
Impetus, aut cæco peccet vindicta tumultu
Deteriùs: ſpolia in tuto ſunt omnia vobis;
Et paucas inopum furtivo milite cædes
Cras Amalecitæ non pauca ſtrage piabunt,
Et jam non viciſſe volent, nec longa trahentes
Gaudia, cæſorum vitas cum fœnore ſolvent.
Nunniadem Ieſum præſago nomine vobis Ioſuë dux deſignatur.
Ductorem Deus inſtituit, ſpondétq; ſalutem.
Vos conferte viros, atque arma electa tributim,
Obſequiúmque Duci; peraget mox cætera virtus,
Et faciles oculos Deus ad ſua prælia flectet.
Alloquitur ſic deinde Ducem. Tu prima capeſſe, 14
Tu poſtrema Dei fatali nomine bella Eũ Moyſes docet.
Nunniade; clypeúmq; gravem munimine cœli
Tolle manu, quatiens vitali ex arbore ramos,
Oſtenta Lunæ ac Solis fragrantia poma,
Felicéſq; poli ſylvas, ac vera ſalutis
Pignora, FELICEM PATRIAM, *quam poſcimus armis,* Clypeum tradit pomis cœli inſignem. Deut. 33. 13.
Ille dabit cœlo victor, quem nomine geſtas.
Lucifer ut primo tenebras purgarit Eoo,
Duc acies, hoſtémq; prior fidenter ovantem
Aggredere, in ſpeculis ſtabo, & de vertice ſummo
Conciliante Deum Virgâ, tibi debita mittam
Auxilia, ut juſtas adamet victoria partes.
Dixerat, eximiis Auſes jam ſtabat in armis: Ioſuæ dignitas & virtus.
Bellipotens Deus illi animos, digna ora, manúſq;,
Conſiliúmq; ſagax opera ad tam grandia Martis
Addiderat, ſpes magna viro captabat honorem;
Strenuáque officiis ſtudium collegerat ætas
Imperio matura ſatis, viridíſq; juventâ.
Certatim coiêre Duces, lectiſſima gentis
Robora, delectas numerato milite turmas
Sub vexilla vocant. Sed ne certamina mole 15
Turba gravet; meliúſq; manus collecta lacertos Delectum habet.
Contractis moveat numeris, & gloria cœlo
Stet ſua, cujus opem ſine multo milite virtus
Senſerit, exiguas placuit conſcribere vires;
NEMPE, VIROS *poſcit, non plurima nomina bellum.*

Millia terna tribu de qualibet eligit Auſes,
Et quatuor ſecat in partes: pars cætera caſtris
Deſidet, egregium Ducis aſpectura laborem,
Iuſſáque ſubſidio portas, vallúmq; tueri.

Partitur in quatuor Duces.

Principibus quatuor totidem ſub ſigna coactas
Partitur, manditq; acies, campoq; patente
Explicat, electúmq; locat ſtabili ordine robur,
Aſſignátq; ſitus, alternáq; ſigna movendis

Diſponit & exercet militem.

In latus omne globis, celeri ut diſcrimine ſortes
Compulerint, & certa omni prudentia caſu
Conſilium in campo dederit, ſeu fortè referre,
Seu deceat proferre pedem: nil cæca libido
Audeat, aut præceps rationem obnubilet ira:
Non timor eripiat mentem, non gloria tollat.
BELLA VOLUNT ratione geri, neque maxima virtus
Viribus eſt, aut ingenio cenſenda ferinis.
JUSTITIÆ EST grave Martis opus. Ius arma tuentur,

Curata corpora.

Aut repetunt, juſtáſq; jubet victoria leges.
Poſtquam diſpoſitis hæſerunt agmina ſignis,
Mandatáq; vices Ducibus ſunt, & ſua cuique
Munia, quod ſupereſt noctis curare jubentur
Corpora, dum miſſus redit explorator ad hoſtes,

Excubiæ poſitæ.

Excubiáſq; procul mediis interiicit agris,
Ac propè ad hoſtiles caſtrorum promovet ignes.

16 Exploratores Hebræi.

Tres ierant curſu inſignes, manibúſque perinde
Ac pedibus prompti, & pariter ſolertibus acres
Ingeniis, ſervare locos, captare loquentum
Conſilia, & certos hoſtis deprendere ſenſus.
Adreptant taciti, ſummóq; ex aggere foſſæ
Per tenebras inimica oculis caſtra omnia luſtrant.

Speculantur caſtra hoſtium.

Æquoreas numerum cernunt qui vincat arenas,
Immenſiſque procul ſe fundere millia campis,
Et paſſim vigilare ignes; nec in agmine tanto
Mole ſua quidquam turbari, aut cedere ſomno,
Præcipere arma animis omnes, lucémq; ſequentem
Expetere ad prædas: quid enim Memphitica poſſint
Mancipia, excuſſis niſi vertere terga catenis?
Regem ipſum mediis cernunt equitare maniplis,
Hortantémq; Duces, & ſigna movere parantem.

O ſe-

Digitized by Google

O ſegnes Amalecitas! etiámne poteſtis Caſtra Amalec intẽta ad pugnam.
Carpere adhuc ſomnos? neque ſpes hodierna ſoporem
Rumpit adhuc? nec adhuc memores heſterna tenetis
Auguria, & captos primis congreſſibus hoſtes?
In manibus prædæ, ſupereſt ſed plurima belli Huzæ Regis fiducia.
Illecebra, & merces: certum eſt odia omnia fratrum
Hac hodie finire manu, regnúmq; minori
Eripere, & natu majori reddere ſceptrum.
Hæc, ſimul inflatiſq; tubis vigilare catervas
Imperat, & lateri cunctos accingere ferrum,
Prævertiq; diem furtis, dum copia campo,
Quam cupit, & fructus pugnæ ſibi detur aperto.
Hic ſubſeſſores juvenes, nec plura morati 17
Exarsêre animis. Qui vocaliſſimus Idas Hebræi exploratores inſultant caſtris.
Clariſona inſultans exclamat voce per umbras.
LATRONUM *eſt fugitare diem, tua furta ſub auras*
Protrahet exoriens juſto cum vindice Titan.
Invenies animos, non quæ ſervilia fingis,
Vt tua nobilibus veſania vapulet armis.
Hæc ſimul, & tortas baleari verbere glandes
Tres jaciunt, totidem nervo ſtridente ſagittas
Auſpicium pugnæ, caſſo nulla incidit ictu:
Sed totidem certo ſparſerunt vulnere mortes.
Gliſcit Idumæo pudor, & violentia Regi Huzæ Regis ira.
Ire equites, vallúmq; jubet tranſcendere ſaltu,
Infaméműq; notam illuſis avertere caſtris:
Sed juvenes Hebræa fuga jam caſtra tenebant.
Iámque ſub auroram ſenſim pallentibus aſtris 18
Stabat Horebeo proſpectans vertice Moſes Acies caſtris eductæ.
Eductas caſtris acies, quæ Sole propinquo
In campum adverſis denſa legionibus ibant.
Inde Amaleciadum inſanis clamoribus alæ,
Effuſiq; ruunt pedites, ceu manè renato
Menſibus hibernis fundunt ſe millia ſylvis Amalecitæ ſimiles corvis.
Coruorum, campóſque petunt, aut littora; longè
Arva ſonant, rauciſq; ſtupet clangoribus æther;
Fuſcavêre diem pennis, campúmque prementes
Nigra nube tegunt, roſtriſque voracibus arctant.
Eminet in furvis ſublimior Huza quadrigis, Huzæ ha-

bitus & arma.

Deſpectátq; acies villoſo hirſutus in urſo,
Moribus Eſaydes, feritate exultat avitâ;
INGENIUMQUE *notho pejus cum ſanguine fluxit.*

Venator ut Eſaü.

Tela ſonant humeris, arcúſq; inſigne paterni,
Longa manu lato præfert venabula ferro.

19 Huza alloquitur ſuos.

Ille ubi vicinos audere in prælia vidit
Iſacidas, validóq; gradu decreſcere campum,
Bellatoris equi tergo ſuſceptus habenis
Flectitur in cuneos, aciéſq; hortatus oberrat.
Nunc animis, Amalecitæ, nunc fortibus hora
Pectoribus, dextríſque: Dij, ſic ſpero, faventes
Hanc dixêre diem vobiſcum abolere parati

Ridetur claudicãs Iſraël.

Dedecus antiquum, veteriſque opprobria fraudis.
Loripedes Iſrælitas meliore palæſtra
Sternere nunc pronum, victóſq; extendere campo,
Quos cophinis domitos Phariis penuria vicit,
Et ſitis: ire pudet contrà, & ſpoliare jacentes;
Vix unum deni è vobis, qui pugnet, habebunt,
Vtendum ſed ſorte Deûm: pugnabitur olim

Spem prædæ facit.

Ad decus, & laudem; ſint hæc modo prælia lucro,
Pro ſpoliis Pharaonum, antiquo & Taneos auro.
Ergo animis revocate odium, redituráque nunquam
Tempora, quæ Superi dederint, abſumite ferro.
PARTURIT *æternam pugnæ brevis hora quietem.*

Diſponit aciem.

Sic ait accendens iras: tum cornua longè
Porrigit, & medias acies legionibus implet.
Ipſe ingens, animiſque ferox, & robore præſtans.

20 Ioſuæ acies, compoſita, ſedata, ſilẽs.

Nec minùs ex alia fidenter parte propinquant
Nunniades, quatuórque duces; undantibus altè
Vexillis, delecta gradum ſpe millia firmant;
Intentis vadunt animis, ultróque ſilentes,
Vt meliùs fortunam oculis, hoſtémque quieto
Sortitu excipiant, primóque in turbine frangant.
Manalios ſic cùm ſaltus agitante Diana
Turbavêre feras, actóſque cubilibus apros

Similes attento venatori & tacito.

Excuſſêre canes, triviis immiſit apertis
Spumantes furor; in medio ſtat poplite fixus
Venator, ferrúmque tenet connixus in haſtâ,
Ceſpitéque adverſo firmatum haſtile minatur

Expe-

Digitized by Google

Expectans, ruit acta canum latratibus ingens
Inferrum, ſeque ipſa ſuo fera vulnere figit Furor
Tranſadigens, cæco curſu dum fertur in hoſtem. præceps
Ille capit cultrum, jugulúmque in gutture rumpit. noxius.
Pulvere nequicquā infrendens dentem exacuit ſus.
Intentus ſic Nunniades procedit in hoſtem,
Diſponitque ſuos. It dextra in fronte Nahaſſon; Prudentia
Fulgentémque auri radiis, minióque leonem Ioſuæ.
21
Ardentem, patrij præfert inſignia regni. Nahaſſō
Conſequtur clypeata phalanx: junguntur utrinque Dux Iu-
Zabuli, Iſſacharíſque manus, queis propria pendent dæ.
Suppara, & inſignes proavito ſtemmate ſortes. 1. Vexil-
Anchora fluctiſono Zabuli in littore puppim lum, leō
Alligat, argenti turgent vada cærula ſpumis. Iudæ. 2. Zabuli
Iſſachar invictum quæſtu lactante laborem, anchora.
Suppoſitis oneri coſtis teſtatur Aſelli. 3. Iſſachar
Fertilibus patiens ultrò pecus accubat arvis, aſinus
Cui medio geminus ſtans auro Terminus hæret. fortis.
Lævam aciem ductat Princeps Rubenos Eliſur, Tribus
Mandragoris humana procul ſimulantibus ora Ruben.
Inſignit vexilla cohors, mediamque coronat 4. Man-
Humano vultu faciem; quo callida philtro dragoræ. Gen. 30.
Æmula vota Lie illuſit mercata maritum. 14.
Rubeni accedunt Simeon, & Gaddus in armis, 5. Simeō,
Et conjuncta locant ſociis tentoria caſtris. enſis.
Fulgentem argento Simeon ſuſpenderat enſem
Pro ſigno, quantum, quo ſydera terret Orion
Fulgurat, & velo ludentes verberat auras.
Ferreus, & toto cataphractus corpore miles Gaddi.
Gaddiadum labarum gravat: ut duo protegat unus. 6. Vexil-
Tertia Ephremais acies viget inclyta turmis. lū. milles.
22
Eſſamas pubem ductat, niveique juvenci Ephraim.
Taurinam attollit ſpeciem, qui vomere forti 7. Taurus
Niliacas vertit glebas; hunc copia pomis
Obruit, & frugum ſertis annona coronat.
Cognata hunc propior ſequitur legione Manaſſes Manaſſes.
Rhinocerota tenens cornu; placidóſque labores 8. Rhino-
Taurorum armatâ ſtimulatus protegit irâ. ceros.
It comes ille rapax fratri lupus, acer & ipſe Bējamin.

Irarum ſtimulis, quanquam languente ſenecta
Editus obtinuit materno funere vitam.
Stat ſpoliis prædo in mediis, ebulóq; cruentum
Faucibus, & rictu velum lupus haurit hianti.
Inde lupi legio galeas de pellibus aptat.

Tribus Dan.

Danniadûm jam quarta acies vicina locatur
In mediis, laterique hæret concluſa ſiniſtro.

19 Ceraſtes equũ mordens.

Extulit immanem telà volitante ceraſtam,
Purpureis cui terga horrent liventia ſquamis,
Sævus apex capiti aſſurgit, nunc aſtra laceſſit
Aſſultu, nunc depoſitum caput orbita condit,
Vt peditum plantis, ut clam inſidietur equorum

Antichriſtus coluber.

Calcibus, excuſſóſque equites voret ore trilingui.
Iam cupit extremo mundi dare vulnera talo.
Collectámque fovet rabiem ſub dentibus atris.
Mordebit coluber, poſtremáque toxica ſparget
Regulus heu! ima Danos de fæce creatus,
Væ populis, quibus hoc ſpumabunt felle venena.

Nephtali. 12. Cervus emiſſus.

Nephthalida juxtà pugnant, Cervúmque tuentur,
Emiſſum maculis, campóque patente volantem.
Necdum fata ſciunt patriis olim edita faſtis.

Barac & Debora. Iud. 4.

Ille dabit campis ſtrages, pugnáxque timorem
Excutiet preſſus canibus, ſævóque latratu,
Ad Ciſſonis aquas Siſaram fuſo agmine vertet,
Eripiétque ſuos. Cervo dux fœmina belli,

Aſer. 12. Panis pinguis.

Fœmina divino fundens mera mella lepore.
Denique triticeis Aſer clariſſima libis
Signa movet, puro ſuſpendens farre maniplos,
Hinc & purpurei menſis accedere Reges
Optabunt, ad delicias ſuaviſſima liba.

23 Hebræi omnes pedites.

Hos omnes peditum cuneos pedes ipſe præibat
Nunniades: neque enim Iſacis tunc ullus equorum
Vſus erat, pugnas ſolitis præſtare pedeſtres.

Ioſue velitẽ præmittit.

Vertitur in mediis ductor, levioráque tela
Extrahit ante acies, primóque in pulvere ſiſtit,
Et jubet effuſâ telorum grandine, rurſus
Ilicet in medias tutos ſuccedere turmas;
Tum gladios aptent dextris, & ſcuta ſiniſtris,
Procurſuq; iterum relevent prima agmina frontis.

Dein

Digitized by Google

Deus ſic hortatur ſtrictis mucronibus omnes.
Hæc cauſa eſt, bellúmque Dei, qui præbuit arma,
Et jubet, ille dabit vires, animóſq; catervis,

Alloquitur ſuos, & firmat.

Succeſsúmq; ſuis: læſi hæc injuria cœli,
Quam nunc ulciſci manibus, ferróque jubemur.
Virtutis prima hæc, fideiq; pericula noſtræ.

Cauſa Dei eſt.

OMNIA SUNT *in principiis; illo ordine deinceps*

Omen victoriæ.

Cuncta fluent, quem quiſq; animo, dextráq; ſibi nunc
Inſtituet. SAEPE UNO INGENS *decus obtigit actu.*
Fortiter hîc cecidiſſe decus, vitámque putate
Illuſtrem famâ, & pretio virtutis emendam.

Decorum hic mori.

Ille mihi contingat honos: neque præmia miles
Inferiora meis quiſquam pete: ſorte licebit

Miles & Dux pares ſorte.

Nos omnes pugnare pari: commilito primus
Hoſtiles feror in cuneos; veſtigia tantùm
Obteſtor Ducis, atque manum obſervate ſequentes.
Ite & in adverſos, & mecum vertite terga.

Exemplũ Ducis.

Eſte viri; neque vos numero conterreat hoſtis.
Abramidæ ſumus, ex illo de ſanguine patris,

Non in numero victoria.

Qui fortes etiam famulas in prælia dextras
Auſpiciis, ductúque facit; qui quinque tyrannos
Victores, prædâ tumidos, populoſáq; turbâ

Abrahæ vernæ. 318.

Ter ſenis, & ter centum fugat agmina vernis.
NON DUBITAT COELO *adſcribi victoria parvâ*

Dei victoria.

Parta manu; Deus hinc meliùs cognoſcitur author.
Nunc illi præbete manus; nunc ſtringite ferrum:
Ecce vocant hoſtes. Sic fatur, & agmine certo
Exultans præit ipſe gradu; clypeúmq; coruſcat 24
Ingentem, & Solis radiis, & Nomine Sancto

Clypeus Ioſuæ qualis.

Fulmineum, radiat fulvis adamantinus umbo
Incluſus circum clavis; micat aſpera tortis
Circum oras chalybum nodis ſolido ære corona

Poma Solis, & Lunæ Ioſepho promiſſa.

De viridi electro ramos, frondéſq; ſmaragdo
Circulus implexis nectens ceu brachia ſylvis
Ambit opus; pendent cœleſti ex arbore poma
Aurea, de Lunæ, ac Solis decerpta viretis,
Aſtra ſuis blandè arrident Titania donis;

Sol, & Luna in clypeo.

Solis enim ac Lunæ ſapphirina ſtabat imago
Lucis in obſequium, & longæ miracula pugnæ:

Solem

Digitized by Google

Solem infra, Lunámque fluunt cum nectare rores
Nubibus, & ſilices tellus illuminat auro,
Torrentéſque undant confuſi lactis amomo.
At medium umbonem nativa in imagine gemma
In umbone nomẽ Ieſu. *Non hominum cælata manu, temeratáve ferro,*
Attollit, firmátque adamas, cælóque tremendum,
Atque Erebo præfert, haud ulli effabile Nomen.
Hoc munus pater Iſacides moriturus, apertis
Fata legens in morte oculis promiſerat olim
Iacobi in Ioſephum amor. *Ioſepho; quem præcipuo complexus amore*
Virtute eximium donis, & honore ſepulcri
Exſortem fratres inter præſtare volebat;
Cujus adoravit moriens faſtigia ſceptri.
Ille potens Phariis opibus, poſt fata parentis
Effinxit monimentum auro, & gentile ſacravit
In ſpecimen: tumulo exuvias poſuêree nepotes.
Elyſamas illum inde tulit, cùm tolleret oſſa
Ioſephi, ingreſſus patrij penetrale ſepulcri.
Nunc illo ſe Nunniades, aciémq; tuetur
Ancili; dedit ipſe Duci geſtamina Moſes
Soli. & Lunæ imperabit. *Myſtica, quæ ſtellas, & præcipitantia poſſint*
Aſtra tenere pólo, Soliſque infringere curſus.
Sic Gabaon Solem; ſic Lunam è valle morantem
25 *Aialon vidêre Ducis clypeóq;, manúq;*
Moyſes in monte orans figurat Chriſtum in Cruce. *Elata immotos currus ad juſſa tenentes.*
Nunc animis eiſdem fiducia vadit in hoſtes.
Quos ubi jam metas intra, ſpatiúmq; ſagittæ
Ingreſſos videt aërio de culmine Vates;
Collacrymans tollit duplices ad ſidera palmas,
Brachiáq; extendens virgam comprendit utraque
Fatalem, validáq; Deum ſic voce precatur.
Pſalm. 2. *Quare fremuerunt gẽtes?* *O Pater, heu! tantóne tuo molimine Regi*
Sceptra, domúmq; paras populis toto orbe vocandis?
Sic tamen & Reges pateris, populóſq; tumentes
Infremere, & motis conſultò incurrere bellis
Te contra, Chriſtúmq; tuum? tibi ſceptra, thronúmq;
Conari eripere; & cælum fœdare ruinâ?
Fœdere junxerunt vires, animóſq;: nec audis
Hortantes ſcelera, atque odij inſanabile virus?

Quis

Digitized by Google

Quis Deus è cœlo nobis obſtacula ponat?
Quis leges, aut arcta jugó dare fræna ſolutis
Audeat? aut laqueo regalia nectere colla?
Vt ſemel excuſſi faſces, abruptáq; vincla.
Nunc agite, indociles legum, dominóſq; peroſi
Exoriens cœli properate exſcindere regnum.
Libertas genialis erit, bonáque otia merces.
Sic illi, Pater, inſultant: tu lentus in iras,
Aut ſimulas ſomnos, aut hæc jam ſegnior hauris.

Conſpirant gentes in Chriſti regnum.

Incentor populorum Amalec, & buccina bellis,
Qua conjurato moverunt fœdere gentes
In regnum, Chriſtúmq; tuum; ſit & impius idem
Exemplo: quippe inſidians præcludere primus
Auſus iter dira innocuis ultrò intulit arma.

Amalec belli author.

Det pœnas, Reges doceat ſua facta ſequentes,
Vt caſtigato ponant arma impia faſtu,
Sit facilis, ſit tuta tuo via publica regno.

Allegoria.

Talia perſtabat poſcens prece ſupplice Vates:
Non mentem, non ille manus, virgámve remittit; 26
At Deus egregium pugnæ accendebat amorem
Militibus. Campo inſiliit, quæ prima rotatis
Juſſa manus fundis liventia ſpargere plumbi
Pondera; contortæ ſtrident ſciſſo aëre glandes,
Scuta adverſa virûm, & galeis cedentibus ora,
Denſáque effractæ crepitant ſub grandine coſtæ.
Plumbea tempeſtas equites hoc turbine primos
Corripuit, ſtravítque ſolo: nam plurima ſaxis
Crura labant eliſa; cadunt, claudíve reſiſtunt
Cornipedes; partim amiſſis raptantur habenis
Lapſi equites: cerebrum campo cum ſanguine miſcet
Vngula; confuſis hac primùm ſtrage maniplis,
Conſumptóque ſoli ſpatio, quod plurima ſternunt
Corpora quadrupedum ſtupidis languentia nervis;
Afflictíq; Duces caſu, concedere retrò
Compulſi, ut media ſpatium reddatur arena.
Nunniades inſtare ſuos hortatur; & ardens
Ipſe prior campum medium, ſtragémque per ipſam
Occupat, & perſultat equos, equitúmque jacentum

Pugnam orditur Ioſuë.

Velitatio prima Funditorum.

Ioſuë inſtat cedẽtibus.

Fune-

Velitatio Sagittariorum.

Funera, cedentiq; levem rurſum admovet hoſti
Militiam: exhauſtis pubes acerrima fundis
Vertitur ad pharetras: cælum latet omne ſagittis.
Obvia tela volant hinc inde ſonantia curvis
Arcubus, & rubeæ ſtridunt ceu fulgura pennæ.
Vertit Idumæas iterum ſeges ærea turmas;
Nulláq; non ictu certo pervenit arundo,
Exitiumque tulit: contrà torpentibus alis
Tela Amaleciadum medio languentia curſu
Decidere ante pedes, campóq; innoxia figi;
Iſacidæ vellunt alacres, hoſtiq; remittunt
Cornibus excuſſos hamatâ cuſpide juncos.

Huza ſuos ſiſtit.

27 *At ſimul ut telis pereuntes Huza retortis*
Aſpexit trepidare ſuos; de milite nondum
Iſacio quemquam jactare in pulvere calces:
Sævit inops animi, primóſq; interritus inter
Adſtitit, & tali trepidantes voce repreſſit.

Magiæ adſcribit impreſſionem.

Hîc etiam magicis ſperaſti, Hebræe, veneniſ
Ferrum hebetare manu, Soliq; offundere noctem,
Vt colubros torpere jubes, & flumina cantu?
At modò cruda ſcies, quid poſſint brachia puris
Enſibus, & nullo ceſſura carmine Luna.

Scutatos opponit ordines.

Hæc ait; & poſitis pugnam reparare pharetris,
Lunatas peltis acies jubet enſe coruſco;
Haſtatáſq; gradum pariter proferre phalanges,

Explicat equitem.

In latera ire equites; longóq; utrinque reductos
Circuitu hoſtiles cuneos involvere turmis,
Dum faciem ferit ipſe, illi latera undique vexent,
Hoſtilémq; aciem ſimul uno tempore pulſent.
Vim faciant numero, ſit cæca impreſſio virtus.
Haud ſecus ac juſſi faciunt: ſubit agmine firmo
Sub clypeis protecta phalanx, & torva repandis
Ora intrò condens galeis, mucronibus horret
Fulmineis, partim præfixis ferrea contis.

Ioſue ſtatariã pugnam facit.

28 *Velite Nunniades celeri poſt terga recepto*
Exilit, & gladiis clypeos opponit, & haſtas,
Atque pedes pedibus confert, hæretq; viro vir
Exemplo Ducis; ipſe prior certamina dictat,
Et facit; impulſu primo ferale minantem

Mole

Mole Cyclopæa, dextráque haſtile moventem
Arboreum, & ſocios immani umbone tegentem
Sternit Hylam: ſubit, & clypei teſtudine tectus Hylam gigante ſternit.
Eludit, ſupráque caput longè elevat haſtam;
In latus, & quà ſe lorica ſub ilia laxat
Nixus humi immerſo penetrat vitalia ferro;
Scrutatúrque altè fibras, & vincula vitæ.
Ille fluentem animam fuſo cùm ventre ſupinus
Eiicit, & magno conſternat funere Martem
Ora ſuper tranſgreſſus ait morientia victor. Inſultat occiſo.
Diſce animis cenſere viros, non mole Cyclopum.
Ite, viri, audentes contra hæc ſimulacra virorum
Enacidas: patet hæc telis in vulnera moles,
Et facilè eſt ictus nullos hîc perdere ferro.
Ne temerate manus ſpoliis, dum gloria reſtat
Carpenda: intenti gladiis calcate cadentes.
Sic ait; infeſtóque petit fortiſſimus enſe,
Vt ſe quiſque tulit contrà, procerior armis
Ante acies. Atlanta trucem, paribúſque tumentem Allos Enacidas mactat.
Horrendum membris, faſtúque, & voce Mimanta
Proterit adverſos, ut Hylæ ſuccurrere lapſo
Tendebant, clypeúmque viri ſervare revulſum
Pectore, ni recipi corpus miſerabile poſſet,
Et tumulo condi Manes. Iam fortibus, inquit,
Reddemus clypeos; neque enim geſtamina molles Clypeos eripit ſtratis.
Iſta decent Amaleciadas: ſunt corda lacertique
Iſacidis, quibus hæc moveant præſtantiùs arma.
Dixit, & objecto præſtinguens lumina ferro
Attonitum jubare Atlantem, radiiſque ſtupentem
Sydereis ferit in jugulo, longéque ſupinat
Impulſum, & nimia lapſantem in luce relinquit.
Móxque Mimas fato ſimili damnatus, ut ora Clypei fulgure excæcat hoſtes.
Percuſsêre faces, clypeique micantia tela
Confixêre oculos, trepidique labantia membra,
Exosámque animam luci teſtata, retrorſum
Avertêre; Auſes titubantem prævenit enſe,
Obtruncátque ferum quæſito in faucibus ictu.
Aſt illis ſtantes oculi, ceu fulmine tactis
Vt ſquamis in morte rigent: ſic torva coruſco

Lumi-

Sic ſcuto Palladio cæſa Gorgon.

Lumine Palladio ſpeculi flammantis ab orbe
Perſtrictos Gorgon oculos, averſáque monſtra
Anguicomi torſit capitis; Danaëjus Heros
Occupat; in colubros adamantina fulgurat harpe,
Saxificúmque caput Furiæ à cervicibus aufert.

29 Variæ aliorum cædes.

Sic ductor, ſic Iſacidæ rem fortiter omnes
Collato pede quiſque gerunt. Athamanta trucidat
Elyſamas, Holophernis equos ſubnervat Eliſur
Poplitibus ſectis: cunctantem in curribus altis
Ipſe Ducem validè intortâ tranſverberat haſtâ.
Salamiel petit enſe Lycam, cui ferrea caſſis,
Exuvias induta lupi clauſa ora tegebat.
Captabant oculis anguſta foramina lucem;
His mucro rimatus iter, lethúmque feneſtris
Intulit; hâc animam vinclis & caſſide ſolvit.

Amaleci caſſa tela.

Indignatus Halys caſſo tot ſpicula ſpargi
Conatu, nullum eſſe ſuis penetrabile telum,
Scutorum ſummas tantùm perſtringere crates
Iſacidûm, aut tunicas inter torpente morari

Nulli cadunt Hebræi.

Cuſpide, nec cuiquam deſcendere in ilia ferrum;
Deſilit è curru præceps, & voce furorem
Ad ſocios teſtatus ait. Nil tela, nec enſes
Sidonios nunc iſta juvant: ſpes nulla ſalutis

Queritur Halys veneficus ſtare hoſtes.

In ferro, quod carminibus ſic faſcinat hoſtis.
Projicite arma manu, validis hoſtile lacertis
In jugulum mecum ite viri, nunc frangere fauces
Vſus, & avulſis cantus compeſcere linguis.

Invadit fauces.

Projecto ſic enſe fremit, contráque Nahaſſum
Vaſtantem cuneos, atque obvia quæque metentem,
Præcipiti infertur curſu, juguloque prehenſum
Implicat, & manuum nodis, & pondere vaſto,
Scrutatúrque viam lethi, qua buccula fauces
Tutatur galeæ, thoraciſque ora trilicis.
Fruſtrà implorat opem longis Iudæus ab armis,
Et fruſtrà hærentem nexu divellere tendit.

Nahaſſon Halym ſternit.

Ergo manu capulum attollens crebro occiput ictu
Contundit, repetita ſonat ſub verbere caſſis,
Ac tandem effuſo fœdatur aperta cerebro.
Ad terram defluxit Halys, nexúſque remiſit,

Quem

Quem pede protruſum victor ſic increpat ore.
Carminis hæ noſtri vires, hæc ferrea cantus,
Quæ ſimiles nunc conciliant tibi pharmaca ſomnos.
Sarcaſmos in jacentem.
Sic Abidan, ſic Gamaliel, ſic fortis Ahira,
Sic alij quacunque Duces occaſio pugnæ
Impulerat, fundunt hoſtes, vertúntque retrorſum.
Intereà Móſes ſummo de vertice montis 30
Moſes manus remittit, cedunt Hebræi. Revaleſcit Amalecus.
Proſpectans pugnas, ut brachia fortè parumper
Contento defeſſa ſitu, mentémque remiſit
Succeſſu belli lætus, famáq; ſuorum;
Hoſtibus ecce ferox redit in præcordia virtus.
Converſos revocata ferunt in prælia vultus,
Iſacidáſq; gradu depulſos robore trudunt.
Primáque confertis repetunt veſtigia turmis
Sentit opem Rex Huza ſuam, viréſq; cadentes
Hoſtibus, erectóſq; ſuos; queis talia curſim
Hortamenta dabat. Rediit fortuna, ſequamur,
Huza ſuos hortatur, & reponit gradu.
O ſocij, prenſámq; comâ teneamus, & armis.
Impetus ille ferox, primus fuit: OPTIMA BELLO,
Quæ poſtrema manus finem virtute coronat;
Hæc teneat campum, quæ nos fortuna reponit.
Ergo agite, & primam ferro deradite labem,
Hoc campo reparandus honos. Sic fatus in hoſtes
Mille rapit ſecum emeritos, & cedere cogit
Fugiunt Hebræi.
Iſacidum verſas acies: inſtaurat Oreſtas
Parte alia effuſas laxatis cornibus alas.
Vi totæ pugnator opum; nulla irrita tela:
Funditur ater utrinque cruor; victoria campo
Fluctuat, ac ſenſim Tyrios inclinat in enſes.
Victoris anceps.
Jehoſuæ dolor exarſit, fruſtráq; labantes
Exemplo, verbiſq; ſuos revaleſcere ſuadet.
Quis pudor, Iſacidæ, deſerta relinquere ſigna? 31
Ioſuë ſuos à fuga revocat.
Hæc Amalecites vobis monimenta parentum
Auferat? hæc verſis proavita oracula fatis
Riſerit? & patriam ſimul hauſerit helluo lentem?
Quin morimur ſine labe priùs, quàm talia vivi
Dedecora, illuſóſq; patrum ſpectemus honores?
Reſpicit hæc noſtro placandum ſanguine Numen,
Ultor erit, Moſiſque fidem Deus adſtruet author.

Solus ferè fortiter pugnat.

Sic ait, ardentémque rotans fert obujus enſem
Mille duces contra: pugnam jam ſuſtinet unus.
Hunc clypeo propulſat, & hunc; hos cuſpide figit,
His capulo malas, propioráque pectora rumpit.
Iam campo propè ſolus erat, dum diſtinet hoſtes
Fulguris inſtar agens obliquo limite ferrum;
Omnia tela hebetat nulli penetrabile ſcutum.
Sed vires niſi virga daret, Moſiſque ſupina
Ad cœlum cum voce manus, intentáque ligno
Brachia, deſertus campo pugnaret Ieſus,
Qui mavult viciſſe ſuis, & vincere junctis
Viribus, in ſocias, ut eat victoria dextras
Communis: CLUIT INVICTO CUM NOMINE SIGNUM.

32\. Moſes iterum attollit manus, & Virgam. Hebræi rurſus vincunt. Simile à flamma, & pugnãtibus ventis.

Ergo manus, virgámque tenet vacuo aëre Moſes
Intentas, cœlóque preces iteratáque vota,
Inſtaurat; redeunt animi, viréſque, colórque
Iſacidis; repetunt pugnas, contráque tumentes
Succeſſu Tyrios reparato robore currunt,
Reſtituúntque gradu Martem, campóque recepto.
Ac velut in ſaltus flammam cùm detulit Auſter,
Et piceis haſêre faces, quas ſpiritus egit
Africus, antevolant ventos cum turbine ſylvæ,
In Boream pronis undant incendia truncis,
Acclivéſque jacent auſtrinis flatibus orni.
Antrum aperit contrà Boreas, ſtridente procellâ,
Indignans ſua regna peti, Riphæáque flabra
Laxat in adverſos Auſtris cedentibus ignes,
Et proclinatas in montibus erigit ornos,
Ac Libycum ſylvas, flammámque remittit in hoſtem:
Sic Amaleciadum Hebræi vertêre phalanges.
Viribus inſiſtunt alacres, animiſque refecti
Æthereis, ſævum patrant toto agmine bellum;

33 Moſes obfirmat intentas cœlo manus in Virga.

Nam ſimul intentis Moſes ad ſydera palmis,
Hac ſibi bella geri vicibus deprendit iniquis,
Alternante Deo ſortes, ut feſſa remiſſis
Brachia conciderant manibus, feſſa agmina retrò
Iſacidum cadere, & Tyrios inſurgere victis.
Elatis iterum palmis revaleſcere campo
Hebræos; Amalecitas obvertere terga,

Effun-

Effundiq; fugâ victos; immotus in illo
Obdurat finire ſitu certamina Vates.
Sed victa gravitate manus, & brachia magno
Pondere ſponte labant: mens quanquã erecta precando
Sufficit, OBLUCTATUR *iners à pondere corpus,*
Debilitátq; animi cognata mole vigorem:
Ergo Aron, Hurúſque jubent conſidere ſaxo, Sedet in petra.
Et fatale manu viva de rupe ſedile
Advolvunt lapidem ingentem, nec ſponte revulſum; Aron & Hur manus fulciunt intentas.
Subjiciúntque viro, mediiq; hinc, inde ſedentis
Nituntur fulcire manus, expanſáq; cœlo
Brachia, ne qua graves Vatis mutatio palmas
Dejiciens, ſimul Iſacis extorqueat arma.
Sic voluit Deus his ſtaret victoria cauſis; Cauſa myſterii, & victoriæ.
NOMINE DUCTORIS, *virgâque in monte precantis*
Ille acie nomen tulit; hic in vertice lignum.
TANTAE *molis erat geminas committere partes,* Ioſue, & Moyſes unum adumbrant Chriſtum.
Eiſdem humeris noménque Dei, munúſque Sequeſtri.
Qua duo complexus meritis, & nomine JESUS.
JEHOSVES *campo, montis ſtat vertice* MOSES
Vt Stygios Amalecitas certamine fundat.
Poſtquàm igitur ſedit Vates, immotáque ſancto 34 Signo Hebræis aſſignata victoria.
Membra ſitu ſtant, officiis effulta duorum;
Non deinceps dubiis pendet victoria pennis,
Quas ſe ſe ferat in partes: ſublapſa feruntur
Arma Amaleciadum retrò omnia; non peditum vis
Non equitum contra Iſacios fert ulla ruentes;
Nec jam vir pugnare viro dignatur honorum,
Cùm nemo contrà aſpiciat: confuſa fugantur
Agmina; non acies ullam tenuêre figuram Fugatur Amalec.
Armorum, fluxêre cubis, fluxêre ſolutis
Forficibus numeri, cuneiſque, intentáque caſtra
Præſidio ſpolianda patent: fugientibus inſtat
Nummades, ne qua imminuat fiducia palmam; Ioſuë inſequitur fugientes.
Infectúmque ſinat contempto tempore bellum.
Fruſtrà equites revocans, & equo confiſus Oreſtas
Cæſorum in denſis Regem veſtigat acervis.
Accurrit, prehenſáſque manu tranſverſus habenas
Diſtinet, ac tali caſtigat voce Nahaſſon.

Nahaſſon occidit Oreſtam inſultans.

Huccine te heſterni deduxit gloria furti,
Callide, ab inſidiis imbellem cadere caudam;
Et captare inopem vulgo de paupere famam?
Si qua tibi virtus, poteras hoc poſcere campo
Exuvias; dabat ipſa viros fortuna, decúſq;
Hîc tibi; latronum niſi malles præmia more.
Nunc igitur morere ut latro. Sic fatus in ora
Involat, & truncis inhoneſto naribus ictu,
Mucronem abſcondit jugulo; paritérq; ſuperbum
Cornipedem in dominum duplicato vulnere ſternit.

Huza deſertus à ſuis de morte deliberat.

35 *Reſpectabat adhuc fugientem Amalecia caſtra*
Fortunam, exiguâ ſeptus Rex Huza cohorte:
Attonitum immenſis curis ſpes ultima rerum
Deſeruit; fremit incertus, quæ extrema ſequatur
Conſilia: an paucis adeò comitantibus hoſtem
Expectet? mediósne ultrò periturus in enſes
Irruat, ac vitam ſi quo pote ſanguine vendat?
An ferrum, dextrámq; ſuam ſibi commodet ipſe
Incumbens? an ludibriis laceranda pudendis
Membra, vel Hebræo det regia colla miniſtro?

An fugiat? An ſe dedat?

An fugiat? Dj tantum, inquit, prohibete furorē
Dedecus, ô ſi qui cælo cognoſcitis Huzam,
Aut Erebo: méne amiſſâ poſt omnia famâ
Ferre fugâ lapſum ſenſus, atque ora meorum,
Æternúmq; pudore premi? regale ſecures
Hoc potiùs caput Iſacias meritum imbuat opto.
Ah! ego ne Regum Manes, umbráſq; parentum
Dedecore avertam tanto, neque me, Eſaë, talem
Aſpicias, fractum fauces pendere nefaſtâ

Occupat ferro mortem.

Arbore; vel trepidum ad Moſis pallere tribunal.
Méne ſuperba pati convitia? Talia fando
Aptabat terræ capulum; procumbit in enſem;
Ilibus infixum duplici exit vulnere ferrum.
In genua ipſe cadens diras immurmurat Orco,
Et fugiente anima bella infinita nepotum

Odia æterna ſuis mandat.

Oſſibus, & gnatis omni pro funere mandat.
Oderit Hebræos Amalec ſine pace colonos.
Horruerant viſu comites: pars acta furore
Exemplum capit, uſa ſuis in viſcera dextris;

Pars fugit, & totis per noctem evadit habenis.
Poſtquam Nunniades latè tuta omnia vidit:
Stratam aciem: fuſos hoſtes: ſine milite caſtra: Ioſue receptui canit fuſo hoſte.
Enſe ſuo indutum, largóq; in ſanguine Regem:
Exuviis ſôla ſtrata: diem decedere cælo:
Sibi ſigna jubet, revocari à cæde ſequentes,
Et lectis placidam ſpoliis traducere noctem;
Egregiáſque Deo primùm perſolvere grates. Grates Deo actæ.
Tum ſi qui jaceant ſocij perquirere campo,
Et medicas conferre manus, aut reddere juſta.
Ioſuadûm è numeris tanto in certamine nullus Ex Hebræis nemo amiſſus.
Corruerat: paucis vix ſaucia vulnere membra:
Nonnullis perſtricti artus, perfoſsáq; ſcuta,
Afflatos tantùm telis, ceu fulmine, credas,
Vana velut ſummas timuiſſent ſpicula veſtes. Pauci vulnerati leviter.
Sic Deus eximiam gentem fingebat ad arma,
Et duce ſub tanto quidvis audere docebat.
ELECTIS *de militibus ſub Principe Chriſto*
Haud quiſquam occumbit lethali ſaucius ictu.
Poſtera cùm primùm lux inclareſcere cœpit,
Congeſtíſque graves ſpoliis in caſtra reverſos 37
Accepêre Tribus, & mixto gaudia plauſu Moyſes arã Deo ponit, ut trophæũ.
Implevêre domos, laudatáq; vulnera Divûm
Fortunata manu; protectáq; Numine ſigna;
Nulla teri patiens ſine fructu tempora Vates
Emicat in medios, manibúſq; ad grandia ſaxa
Adjectis, altare ingens ex tempore poni,
Victoriq; Deo monimentum inſcribere pugnæ
Imperat, & primus molitur vecte tropheum.
Convectant humeris immania fragmina rupis,
Intactos ferro lapides, non arte politos,
Componúntque ſitu commiſſos aggere quadro.
Saxea in excelſam moles ſurrexerat aram,
Accenſiſq; ſuper fumabat plurima flammis Sacra de manubiis.
Victima, Phœniſſæ quæ pars lectiſſima prædæ,
Spicula trunca virûm, fractos cum funibus arcus,
Scutáq; cum pluteis, laceris cum curribus axes,
Accumulant extructa rogis: cadit omnis in ignes
Pompa Arabum, & victa confuſa ſuperbia Petra

Ante focos populis Moſes gratantibus inſit.
38 Maxima res incepta, viri: Deus adfuit ultor
Bellipotens: ejus armis Amalecius hic eſt;
Impoſitaq; focis ardent de gente ſuperbâ
Primitiæ: vobis idem, quæ bella ſuperſunt,
Conficiet; tantùm ne animis fiducia deſit
Freta Deo; tantùm veſtris ne adſcribite palmam
Viribus, ut ſummo ſua detur gloria Regi.
Hanc illi monimentum operum ſacravimus aram,
Illa Dei patrocinium cum nomine ſpondet
PRAESIDIUM DEUS, Iſaciæ quæ gloria gentis,
Hoc ſit perfugium vobis, tuteláque bello,
Et paci: hinc poſcenda ſalus; huc ipſa ſalutis
Protinùs auditis referenda eſt gratia votis.

Ara titulus, Dominus exaltatio mea.

39 Talia dicenti ſubitò vox rapta, procúlque
In ſeriem rerum, venturáque ſæcula ſenſus
Translati, monſtrante Deo Samuelia fata,
Dejectum ſolio Regem, miſerandáque regni
Diſſidia, in Vatis diſciſſâ ſponte lacernâ
Juxta alium merita mortis terrore tyrannum,
Et nimio trepidum pingui: formidine Vates
Abſolvit: cadit effuſo cum abdomine regnum.
Sic Amalecitum caſo perit Agage fama.
Hæc memori mandanda ævo, prodendáque chartis;
Formandos odiis animos populíque ducíſque;
In ſtirpem exoſam tradenda nepotibus arma.

Moyſes videt fata Saulis, & Samuëlis.

Agag Rex Amalec.

Vt ſenſus rediêre viro, vocémque recepit,
Iehoſuem aggreditur dictis, ac talia mandat.
Hæc manus eſt, ſoliúmque Dei, quod vertere ferro
Tentarunt Amalecitæ, cùm ſurgere primùm
Inciperet; primi inceptis poſuêre maligni
Inſidias: Deus ipſe throno juravit ab alto,
PER SOLIUM, elatáque manu, ſceptróq; ſuo, ſe
Vltorem fore nec ſumptis ſemel, ampliùs armis
Depoſiturum iras; donec cum Rege nefandam
Exciderit gentem; maribúſq; ab ſtirpe revulſis,
Funditùs everſa eruerit Gebalitide nomen;
Clàm gerer arma, palàmq; odiis manifeſta profeſſis.
Nulla igitur vobiſcum illis hinc fœdera ſunto,

Bellum ſine fœdere in Amalecitas jubetur: quare?

Iuratum Deo.

Sed

Sed grandes inimicitiæ, & vivacia bella;
Exercete iras, huc omnia vertite tela.
Sic ait; & prior ad montem veſtigia torquet
Sinæum, Raphidim linquens ductante columnâ;
Quæ gaviſa ſacrâm cælo deſcendere Legem
Exultat, properátque diem prævertere caſtris.
Vt jam luſtratos lux quinquageſima cives
Inveniat; fixis fuerit quæ tertia ſcenis.
Nam Raphidim egreſſos alto jam Sole propinqui
Lux eadem montis radicibus applicat omnes,
Magnáque ſciſcenda legi comitia cogit.

Tranſitus ad Sinam montem & legem.

Eadē die caſtra ad Sinā mō-tem.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI OCTAVI
Argumentum, & Synopſis.

QUÆ ad legem latam pertinent, & primos quadraginta dies, quibus Moſes in monte cum Deo congreſſus eſt, comprehendit ipſe cap. 19. Exodi ad 31. Ex quibus ea ſolùm tractantur hoc libro, quæ ad Legislationem ſpectant, & fœdus ſancitum ſanguine veteris illius Teſtamenti, quo liber legis cum populo ritè aſperſus eſt. Cætera ad typicum Tabernaculum pertinentia ſuum habebunt locum libris 11. & 13. Caſtris igitur ad Sinam montem poſitis menſe tertio, & eadem die, qua de ſtatione Raphidi manè profecti erant Iſraëlitæ, jubentur parati eſſe in diem tertiam ad iciendum cum DEO fœdus, poſtquam libera eorum ſuffragia, & conſenſum in pacta retulit ad DEUM Moſes. Die tertia, quæ quinquageſima fuit à prima die azymorum, maximo ad terrorem apparatu promulgatur lex, cæſiſque hoſtiis utrinque ſancitur. Septuaginta Principes cum Arone, & filiis ejus duobus Nadab, & Abiu in montem à Sequeſtro Moyſe ducuntur ad DEUM, qui ſuo, populíque nomine fœderis icti Teſtamentum ſibi prorſus, populóque ratum teſtentur; Deíque majeſtatem, cum quo tranſegerint, propiùs conſpiciant è caliginoſa lucidáque nube tanquam è ſolio loquentem; quæ ipſi auriti oculatíque teſtes mox in caſtra ad populum referant. Moſes cum Joſue juſſus in montem regredi, ad ichnographiam tabernaculi, & totum exemplar inſpiciendum diligenter, & per otium; commendatâ populi curâ Principibus, & Aaroni fratri, atque Huro, redit in montem ad quadraginta primos dies: quâ in morâ non ſolùm illi Tabernaculi exemplar oſtenditur; ſed etiam longè melioris & ſanctioris legis promulgatio exhibetur, Gratiæ, nimirum, quæ per JESUM Chriſtum

facta

Digitized by Google

facta eſt, quam ille typis adumbratam, ut Synagogæ Doctor, & legis ſpiritualis Mediator prægustaret: pleniùs paulò pòſt informandus viſione Poſteriorum DEI.

1. Legis æternæ majeſtas, & poteſtas coërcitionis in omnes, quam nulla vis, nulli mali mores populorum abrogant, breviter oſtenditur.

2. Sina mons bijugus, DEO ſacer jam inde ab ardente Rubo, qui in Horebeo viſus vertice. Parnaſſus hic meritò vatum bivertex, rupto è petra fonte mirabilis, & æternæ Themidos oraculo. Acceſſit S. Catharinæ, Chriſtianæ Pallados, ſepulchrum, & Muſæum Cœnobitarum ab Imperatore Juſtiniano; ex quo Sinaitæ inſignes olim plerique ſapientiæ Sacerdotes.

3. Caſtris ad Sinam poſitis, magna populi comitia coacta ad legem ſciſcendam, & fœdus cum DEO fericndum.

4. Suffragia populi liberrima conſentientis in fœdus à Sequeſtro Moſe referuntur in montem.

5. Moſes eadem die reverſus è monte populum jubet paratum eſſe in diem tertiam: luſtrationis ritus indicit, lotionem corporum, & veſtimentorum, ſecubationem, temperantiam, preces, monti fines circumductos ad venerationem & terrorem, non impunè violandos.

6. Luſtratur populus: & fines prætenta ſepe poſiti.

7. Die tertia, luſtrationis, quæ Pentecoſtes prima, tanquam apparitores Majeſtatis tonitrua, & fulgura in verticem montis præcedunt, ad apparatum terrificæ legis. DEUS ignea in nube in montem deſcendit.

8. Trepidantem prodigiis populum Moyſes educit è caſtris in occurſum DEI: clarâ ipſe voce à DEO evocatus in montem, ſpectante populo honoratur familiari DEI congreſſu: mox ad populum remittitur ad tuendos fines monti prætentos; & Aaronem ſacerdotio deſtinatum ſegregandum à turba, ut intra fines admiſſus legem propiùs audiat, jubetur ſecum adducere: quippe cui deinceps illud cœli depoſitum credendum, & eloquia DEI committenda ſint.

 9. Rever-

9. Reverſus Moſes, cùm præſentes pœnas transgredi fines audentibus denunciâſſet, regreditur in montem cum Aarone.

10. Vix tranſmiſerant valli ſeptum, cùm clangentibus tubis, & buccinâ horrificè perſonante ad populi attentionem defigendam, formato demum in vocem articulatam tonitru, divina lex promulgari cœpta.

11. Prooemium legis, & tria præcepta primæ tabulæ.

12. Præcepta alia ſeptem, ſecundæ tabulæ, quæ ad proximi amorem pertinent, & cupiditatum moderationem.

13. Lucidiſſima DEI lex illuminat mentes, & teſtimonia credibilia ingerit. Quia tamen tunc efferatis moribus ſancienda terrore erat, buccina horrendum perſtrepente pavoris dira facies, & mortis apparatus formidabilis circum fines poſitos concurſans, populum conſternat metu; ne beſtia audeat fines tangere ad Heb. 12. 20.

14. Ut à timore paulùm reſpiravit populus, orat Moſen, ut ipſe loquatur ſolus, quæ DEUS mandata velit, ne loquentem ipſi DEUM non ferentes, moriantur. Confirmat trepidos Moſes, & timorem Domini fidum legis cuſtodem tradit.

15. Populi obſequium, & ſuffragia Moſes DEO refert: qui, quaſi delectatus illo populi timore, & petitione mediatoris interpretis, Prophetam ſimilem Moſi è cognato ſanguine promittit Chriſtum Dominum; quem qui noluerint audire, extremo exitio pœnas daturi ſint. Deut. 18. 15.

16. Eadem die DEUS in monte Moſi explanat legem, & quæ paucis verbis decem capitum comprehenſa erant, explicat pluribus legibus, quæ continentur extremo capite 20. Exodi, & 21. 22. & 23. capitibus, quarum legum tituli hîc ſummatim colliguntur.

17. Legem univerſam breviat Charitas, & duobus apicibus ſummam ducit amor DEI, & proximi. Huc pertinent omnia Phariſæorum phylacteria & fimbriæ.

Voca-

Vocatur populus poſtera die ad ſanciendam ſanguine ſacro legem. Altare ritè ponitur, & circùm tituli Tribuum duodecim.

18. Sacerdotes electi è populo, qui hoſtias cædant: ſanguinem Moſes ſeponit; ſuffragia populi iterum rogat.

19. Recitat è ſcripto libro legem, Decalogum, ſcilicet, & illas alias eum explicantes, quas à DEO ſolus audierat: populi ſuffragiis in eadem acta relatis; concinnato ex cedro, lanáque coccinea aſpergillo, miſtóque cum aqua ſanguine hoſtiarum, librum legis populúmque univerſum adſpergit. Exod. 24. ad Heb. 9. 20.

20. Sanguis hircorum & vitulorum veteris inſtrumenti, cum ſanguine Chriſti, quo novum Teſtamentum conditum eſt, & obſignatum comparatur.

21. His actis, populus coram Domino epulatur lætiſſimè: intérque epulas hymnum in divinam legem concinit, præcentore Moſe in legis laudes.

22. E ſenioribus ſeptuaginta cum Aarone, & liberis ejus duobus Nadab, & Abiu, in montem evocati, qui populi ſuffragia perferant, & omnium nomine ſpondeant obſequium DEO, audiántque, & videant accipi, & ratum haberi à præſenti DEI majeſtate. Mirantur ubique frondentem Sinam, quem pridie ab imis radicibus ardentem viderint.

23. Superato monte, vident in vertice è lucida nube DEI ſolium, & currum, quem infinitæ Angelorum myriades ſuccollantes componunt: ſed maximè Seraphim, & Cherubim quadriformes, quales Ezechieli viſi poſteà.

24. Invehitur DEI currus ſuper ſtratum ſapphiro ſolum, ſummittente ſe in verticem montis cœlo, DEUS apparet ſpecie auguſtiſſimi Legislatoris, ſeptus Sanctorum millibus, igneam legem dextra geſtans, Deuter. 32. 2. Sed hebetati ſeniorum oculi tantis ſplendoribus, lucem tantùm immenſam advertunt, & ſibi conſpectam meminerunt; & ſub pedibus, laterculis ſapphirinis teſſellatum pavimentum: nimirum,

Oculus

Oculus non vidit, neque in cor hominis aſcendit, &c. Moſes interim offert DEO populi ſuffragia, & vota.

25. Accipit DEUS populi obſequium: pœnas, & præmia oſtendit. Moſem cum Joſue in montem poſtridie redire jubet, ad exemplar Tabernaculi inſpiciendum, & legis tabulas digito DEI exaratas, accipiendas.

26. Senes ſeptuaginta reverſi in caſtra populo mira narrant ſtupore magis ſuo, quàm verbis.

27. Moſes poſtridie ſummo mane in montem cum Joſue rediturus populi cuſtodiam, & legis commendat principibus, additis illis Aarone & Hure ad conſilium, plurima ipſe monens, & plura timens.

28. Admiſſi intra nubem in monte quadraginta diebus divinis fruuntur viſis. Moſi legis Gratiæ ſanctitas oſtenſa.

29. Præterita, & futura quomodo Prophetis oſtenduntur per imagines certis affectas ſignis temporum, locorum, & rerum, aut per intimum DEI illapſum in mentes, quibus notiones omnium ſingulari auxilio imprimit.

30. Chriſtus Gratiæ author, & Legislator Moſi oſtenſus. Legislatio gratiæ qualis.

31. Chriſtus Propheta promiſſus populo, ſimilis Moſi de medio fratrum. Deuter. 18. 15.

32. Chriſtus concionatur in monte, Matth. 5. & virtutum Evangelicarum ſummam proponit.

33. Legem Moſi datam non abrogat; ſed inſtaurat. Ipſe implet exemplo, & gratiâ perficit.

34. Cœnatio in monte Sion, ubi celebratum verum Paſcha à Chriſto, immolato Agno Eucharistico, & lex Evangelica promulgata, mundo miſſo S. Spiritu die quinquageſima, Moyſi repræſentatur.

35. Baptiſmi à Chriſto inſtituti vis, & efficacitas adumbrata in Jordane exundante, miſtis unguentis: nationum concurſus ad Baptiſmum.

36. Gentium olim deſertarum ſolitudo, & vaſtitas, uberrimâ Carmeli, & Saronis amœnitate repentè donata, Iſai. 41. 19. Venatores Apoſtoli promiſſi, Jerem.

Digitized by Google

rem. 16. 16. coactas in retia, & paſcua feras exarmant & manſuefaciunt verbo.

37. Moſes cognoſcit ab Angelo Chriſtum finem legis eſſe, & conſummatorem, Doctorem juſtitiæ: & Gratiæ Evangelicæ præſtantiam.

38. A gratiæ contemplatione revocatur Moyſes ad umbras, & typos, & inſpiciendum Tabernaculi veteris exemplar, ritúſque Moſaicos.

LIBER

Digitized by Google

LIBER OCTAVUS.

LEX PER MOYSEM DATA: GRATIA, ET VERITAS PER JESUM Chriſtum facta. *Ioan.* 1. 17.

1 Legis æternæ majeſtas.

NUNC *age mortali ſtupidas torpedine mentes*
Reptantéſq; ſolo curas, ſenſúſque caducos;
Vranie, rape legiferi ſuper ardua montis,
Quo ſciſcenda vocant æterna edicta Themiſtæ.
Hic legum domus, & ſummi tabularia cœli:
Hic poſuit cinctum flammis Aſtræa tribunal,
Non paſſura ſuas leges impunè refigi;
Non apicem expungi minimum de codice vivo.
Sciſcit enim ductas Natura à ſanguine leges,
Quas ſilice inciſas Naturæ, & ſanguinis Author
Inſtaurat tabulis; ac certo fulmine ſancit.
Arma licèt Iani valvis totó orbe revulſis
Circumquaque ſonent; & rapto fœdere mundum
Diſcerpant avidæ furiis in prælia gentes;
Sed tamen à Sina ſceleratis altiùs armis

Poteſtas & coercitio.

Iura tonant: NEC IUSTITIUM BELLA *impia cœlo*
Vlla jubent: inter lituos; & claſſica nunquam
LEX AETERNA SILET *ſed pacem & bella miniſtrat*
Iure pari: claras Ducibus dat libera voces:
Militiæq; domíq; potens auditur in imo
Pectore; compellátq; reos; SIBIQUE IPSA SATELLES
Ad ſua diſcinctos raptat Prætoria Reges:
Cum populis pallent humiles ad Vindicis urnam.

2 Sina mōs bivertex.

Ventum erat ad montem; bijugo qui vertice nubes
Tranſcendens tantùm feſſis contingitur aſtris;
Aſcenſu facilis primo; quà molliter orbem
Herbidus exuſtis attollit clivus arenis.
Vepribus hirſuti colles; atque aſpera dumis

Circum

Digitized by Google

Circum ſylva tegunt biſidi latera ardua dorſi,
Nigrantes nutant ſcopulis denſa ilice luci: Sacer à Dei viſione in rubo.
Arboribus ſacer horror ineſt; intonſáque ſubter
Gramina, nec pecudes audent, nec tangere damæ;
Paſcere ad ima licet: ſummota cacumina Numen
Vindicat, haud ipſis adeunda ſacraria ventis.
Mollior hinc ſciſſas heſterna in pocula rupes
Inferiore jugo in Zephyros inclinat Horebus; Vertex, ſeu Petra Horeb.
Quâ non arſura fulsêre incendia ſpina.
Majeſtas hinc prima loco, luſtratáq; primùm
Paſtori Hebræo nudis ſacraria plantis,
Ne ſanctam temeraret humum. Productus in Euros Vertex alter Sina ad ortum.
Callibus obliquis alter petit æthera vertex
Multo Sina gradu, ſciſſis in murice ſcalis.
Ambit ſaxa vapor, ſummóque in vertice templum
Fumidus, obnubit ſpiſſa caligine Numen.
Lux tenebris infuſa micat, meliúſq; per umbras
Spargitur, & nebulis radios innoxia frangit: Religio loci ex Dei præſentia.
Puram hebetes nulli ferrent in corpore viſus.
Hic currus, thenſáq; Dei; pedibúſq; ſub ipſis
Æſtuat attactu tellus, & ſaxea fumant
Viſcera, nec crepera ceſſant tremere undique cautes.
Cana Fides aditus ſervat, cui noſcere ſoli
Conceſſum emiſſas rapido cum fulmine voces, Fides Æditua.
Audet inacceſſam pupillæ accedere lucem
Auribus: obſequium vovêre fidelius aures,
Et quæ non penetrant oculi ſecreta recludunt.
Salve, ô Iuſtitiæ ſolium, mons maxime famâ, Sina Dei tribunal.
O Vatum Parnaſſe biceps; Aganippide lymphâ
Manat Horebeo labro tibi purior amnis,
Sinæúmq; jugum potior colit Attide Pallas,
Quam Muſæ, & pleno cingunt Sapientia cyclo, Parnaſſus hic potior Vatibus piis.
Culta mihi teneris Catharina, ut Pallas, ab annis,
Cujus virgineos complexi floribus artus,
Et non læſa rotis amianti in ſtamine membra S. Catharina, Pallas ibi ſepulta.
Sinæo ætherei juvenes poſuêre ſepulcro;
Et Latij Antiſtes Iuris, tuteláque legum,
Qui Sophiæ æterna templo Byzantia clarat Iuſtinianus Muſæū poſuit
Mœnia, Cœlitibus poſuit Muſæa catervis,

Funda-

Fundavitq; domum celebrem, virtute virorum
Pallas Alexandrina tibi, fragrantia Coſti
Nomina, qui latè Sinao à vertice fundant.
3 *Hîc mihi jam Parnaſſus erit. Tentoria montem*
Caſtra poſita ad Sinam, & comitia. *Lunatis obeunt caſtris, queis miſſus ab alto*
Fœderis interpres placido ſic incipit ore.
Ad memores loquor, Iſacidæ: neque teſtibus ullis
Petitur populi conſenſus in fœdus. *Prætereà quærenda fides: vos omnia coram*
Tractaſtis manibus ſummi argumenta favoris:
Vos & multiplici laceratam verbere Memphim,
Et veſtrâ exhauſtam ſpectaſtis in æquore causâ;
Deus Aquilæ ſimilis. *Intereà vobis faciles Pater Optimus alas*
Explicuit, ſubtérque volans cervice receptos
Extulit incolumes, tutáque in ſede locavit.
Deut. 32. 11. *Æthereo qualis volucrum Regina ſub axe*
Erudit implumes magna ad certamina nidos;
Stridentes coram colubros eviſcerat uncis
Vnguibus; adlambunt avidi cæſo hoſte cruorem,
Fortia mox teneris ſubſternens brachia plumis
Exceptos tranare docet patre remige ventos,
Teláque ſulfureis Typhoëia ſpernere nimbis.
Nunc igitur, ſi certa fides, ſi fixa voluntas
Munifico vobis adeò cum patre paciſci,
Qui quamquam terræ Dominus, cœlique Creator
Iure ſuo mundum ac populos complectitur omnes,
Extra ſe nullius egens; tamen ille volentes
Exod. 19. 5. *Vos gremio accipiet, propriique inſigne peculî*
Fundabit regnum, atque ſuis vos protinus aris
Peculium Dei, & regnum ſacerdotale. *Admotos, gentem ſanctam perfundet olivo,*
Vittatóſque ſibi Myſtas, Regéſque ſacrabit.
Talia dicentem Proceres, populúſque ſequuti
Aſſenſu: tremuit latis clamoribus ingens
4 *Adverſa de rupe Pharam, flammáque coruſcâ*
Cõſentit populus in fœdus. *Sinai fulsêre apices; ſic deinde loquutus*
Ad Moſem retulit populi ſuffragia frater.
I, teſtare Deo promptas in fœdera mentes;
Obſequimur; jubeat quidvis; hæc gloria genti,
Hic honor eximius, divina capeſſere juſſa;
Imperium cœleſte pati magis omnibus unam.

Hæc

Hac ubi dicta epulis menſas genialibus augent, Feſta lætitia.
Et feſtos adhibent læta ad convivia cantus:
It, remeátque viam Moſes; ac juſſa reportans
Concilio in magno patrum, populique profatur.
Tertius ut roſeo remearit Lucifer ortu;
Parva mora eſt, ne ſpem veſtram dilata fatiget; 5 Moſes iterũ reverſus è monte. Populum præparat in diem tertiam.
Deſcendet Deus immenſo ſpectabilis igni,
Inſiſtétque ſuper tremefacta cacumina Sinæ;
Confeſſi Dominum cœli ſtellantia ſanctis
Inclinata ſolo pedibus faſtigia ſternent,
Ignivomiſq; phalanx circumſtipata procellis
Ardeſcet Regem antevolans; turbámq; profanam
Arcebit clangore, & teli tortilis alis.
State animis, vocémq; arrecti audite loquentis,
Ipſe Deus manifeſta dabit mandata, ſuiſq;
Explanata palam dictabit ſingula verbis. Lex danda.
State procul; neque deſcriptos tranſmittere fines
Quiſquam auſit, propiúſve gradu contingere montẽ.
Qui faxit ſecus, aut jaculis, aut grandine fractus Fines poſiti ad montem.
Saxorum intereat: ne quo ſe dexera tactu
Polluat, ac ſacri capitis contaminet ictu;
Bellua, homóve fuat, nullum diſcrimen habento.
Quod ſupereſt, hodiéque & cras durate parati;
Corpora ſecubitu luſtrentur, flamine veſtes:
Sed præſertim animis adhibenda piacula caſtis;
Luſtrabunt animos pietas ſyncera, Fidéſq;
Hoc agite, ut puras habeat lux tertia mentes.
Sic moniti properant lymphas, & flumine vivo 6 Luſtratio populi.
Veſtimenta lavant, purique aſpergine roris
Certatim ſparſére toros: luſtrata ſupellex
Omnis, & expanſæ ventorum ad flamina veſtes.
Excipiunt auras, gelidóq; ſub æthere noctem:
Excuſſi thalamis omnes, nuptæq;, virique
Abſtinuêre toris, & nullo inſtrata torali Secubitus. Purgata caſtra.
Fecit humus puros nocturno frigore ſomnos.
Purgavêre vias: intentáq; compita velis,
Infoſſæq; procul ſordes adduntur arenis.
At Moſes ſpacium impreſſo deſignat aratro, Fines poſiti circũ montem.
Ingentémq; jubet ſub clivo excurrere foſſam,

Digitized by Google

ad Heb. 12. 20. *Et vallo hirſutam ſpinis prætendere ſepem:*
Hi populo fines, ea fixa repagula flammis.
7 Tertia dies luſtrationis. *Ritibus his moniti cives quàm pectore caſto*
Majeſtas adeunda Dei. Vigilata precando
Nox erat, & primo ſpargebat lumine cœlum
Expectata dies, croceáque in veſte nitentem
Auroram innubes Euri puro axe vehebant,
Pentecoſte ab exitu. *Migratâ effulſit quæ quinquageſima Memphi,*
Septimáque hebdomadum confecto Sabbata curſu.
Sina tremens & ardens. *Ecce repèns mugire polos, tremere ardua mundi,*
Convulsúmq; ſuis velut ab radicibus altè
Subſultare ſolo, cœlóq; occurrere montem,
Deſcendente Deo: trepido vibrata tumultu
Radicum avulſi montis tremere undique caſtra;
Sejunctáſq; viis ſeſe collidere ſcenas,
Et titubante ſolo trepidas concurrere rupes.
Populi pavor. *In campum pavor Iſacidas excuſſit apertum,*
Exangues, quaſi ſub pedibus divulſa dehiſcat
Terra, tremunt, fugiántq; domos; fragor aridus alto
Fulgura & tonitrua. *Crebreſcit de monte: volant ſine nubibus ignes,*
Atque alia ex aliis geminata tonitrua cœlo,
Fulguráque offuſis montem occuluêre favillis.
Ima rapit fructeta vapor; propulsáq; flammis
Exundat denſa ſurſum caligine nubes
Involvens fumo ſcopulos, liquefactáq; ſaxa
Eluctata ſuper, liquidos rareſcit in ignes:
Dei deſcenſus in Sinam. *Purpureos flammarum apices, ceu lapſus ab æthra*
Legifer, undantémque globo Deus induit ignem,
Circumdátque ſibi nebulæ radiantis amictum.
Tubarum clangor & buccinæ. *Terribiles crepuêre tubæ, ſonitúq; tremendo*
Buccina compulſos emiſit turbine ventos.
Augeſcunt tractim ſonitus, vectíq; procellâ,
Pectoráque, & pavidas feriunt violentiùs aures.
8 Moſes populum educit. *Adventante Deo populum producere Moſes*
Approperat, citráq; monet conſiſtere metas:
Ipſe iterum ſuperat juſſus faſtigia montis.
It tertiò in montẽ. *Audivêre Deum coràm de nube vocantem,*
Alternáſque viri tanto cum Numine voces,
Scandentémq; jugum media inter fulmina cernunt

Attoni-

Attoniti, magnóſq; Ducis mirantur honores.
Scandenti dat flamma viam, nebulæq; recedunt,
Et Deus accitum verbis affatur amicis.
Huc ades; Iſacidæ forſan mea dicta ferenti

Vocatur à Deo, & honoratur.

Adjicient tibi deinde fidem, credéntq; loquutum
Me, quæcunq; meo vulgaris nomine juſſa;
Quem videant hodie dubio procul intima mecum
Admiſſum templo cortinæ ad vela receptum,
Agnoſcent haud humanas ferri æthere voces,
Fecerit arrectos mea cùm jam buccina ſenſus.
Protinùs exponent noſtram vocalia mentem
Fulmina, conceptíſq; loquuta tonitrua verbis.
Sed deſcende priùs poſitos defendere fines,
Vade; Sacerdotes iterum, populúmq; moneto;

Remittitur in caſtra ad fines tuendos.

Atque iterum, ne fixa gradu pomœria quiſquam
Tranſiliat, noxámque luant mox unius omnes.
Hic populum excuſans cauſatur talia Vates.
Exanimes ſtravit terror, longéque removit
Pallentum procerum, & vulgi pavitantia corda;

Excuſat Moſes reditum.

Et quiſquam tetigiſſe auſit poſitam aggere ſepem?
Quam circum flammis vibrantia fulmina ſervant,
Et tua vox clarè populis audita tuetur?
Et cuiquam audaci veniat tam cæca libido?
Sic Moſes. Contrà ignipotens ſic Legifer infit.
Vade, inquam, montémq; gradu deſcende citato; 9

Non tangendi fines.

Conteſtare Duces iterùm, devotáque ſacris
Primigenûm capita, & vulgi temeraria vota,
Ne propiùs ſcrutari auſint accedere fines,
Aut temerare gradu ſignati limina templi.
Non capital mihi ſolus erit quicunque profanos
Tranſtulerit greſſus: fundent contagia pœnas

Mortis pœna.

In populum: multi paſſim diſcrimine nullo
Vnius commiſſa luent: quicunque Sacerdos,
Stet procul ipſe metu ante alios caſtiſſimus omnes.
Tu rémea, & tecum ſolus confinia frater

Solus Aron cum Moſe intrà admittitur.

Tranſeat, atque intra ſuperato limite fines
Audiat emiſſas Aron ex æthere leges;
Hic propior fidei teſtis, legúmque ſacrarum
Depoſitum ſervet deinceps, doceátq; nepotes.

Sic Deus: at Vates jam verticis ima tenebat
Fulguris inſtar agens montis per confraga corpus;
Itque, reditque viam toties, ſecat invia ſaxa:
Numinis urget honos; & amor dat fulminis alas.

Renovata populi attentio ad legem.

10 *Iam monita ceſſere Tribus; jam conſcius Aron*
Tranſierat cum Moſe locum; clivóq; propinquus
Stabat, & arrectos omnes horrore tenebant
Intenti oſtentis animos: neque buccina finem
Horrifico clangore dabat: mons totus in ignes
Concidere; & magis atque magis concreſcere fumo;
Ac veluti accenſis volvi fornacibus atra
Ex imo in cælos undante volumine nubes:
Lampadibus rumpi crebris, & ſæva tonare
Fulgura, ceu ſummo cæli vellantur ab axe.

Timor, ac terror.

Omnibus horruerant crines, pallórq; ſilentes
Fixerat ante Deum, cùm ſenſim fracta remittunt
Murmura; paulatimq; cadens horrenda quieſcit

Vox tonitrui promulgantis legem.

Buccina; tum validam miſere tonitrua vocem,
Quæ velut à ſummo delabens æthere, montem
Implet, & extremis reſonat clariſſima caſtris.
Aſtra loquente Deo, Tellus, pelagi alta ſileſcunt.

Prooemiũ legis.

11 *Audiat Iſacidûm domus hæc, & pectore condat,*
Quæ loquor. Ille ego ſum Dominúſq;, Deúſq; tuorum,
Et tuus, è Phariis, qui nunc erepta catenis
Aſſerui vindex tua colla, manúq; potenti,
Te coram obtrivi tumido cum Principe Memphim:
Te ſpoliis auctum crudeli è compede traxi,
Et tibi ſubſtrato diſcluſi gurgite fluctus.

1. Præceptum. Cultus Dei unius.

1. *Me coram peregrina tibi cave Numina fingas,*
Externiſve Deis incendas thura; meóſq;
Fuſilibus ſternas ſtatuis incurvus honores:
Vltor enim zelo accendor, ſi nomine quiſquam
Participet noſtro ſimulata idola, nothiſq;
Ritibus inventas celebret per ſomnia formas.
Vnus ego Deus ac Dominus; neque ſumma bonorum
Scindi ſe Natura ſinit: ſtat Numen in Vno,
Puráque Mens fingi vanis non ſuſtinet umbris.
Cunctorum deſcripta mea ſtant ægide facta:
Nec merces, nec pœna deeſt; ſed præmia pœnas

Exce-

Digitized by Google

Excedunt: ſcelera in quartos producta nepotes
Vindictam plectenda trahunt; at præmia ſeſe
Fine tenent nullo, ut milleſima gaudeat ætas. Deus juſtus & miſericors.

2. *Ne temerè jures, neu quavis lite tremendum* 2. Præceptum.
Vſurpes Nomen; neque enim me impunè citatum
Aſciſcet quiſquam verba in temeraria teſtem.
Impia conſciſcent celeres perjuria pœnas.
Nec cenſenda mihi præceps ſine crimine lingua.
Stulta dabunt etiam pœnas promiſſa; nec ulli
Ludibrio levia abripient mendacia venti:
At, quæ ritè voves feſtina ſolvere vota. Vota ſolvenda.

3. *Septima quæq; dies mihi ſacra, vacare meméto*
Immuniſq; operum ſanctos altaribus ignes 3. Præceptum. Sabbati religio.
Adjice; primitias frugum, & lectiſſima quæque
Vre gregis: tecum famulos ceſſare jubeto,
Et pecus, & fortes plenum ad præſepe juvencos:
Ancillæ famuliq; terant mea limina tecum,
Atque meas tecum reſides epulentur ad aras.
Advena quiſquis erit, veſtris agat otia tectis.
Tu quoque ſervitio crudeli Taneos arva
Verſaſti requiem quærens in compede fruſtrà,
Quam tibi nunc ſancto mea donant Sabbata cultu
Poſt ſenos reditura dies, ut noſtra ſequenti
Exempla in ſenis operum ſtet ſumma diebus:
Septima lux ſtabilem in templo det feſta quietem:
Nam ſenos operoſa dies mihi fabrica mundi
Conſumpſit; requiem ſanctum lux ſeptima vidit,
Et larga æthereis cumulavit gratia donis.

4. *Proxima ſit cœlo Pietas: venerare parentes.* 12
Obſequio in primis illos ſummiſſus honora:
Sedulus officiis teſtare & rebus amorem, 4. Præceptum. Honor parentũ.
Solare ut tua cunque feret fortuna relictos,
Aut inopes; nec tu ſortem videare beatam,
Fortunámq; ſequi hæredem: longæva ſenectus
Obſequij merces aderit; fœcundáq; tellus.
Nec pietas unquam pretio fruſtrata recedet,
In medio quamvis curſu te vita relinquat:
NAM CANOS *etiam præfert maturrima Virtus.* Sap. 4. 9.
ANTE DIEM *nunquam rapitur præcocta inventus,*

Et viventum aliam ſortitur funere terram.

5. Præceptum. Non occides.

5. Sanguinis humani pretium de ſanguine diſcas
Ipſe tuo; vitam facile eſt expendere vita.
Eripies animam nulli, neque ſanguine dextras
Fœdabis: ſolius erit diſtringere ferrum
Iuſtitiæ: vita indignum, quem crimina reddent,
Fundatur cruor illius, quicunque cruorem
Fuderit innocuum: juſtum eſt ſic ſanguine vitam
Muniri, atque animas anima pereunte tueri.
Sit livor procul, & cæci in ſua damna furores.

6. Præceptum. Non mœchaberis.

6. Tum tua deinde habeat frænos, & ſepta libido
Legitimis finita toris, tadáque jugali.
Alterius ne tange faces: ſed quære modeſtus
Progeniem, fundóque tuo ſere ſemina frugum,
Quas naſci tibi deinde velis, ac ſurgere cælo.
Et nullam aſpergas generi cum ſanguine labem:

Caſtimonia imperatur.

Finibus his flectendus amor, thalamique cupido,
Quos extra nulla hinc homini conceſſa voluptas;
NEC FAS, *ceu pecus, æternam diſcingere mentem,*
Quam ſua nobilitas cinxit prætexta pudore.

7. Præceptum. De furto.

7. Non facies furtum, neque rem tractabis avarè
Alterius, domino invito, furtimve, palámve.
Vtere ſorte tuâ contentus jure paratis,
Quin etiam partire tuos cum paupere cenſus;

Benignitas in pauperes.

Nec dare, quæ debes, claudas, cùm flagitat uſus
Pauperis, atque urgens extremis rebus egeſtas.
QVISQVIS *enim tunc claudit, idem facit occidenti.*

8. Præceptum. Falſus teſtis, & mendacium.

8. Sit tibi caſta fides, cura & ſanctiſſima veri.
Mentiri fuge: nec verbis utére doloſis,
Inſidiáſve ſtrues mentito crimine teſtis:
Nec vanus laudator eris, cùm crimina flagrant.

Maledicentia.

Parce tamen linguâ teneram contingere famam
Alterius; nec enim facili medicamine ſanes
Vipereâ ſemel intuleris quæ vulnera linguâ;
DURANT OPPROBRIA, *& tetri funduntur odores.*
Parce tibi, probríſque tuum ne detere nomen.
LINGVA *ſuis odium meruit viroſa venenis,*
Illam ego deteſtor; velut os cum corde bilingui.

9. Nec

9. *Nec ſatis eſt tenuiſſe manus; cohibenda cupido eſt;* 9. Præceptum. Prohibetur libido cordis.
Nec tibi fas optare animi in penetralibus ipſis,
Quos juſtis junctos thalamis habet alter amores.
Ipſa premenda tibi eſt in corde, ut fonte, libido,
Externos unde omne ſalit tibi virus in actus.
10. *Iuris idem rerũ alterius tibi in omnibus eſto,* 10. Præceptum Avaritiæ cupido, & invidia damnata.
Vt nihil invideas aliis nihil ullius optes,
Non ſervum, famulámve bonos; non commoda rura,
Vicinámve domum, non tauri fortis aratrum,
Non aſinum, aut oculis quicquam liventibus ardens
Aſpicias, tacitóq; velis tibi ſumere voto.
Has partitur enim cunctis Mens provida ſortes.
SED POSITOS *fines ardet migrare cupido,*
CUIUS *ad immenſos non ſufficit orbis hiatus.* 13
Hæc ubi clariſona fecit præconia voce Lex lucida illuminat mentes.
Aliger, internos colluſtrans lampade ſenſus,
Plurima, quæ denis arctè ſunt prodita juſſis,
Explicat, ac legis divina ediſſerit acta;
Perſpicuéque animos informans ſingula tradit,
Doctáq; privatim cunctorum pectora pulſat.
Vincitur aſſenſu ratio, penitúſq; medullis
Conſona luce ſua ſeſe ſancta inſinuat lex.
Auguſtóſq; animis cultus perſuadet honeſti.
Terribiles iterata ſonos dat buccina rurſum, Buccina repetita.
Clangorémq; tubæ repetunt; mugitibus ardens
Sina tonat, cœli largos liquuntur in imbres.
Altiùs ingeſtis undant incendia lymphis,
Atra volat caligo, dies ſubtexitur umbrâ.
At poſitos circum fines trepidantia caſtra
Horribilis facies, & formidabile monſtrum Terror legem ſãciens metu mortis.
It PAVOR *intentans mortes, & triſtia cæca*
Fata manu: circa Furiæ volvuntur eodem
Turbine, jactatáſque faces, peſtémque, famémque
Sævâque bella trahunt, ignotáq; roſtra ferarum,
Serpentúmque globos, patuláſque in Tartara fauces.
Semineces horrore Tribus cecidêre retrorſum, Populus timore conſternatus.
Conſpectáq; hebetes oculos à morte retorquent
Legis in obſequium, & tam decretoria juſſa.

SUADET ENIM LEGEM *pœna formidine Terror*
Principio, quam poſt adamata adſciſcat honeſtas.
14 *Vt trepidis rediêre animi, paulúmque quiêrunt*
Exod. 20. *Fulmina, ſic Tribuum Proceres cum Moſe loquuti.*
19 *Tu, ſi qua in gentem pietas ad cuncta paratam*
Optat Moſem loqui potiùs, quã Deum.
Imperia, & juſſis addentem protinus acta,
Tu loquere Interpres nobis; tu conſule Numen;
Obſequimur: tantùm horrenda nos ne attonet ipſe
Voce Deus, tonitrúſque ſui ne fulminet ictu.
Audiviſſe ſemel ſatis eſt: ſi flamma pepercit
Hac ſemel, haud ultrà tutum eſt audire loquentem.
Nam quæ non fodiant tantæ mortalia voces
Pectora? quis flammas propiùs ferat ore tonantis?
Erigit attonitos Moſes, ac talia fatur.
Timor Dei, cuſtos legis.
State, viri, nimiúmq; animis cohibete timorem:
Haud ea mens, aut ira Deo: neque culmina vobis
Majeſtas tanto inclinat viſenda paratu,
Vt mortem, exitiúmq; ferat: ſed quanta ſupremum
Obſequij, & cultus deceat reverentia Numen
Perdocet, ad cujus ſolium tot millia præſtò
Aligerûm apparent, torti tot fulmine faſces.
Hoc agitur tanto ſtrepitu, mundique fragore,
Vt Dominum timeamus, & hic nos denique ſervet
Incolumi cum lege timor. Servate ſeverè
Iuſſa Dei, quæ vos rigidè ſervata tuentur.
Præſidium hic vobis ſit inexpugnabile Terror.
DISSIPAT *hic alios unus, ſuperátq; timores*
Diſplicuiſſe Deo timor, & convellere leges.
15 *Sic fatus, lætos viſis in caſtra remittit:*
Moſes refert ad Deũ populi obſequium.
Ipſe Deo in montem populi pia vota reportat
Nuncius, & mediâ accedit caligine Numen.
Acceptat Deus obſequium, & ſua munera laudans,
Lætatur populi pronas in fœdera mentes,
Ac ſibi ſummiſſos in religione timores,
Optatámque fidem Vatis, vocémque Sequeſtri,
Quem ſic pollicitus verbis ſolennibus offert.
Atque utinam duret populo tam juſta voluntas,
Sitque meus vitáq; illi ſit carior ipſâ
Edita lex, ſummam obſequio complexa bonorum!

Sit

Digitized by Google

Sit felix, terraq; opibus, cæliq; fruatur
Deliciis, memor illius ſuper omnia voti,
Quod mihi præ cunctis placitum. Sed munere vincã
Deus promittit Chriſtum. Deuter. 18. 15.
Vota libens præſtabo illum de ſanguine Vatem
Iſacio, ſimilemque tui mortalia membra,
Quem poſcunt; mentem membris mortalibus addam,
Inſcribámque meum obſignato pectore Verbum;
Æternóſq; ſatus fœta de Virgine tollam,
Progeniem innuptæ Matris, Patriq; coævam.
Illius ore loquar populis; tum jura rebelles
Hactenus accipient gentes, & ſubditus orbis
Nomen adorabit noſtrum, pactiſq; fruetur
Væ populis, qui Chriſtum non audient.
Inſitus Abramidum generi. Væ, decolor ætas,
Væ tibi degenerum Abramidum cæcata propago,
Quæ mea deſpicies Vatem mandata ferentem,
Explodéſque meo ſancitas nomine leges;
Iam, jam adero tibi ſuppliciis non impiger ultor.
Reprobatio Iudæorum. Dan. 9. 26.
EXTORRES PATRIA, *& Solymæ felicibus arvis*
Avulſos, ſpargam in terras, profugóſq; per omnes
Oſtendam populos, ingrati ſanguinis atrox
Exemplum, pingui abruptos à caudice ramos.
Ad Rom. 11. 16. 16
Hæc ubi dicta Deus commendat plurima Vati,
Explanatque datam capitum per ſingula legem,
Deus legem explicat Moyſi. Exod. 20. 21. 22. & 23. capitibus.
Queis odiis ſævire ſuos in vana Deorum
Nomina, dejectáſq; velit ſimulacra per aras
Diripere, & diros phanis exſcindere lucos.
Quo ritu ſacra ferre ſibi: quo fœdera more
Concipere, & ſanctos adolere altaribus ignes.
Quo quis emat jure Hebræo de ſanguine ſervum,
Quo vendat, mittátve manu, quo pilea donet.
Variæ leges & mandata. De ſervis.
Sævitiam, ut fugiant domini, ne cæſa cruentent
Servitia, & fœdent humano ſanguine dextras.
Queis furor, & cæca rixis ardentibus ira;
Queis cohibenda lues, ſcelerúmq; licentia pœnis;
De homicidis.
Quis templo nullum inveniat graſſator aſylum;
Quæ pateant urbes inopinâ in cæde fugatis;
Et quis comprenſis homicida trahendus ab aris:
Velandus qua dote pudor, quem victa per artes
De ſtupro.
Perdiderit virgo nullis deſponſa Hymenæis.

De filio immorigero. *Quo lapidum cadat imbre patri, matrive rebellis*
Progenies, tantum auſa nefas linguáve, manúve.
Qui dederint damnum, noxam quo jure reponant.
De furto. *Qui fures, quæ furta luant, vel pelle, vel ære.*
Solvendos oculis oculos, próq; oribus ora;
De iniuriis & noxa. *Penſandas manibúſque manus; & verbere fuſtes:*
Dentibus excuſſos dentes, ut talia quiſque,
Quæ nocuit, paſſus juris condiſcat amorem,
Oculus pro oculo. *Expendátque ſuis aliena incommoda damnis.*
NEC SIBI *quam fieri nolit fraudem inſtruat ulli.*
De depoſito. *Depoſiti ſit quanta fides: quàm ſancta paterna*
Virginitáſque, pudórque domo: quos dirus adulter,
De libidine nefanda. *Quos inconceſſæ Veneris reus exigat ignes.*
Tum viduæ matres, puerique parentibus orbi,
Viduæ & pupilli. *Quanto vim contra ſtudio, curáq; fovendi.*
Quo ſint præſidio peregrinus, & advena tuti.
Advena. *Principibus quis habendus honos; ſacrandáque cultu*
Majeſtas ſancta. *Majeſtas, ne qua indignis impunè laceſſat*
Lingua probris, populive tumor, vel factio lædant.
De primitiis & decimis. *Primitias frugum, & decimas depoſcere templum,*
Queis alat altaris contentos ſorte miniſtros.
Feſti dies, *Qui ſoles operum immunes: quæ Sabbata campis:*
de judiciis. *Quàm recto ſtent judiciis examine lances,*
Ne qua ſiniſtra animi deflectant pondera libram;
Ne perſona oculis illudat ſplendor abactis
A vero: ne qua excæcatos munera vertant.

17 Summa legis Charitas. *Hæc, & plura Deus Moſem docet ordine jura,*
Atque omnes una deducit origine leges.
SUMMAM DUXIT *Amor, legem complexus in uno,*
Duo mãdata charitatis. *Omniáque includens punctis mandata duobus,*
Qui geminus Legis cardo: SUPER OMNIA NUMEN
DILIGE: NEC MINUS AFFINEM QUAM TEMET AMATO.
Phylacteria Phariſæorũ. *Hi duo ſunt apices, gemina hæc faſtigia Legis.*
Nec, quæ multiplici ſubtexit pallia filo
Iſacidum plures collegit fimbria normas,
Vendita magnificâ Phariſæo fimbria pompâ.

Comitia indicta ad *Hæc Moſes in caſtra refert, populóque vocato*
Nuntiat, ac tabulis conſignat prodita ſcriptis,

Com-

Communémque fidem juratis adiicit actis. foedus
Craſtina devoti redeant ad fœdera mandat. ſanciendum.
Ipſe ubi puniceo lucem ſe promere cælo
Advertit, Sinæ ingentem radicibus aram
Admovet ædificans congeſto è ceſpite puræ
Telluris: gradibus nullis præcingitur agger; Altare
Sed molli aſſurgens clivo, ſenſimque ſupinus erectum.
Erigitur, medióque patens umbone videtur Exod. 24.
Altior, affuſis ſpectetur ut undique turmis.
Bis ſeni circum lapides altare coronant,
Erecti in Tribuum titulos; numeróque, notíſque Lapides
Inſcripti, ut totidem feriendo in fœdere teſtes, 12. in titulos
Inconcuſſa fides populi, ſtantéſque columnæ; tribuum 12.
Vt pariter ſacro ſpargantur ſanguine ſaxa,
Aut altare ferant ſubſtructa, aræq; minores
Participent ſacra, & donis cæleſtibus halent.
Tum verò juſſi juvenes de ſtirpe domorum 18
Primigenâ; nec enim Aronis de gente Sacerdos Sacerdotes
Lectus erat; ſed adhuc antiquo jure tenebant de populo
Sacra mares primo thalami de germine nati. juſſi
Hinc juvenes juſſi electa cervice juvencos, immolare.
Eximióſque greges aſperſos frugibus aræ
Admovêre: cadunt placidi, cultróſq; volentes
Accipiunt jugulis. Moſes crateras ahenos
Subiicit, & partem ſepoſtam ſanguinis aufert,
Partem aliam altaris libans in cornua fundit Moſes
Largiter, & titulos, duodenáſque imbuit aras. ſanguinis
Plurima jam structis inſederat hoſtia lignis, partem
Plurima adhuc aram circum jugulata jacebat: ſervat.
Iam facibus flammæ pronis ad ſacra paratæ,
Cùm manibus teſtes tabulas, ſacrúmq; volumen
Ipſe gerens, propiórque aræ, ſolemnia rurſum
In fœdus populi expoſcit ſuffragia Moſes.

Iſacidæ, quamquam nulla eſt hac gloria major, Suffragia
Nil quicquam melius populis, quàm ſubdere colla populi
Legibus, imperióque Dei; quem ſumma penes ſit rurſus
Cunctorum, atque adeò ſummum jus ſola voluntas, rogat.
Nil veſtræ pietatis egens, ex omnibus unam
Hanc tamen æterno jungi ſibi fœdere gentem

Digna-

Dignatur: nihil ille metu, aut terrore coactum

Liberos actus petit Deus.

Extorquet, petit ingenuas in fœdera mentes,
Libera vota, fidem æternam, ſynceráque corda,
Qualia jam tantùm voluit feciſſe merendo,
Et faciet; niſi cæca ſinus aperire libido
Abnuat, & ſummum Patris averſetur amorem.
Nunc igitur dociles iterum cognoſcite jura
Numinis ipſius, quæ jam accepiſtis ab ore,
Sciſcite, ſi placitum, & jurate in verba ſcientes.
19 *Dixerat: & ſcriptam recitans è cortice legem*

Recitat è libro ſcriptam legem.

Arrectas tenet aure Tribus totúmque volumen
Explicat, & ceras apices expendit ad imas.
Dat rebus momenta ſuis, dat pondera verbis,
Inculcátque animis, atque auribus omnia fidis.

Suffragia populi lætiſſima.

Finierat: læto aſſenſu Comitia voces
Attollunt: tremuit tellus, montéſque reſultant
Lætitiâ. QUÆCUNQUE *rogas, quæcunque jubemur,*
Ingeminant; parere Deo, facere omnia prompti
Obſequimur; fiat, fiat quodcunque jubemur.
JUSSU IURA SVO FACIT; *at nos juſſa ſequamur.*
Accipit has populi voces lætiſſimus Heros,
Gaudiáque admiſcens lacrymis, ſuffragia gentis

Referuntur in acta.

Publica in acta refert, ac fœdus ſanguine ſancit
Obſignans: adhibet tellurem, ac ſidera teſtes;
Atque ita ſacrifici ſubdunt altaribus ignem.
It cælo cum nube vapor: mox flamma nitore
Obvia lampadibus Sinais, æthera ſcandit.

Sacrificiũ.

Sepoſitis Vates lymphas crateribus addit
Sanguineum in rorem: cedro circumligat herbam

Liber legis & populus ſanguine aſperſi.

Coccineâ hyſſopum lanâ; tum fœderis icti
Imperjuratas tabulas, ſanctúmque volumen
Sanguine reſpergit, totámque ex ordine gentem,
Sanguinéque, & purâ monitos circumtulit undâ.

Ad Hebr. 9. 20. Exod. 24.

Fœderis hic ſanguis, Teſtamentique poteſtas,
Quod ſanctum, firmúmque alta Deus æthere ſpondet;
Quo nunc hæredem in populum telluris adoptat.

Teſtamẽti veteris ſanguis.

20 *At poſtquam melior ſanguis ſucceſſerit hircis,*
Et teſtatoris rata mors dimoverit umbras,
Clara, reſignatis, quæ nunc ſunt abdita, ceris

Inſtru-

Digitized by Google

Inſtrumenta diem accipient, cœlique pateſcet
Regia, quo melior tranſcribet adoptio gentem; Chriſti Sanguis quātò efficacior?
Æternúmque Dei coaleſcet ſanguine fœdus.
Nunc Deus illius vobis certiſſima mandat
Pignora; res ipſas, ſervantur pignora, tradet.
Nec cœli dubitanda fides, nec manca poteſtas.
Vos modò, veſtriq; hoc pactum ſervate minores.
Mox aderit Deus atque auro felicior ætas.

His actis onerant lances, ſtratique per herbam Sacrum epulum.
Ante aras caſtis ſociant convivia ſacris.
Plebs epulata Deo coràm præconia legis
Divina repetunt cantu; Proceréſque revolvunt,
Denáque commemorant læti ſolennia verba.
Cunctorum lex ore ſonat. LEX *optima rerum* 21
Intemerata regit certo veſtigia ductu: Hymnus in legem.
Lex pede inoffenſo ſtadium decurrere vitæ
Callida, radendis ſolers inſiſtere metis;
Aſſerit emerito victori præmia palmæ.
Lex morum cenſura; animis lex lumen honeſti.
Hæc & præterita delet veſtigia labis,
Præſentiſq; eadem prohibet contagia noxæ;
Lubricáque exemplis detorquet lumina pravis;
Nec piceos patitur contactu inoleſcere mores:
Tum nivei puro, quos educat æthere fœtus,
Paſcuntur croceis nitida inter lilia campis.
Illos nec tumido ſuſtollunt proſpera faſtu;
Turbida nec ſævis turbant adverſa procellis; Præconia legis divinæ.
Non rapit incautos recto pellacia curſu
In dextrum, lævámve tenent medio æquore puppim,
Attentiq; polo, velis in utrâque miniſtrant
Sorte maris, tutóq; petunt cœli oſtia portu.
O juvenum cuſtos, ſalve! ô tutela virorum!
O ſtudiis meditanda ſenum! ſanctiſſima gymnas
Ad decus, exerces nitidis quæ corda palæſtris,
Et formas ad bella manus: tu tempora velas
Victorum, æternáq; premis redimita coronâ.
Nec tibi ſpectatum rapidis fornacibus aurum
Contendat pretio; nec te reſonantius ullum Pretium legis.
Perſonat argentum: neque ſe carbunculus auſit

Lumi-

Luminibus conferre tuis: non ullus ab Indo
Emerſus certare lapis; tu gemmea collo

Torquis Sapientiæ.

Torquis, honoratam quo ſe veriſſima dono
Jactat libertas, regali & geſtit in auro.
Da, Pater æternæ Themidos, da gemmea vincla,
Da ſolidas auro cœli è fornace catenas:
Necte manus; compinge pedes in libera legum
Vincula, nec nodis ſine nos exire tuarum;
Libertas hic ſola tibi ſervire, tuóque
Torquatos auro famam hæc per vincla mereri.
Hos cantus habuêre dapes, hæc carmina Moſes

22 Seniores 70. cum Arone, & filiis vocati in montem, ut pararij teſtes.

Dividit in menſas miſcens convivia Muſis.
Vt perfectus honos epulis, ex ordine ſummo
Ipſe viros decies ſeptem, quos grandior ætas,
Nobilitáſque ferunt primos, Aronáq; fratrem,
Et geminos ejus gnatos Nadabúmque, Abiúmque,
In montem properare jubet, qui fœderis acta
Et tabulas teſtes auguſta ad limina portent,
Aſpecténtq; Deum propiùs; deinde omnia narrent
In populo, tracténtq; animos, & mobile vulgus.
Scandunt attoniti, ſacróq; horrore trementes
Mirantur, quos flamma locos heſterna favillis
Viſa erat oppleviſſe, vident vernare virenti

Sina illæſus à flãmis.

Gramine, nec tantis decuſſas ignibus uſquam
Amiſiſſe comas lucos: conſtantia ſaxa
Rupibus, & nuſquam fumantes fulmine ſylvas:
Nec ſciſſas tonitru cautes: contenta timore
Flamma fuit; calor in pavidos ſævire pepercit;
Aut caruit lux igne ſuo, & cum frigore fulſit.

23 Vident Dei majeſtatem in throno.

Ardentis repetita Rubi miracula paſſim
Aſpiciunt, non conſumptis incendia ſylvis.
Vt collem tenuêre ſenes, unde invia montis
Dorſa patent, ſummo cernunt in vertice Nubem
Ardentem radiis, atque intus luce coruſcam,
Quam nulli poſſint oculi durare tuendo.
Illi compoſitus ſummo Sol aureus axe
Decolor, & furvâ viſus ferrugine tingi.

Seraphim & Che-

Innumeris circum ſcintillæ millibus ardent,
Plumantéſq; volant, ſed fractâ luce niteſcunt,

Mollius,

Mollius, inque globos glomerant examina flammæ. bim in
Aligerûm variæ facies de fulguris igne. curru Dei.
Hi volitant induti aquilas: hi terga leonum,
Exuviáſque gerunt humeris, vultúque tremendo
Lumina ſanguineis facibus flammantia volvunt. Aquilæ,
Humanos alij vultus, humanáq; membra leonis,
Mobilibus ſimulant flammis, ſenáſq; per alas hominis,
Suſpenſi, exultim pinnis liquidum æthera ſulcant. vituli.
Hi vitulos referunt formâ, torviq; feruntur
Cornibus & fiſſas illis ſecat ungula plantas.
Sunt quibus aptantur formæ quadricorporis ora; Quadri-
Qui ſimul in diverſa volent, pariterq; ferantur, formes
Antrorsúmq;, retrorsúmq;, in dextram atq; ſiniſtrã, alij.
Sempérq; ante ſuas facies, atque ora volantes
Progreſſu, & reditu; nam, quod mirabile viſu,
Omnia plena oculis, foris, intus, membra relucent: Compo-
Hi curru ſubiêre Dei, vinctique jugantur nunt cur-
Axibus, & radios complexu, orbéſq; rotarum rum Dei.
Fulguribus ſtruxêre ſuis per mutua nexi.
Sic decies centena jugo ſe millia ſubdunt,
Et totidem centena illis ſe millia jungunt.
SPIRITVS *auriga eſt; hos* SPIRITVS *incitat ignes:*
Admittit, revocátque alacres, nullámque labori
Dat requiem, nunquam clauduntur lumina ſomno.
Ipſe labor requies ollis, & vita moveri.
Tum ſubitò in terras viſum deſcendere cœlum; 24
Infráque ardentes apices ſubſidere montis, Dei de-
Teſſellata velut referens tabulata lapillis. ſcenſus.
Stratáq; ſapphiro ſola ſe ſummittere plantis Pavimen-
Aligerûm; Currúmq; Dei, Thensámque ſubire; tum è
Alternis ſubitò applaudens exercitus alis ſapphiro.
TER SANCTVM *acclamant* NVMEN; *cœliq; reſultant,* Triſagiõ.
Cardinibus tonitru impulſis; quo ſciſſa repente
Diſſiluit Nebula, & manifeſta in luce refulſit
MAIESTAS, *currúque vehens ſola cærula preſſit:* Maieſtas
Sapphiris micuêre ignes, lapsúq; rotarum Dei in ſo-
Fulmineæ abſiluêre faces, ac limina Templi lio.
Intremuêre: labant a ſummo vertice cœli;
Stillantéſque fluunt effuſo nectare nimbi. Stillantes cœli.

Horrue-

Digitized by Google

Horruerant Proceres viſis, hebetatáq; ſplendor
Lumina confudit radiis: quæ forma Tonanti?
Qui vultus? aut quinã habitus? comitúmq; quis ordo?
Vix meminêre; ſciunt tantâ in caligine lucis,
Nec dubitant veniſſe Deum; pedibúſq; ſub ipſis
Dei facies ignota.
Mutatos lateres ſtrata in ſapphirina cœli,
Stellatúmq; ſolum gemmis, Templiq; lacunar;
LEGIFERUM in ſolio, quem circum millia ſtipant
Lex ignea in dextra.
Sanctorum, tabulaq; manu, & LEX IGNEA DEXTRA:
Auctorem agnoſcunt Æqui, Iuriſq; parentem;
Summiſſiſq; animis humiles, & corpore proni
Obſequium in Legem jurant, ac Numen adorant.
Moſes offert populi obſequia.
Et Moſes. Recipe, ô Genitor, tua munera; cœptis
Annue, & hanc nobis, quam præſtas, perfice mentem;
Æternámq; velis populo conſtare clienti;
Intemerata fides hæc ut tua fœdera ſervet.
Legifer ex alto reſpondet talia curru.
25
Deus accipit populi promiſſa.
Accipio, faciámq; volens majora rogatis.
Sed violata fides temerato fœdere, læſa
Majeſtatis erit crimen; mors impigra merces.
Ante oculos, hinc, inde, (manus extendite, fas eſt)
A dextrâ poſui vitam, mortémque ſiniſtra,
Pœna fœdifragis conſtituta.
Hinc liquidos fontes; ſtagna inde ardentia flammis.
Arbitrij eſt veſtri vitam, aut depoſcere mortem.
HAEC VITAE MANDATA; dabit cuſtodia vitam.
Sic fatus Moſem accerſit; mandátq; reverti
Moſes jubetur redire cum Ioſuë.
In montem ut ſcriptam tabularum in marmore legẽ
Accipiat, ſpectétq; typo veſtigia templi,
Menſuráſq;, modóſq; omnes in caſtra reportet;
Iehoſuem aſſumat comitem, fidúmq; miniſtrum.
His actis crepuêre tubæ; plauſúque Phalanges
Aligerûm repetunt Ter Sanctum carmen, & aſtra
Reſponſant, revolátq; polis quadriga recluſis:
Tolluntur tabulata ſimul ſapphirina cœlo,
Lateres Pharij in ſapphiros.
Et Pharij ſurſum lateres aſcendere viſi
Mutati in gemmas; & puri cærula cæli
Spes patiens tulit hos Pharia fornace pyropos.
26 Gaviſi rediêre Senes in caſtra; ſtupéntq;
Senes 70. Vivere adhuc, atque æthereâ ſe luce potiri;

Poſt-

Poſtquam congreſſi fuerint cum Numine coram,
Spectarintq; Deum, vivus, quem cernere nemo
Audeat, aut propiùs tentet ſentire loquentem.
Vix credunt: populus circumſtat ut æthere lapſos,
Aut Erebo emenſo reduces è Manibus umbras;
Attonitos adeò viſis, & lumine cernunt.
Siderea narrant avidis ſpectacula pompæ;
Majeſtas ſuperat ſenſus, & gloria linguas,
Et meliùs quam verba, ſtupor tam grandia narrat.
Poſtera lux puro terras oſtenderat ortu
In procerum cœtu Moſes cùm talia fatur.
Me divina jubent in montem edicta reverſum,
Quæ Deus ipſe manu deſcripſit marmore jura
Accipere, & ſacros Adyti cognoſcere ritus,
Hîc mora quot tractura dies, nec noſcere noſtrum,
Nec fas eſt numerare Deo, aut præſcribere tempus,
Nec ſi quos parat ille ſacris, præſcindere ritus;
Quidquid erit (nam nulla mihi cum Numine certum eſt
Otia poſſe teri) vobis ea tempora ponam
Utiliter. Vos conſiliis, ductúq; tenete
Intentum officio populum: componite lites;
Sed curate Dei vigeant ante omnia leges.
Fœderis en vobis tabulas, tinctúmq; volumen
Sanguine. Conſulite in medium, & cognoſcite cauſas.
Vos Aron, Hurúſq; juvent, nodoſq; reſolvant,
Si quid in obſcuris anceps, aut non leve rebus.
Publica res, privum ſit opus: contendite curas
Huc omnes, & Rem populi res credite veſtras:
At ſcitote animis varium ac mutabile vulgus:
Tractabit pietas animos: prudentia flectet:
Vincet amor tumidos timor & conſtantia frangent.
Nec dubitate, ſuo Deus huc nos tempore reddet,
Cui ſolitum plerumque fidem, mentéſq; ſuorum
Explorare mora, ut cumulet patientia laudem.
Durate; atque ævi Domino ne ponite metas.
Vos ſpectaſtis enim quanto illi debita cultu
Gloria, quas cantent Sanctorum millia laudes.
Devectum curru ſummo vidiſtis Olympo

reverſi in caſtra teſtes ad populum.

27 Moſes in montem rediturus cum Ioſue.

Commẽdat omnia ducibus.

Aron & Hur concilij Principes.

Inciſas tabulas dextrâ oſtentaſſe ferentem.
IGNEA LEX in fœdifragos ſua fulmina ſtringit.
28 Sollicitus ſic ille Duces, fratrémq; monebat
Principis curæ.
Multa putans, variόſq; timens in Principe caſus:
Qui populi fortunam humeris, & pectore portet
Tam fragilem, ingeniiſq; adeò variantibus Hydram:
Vt Sinam tenuêre; iterum ſeſe horrida flammis
Caligo offudit, totúmq; à vertice texit
Intrant in Nubem.
Involvens cum monte viros; mortalia cuncta
Eripuêre oculis tenebræ, quò luce fruentes
Sidereâ placidè intendant leve mentis acumen
Longiùs, ac legis penetrent arcana futura.
Quis memoret, quos illa Dei tot tracta diebus
Sunt 40. diebus cū Deo.
Mentibus ediderint puris conſortia ſenſus?
Non dubitem, quin illa viris in lumine tanto
Sit ſpectata Dei verè LEX IGNEA DEXTRA;
Non ea, quam duris accepit ſaxea venis
Pagina juſſa metu, & ſaxum cogente metallo,
Lex Gratiæ illis oſtenſa.
FERREA LEX, atq; ad duras vix dum edita cautes
Irato frangenda Deo; ſed blandior illa
Mollibus inſcriptam fibris; quam vivus inuſſit
SPIRITVS ille DEI DIGITVS, putríſq; liquavit
Cordibus inſtillans, fusámq; in viſcera ſervat
Illæſam; defendit Amor, flammæq; tuentur;
Quas non ulla Erebi terrent tormenta, nec ulli
Fluminibus poſſint Stygiis extinguere fluctus;
Nulla carnificum furiis eradere mortes.
29 Nec labor eſt ventura procul, præſentia ſignis
Prophetæ quomodò futura videant.
Obiicere, & vatum transferre in ſæcula mentes;
Sive retrò tranſacta latent, ſive edita nondum,
Orbibus annorum ſint evolvenda futuris;
Mentibus inſculpunt ſpecies, ſimulacráq; rerum
Ætherea mentes, & Vatum pectora formant,
Illapſus Dei in mentem.
Aut Deus ipſe animis præſens res ordine dictat,
Momentóq; geri monſtrat, queis ſæcla gerendis
Decurrunt: puncto immenſos ſic contrahit orbes.
Hiſce animos Moſem, & ſocium Sinaa colentes
30 Teſqua, Deo monſtrante, reor, paviſſe figuris.
Chriſtus
Oſtenſus procul in ſublimi monte Sacerdos

Iuſti-

Iuſtitia; à dextrâ ſedem Sapientia ſtipat; Legiſlator.
Lævam fulcit Amor; MEDIO LEX PECTORE ſplendet
Innata, atque notis procul IGNEA grandibus extat;
Nec tabulis opus eſt aliis, aut codice ſcripto.
Hoc primum caput, hoc poſtremum, ſummáq; IVRIS Ejus ſolium.
IN QVAECVNQVE DEVS IVBEAT SVMMISSA VOLVNTAS.

Circumſtant avidæ gentes, atque ore fluentem Totus mundus auditor.
Doctrinam VITAE excipiunt; inſcribitur imis S.Spiritus Scriba.
Pectoribus digito & lingua flammante docentis.
Protinus elucent teneris dictata medullis,
Prorsúſq; innatum reſpondet ad omnia lumen:
Solertéſq; movent ad facta ſimillima dextras: Corda tabulæ.
Conſentit cùm corde manus, cum pectore lingua:
Nec poſiti prohibent fines; aut fulmina terrent Nulli fines arcet.
Acceſſus; vocat & refugos; & adire timentes Vocat omnes.
Invitat, cunctiſq; ultro ſacraria pandit.
Miratur faciles aditus; & mollia Moſes
Blandimenta; & complentes ſubſellia turbas; Concurſus gentium.
Aſtantémq; rogans aula cæleſtis Ephebum
Compellat, quinam populi tanto agmine currant
Ad montem? quis tam auguſto ſe Legifer ore
Tam blandum exhibeat populis, cui nulla ſatelles Christi comitas.
Pila gerat, nulla enſifera cuſtodia turba?
TVTVM SOLVS Amor ſolio; at reverentia ſervent?

Hæc juvenis contrà. Veſtro de ſanguine Vates 31
Ille tui quondam ſimilis promiſſus; & illa Christus, Propheta promiſſus.
In ſortem Abramidum Gentes; & jura vocanda
Adſcripti cælo cives: nec finibus ullis
Metari placuit, vel SANCTVM fulmine MONTEM
Terrificare; vocat cunctas CLEMENTIA gentes.
VNA CAPAX mundi Domus eſt; nec clauditur ulli
Aula Dei; niſi qui nolunt audire vocantem.
Errantes procul invenient per devia flamma.
Nunc ſilet ira; ſuas agat ut Clementia partes.
Legifer ille viden' blando quàm mulceat ore Manſuetudo Christi.
Leniter, & meliùs, tonitru ſine, pectora vincat
Inſinuans tenues Veri cum luce ſuſurros?

Digitized by Google

Si lubet, hinc audire potes; vel te inſere turbis.
Fas erit, & quondam propiùs tibi tangere montem,
Thaboris auguſtum montem, coràmq; loquentem
Audire, & Patris Æterni cognoſcere vocem
Commendantem illum vobis, mundóq; Magiſtrum.
His amor accenſus Moſi, ſeſe addere turbis,
Atque hac ſuſpenſis longè verba auribus hauſit.
Felices ô, divitiis qui ſponte relictis
3,2 Chriſti ſermo in monte. Pauperiem patienter amant, curiſq; ſoluti
Affectant ſtudiis patria haud mortalibus aſtra,
Æthereum merces illis jam debita regnum.
Pauperes beati. Felices animis etiam qui mitibus iras
Mites. Demulcent, geſtántque odio impenetrabile pectus,
Qui facilè ignoſcunt: illis tranquilla quietam
Pax animam dabit, & placida tellure fruentur.
Lugētes. Sunt & lugentes lacrymis, planctúq; beati,
Quos dolor, & triſti ſenſu malefacta remordent
Seu ſua, ſeu fratrum tangantur viſcera damnis;
Protinùs abſtergent lacrymas ſolatia mæſtis.
Felices, quos eſuriéſque, ſitiſque fatigant
Iuſtitiæ fames. Iuſtitia, & deſideriis ſanctiſſima Virtus
Macerat: implebunt magnum pietatis amorem:
Nec dapibus tam rara fames impaſta queretur.
Miſericordes. Hi quoque felices, quorum ſe viſcera torquent
Conſpectum miſerata inopem, ſortiſq; ſiniſtra
Admoniti caſu, dextram extendêre faventem;
His etiam tenera accurret miſeratio lapſis.
Cor mundum. Et qui terſa acie mentis, mundóq; beati
Corde nitent, qui ſynceris opera omnia ductant
Luminibus; lucis cernent in origine Fontem,
Et jubar æterno candens ſplendore videbunt.
Pacifici. Felices, qui pacifici cum nemine pugnant,
Martyres iuſtitiæ. Diſcordéſq; aliorum animos in fœdera jungunt:
Iure Deo natos homines vel ferrea dicent
Sæcula, ſortitos pacis cum Principe Patrem.
Et qui juſtitia ob magnum cruciantur amorem
Felices! quibus effuſo defendere legem
Sanguine conceſſum, Iuriq; impendere vitas:
Aſſeruêre ſuo ſibi cæli ſanguine regnum.

V.

Digitized by Google

Vos quoque, vos etiam nimis ô cenſete beatos, 33
Invidiâ oppreſſos quoties, odiiſque malorum In perſequutionibus beati qui?
Obtigerit probroſa pati, vel carcere vincla,
Verberáque, aut ſævas infami in ſtipite mortes,
Nominis ut noſtri ſartum teneatis honorem;
Lætitiæ tum tempus erit: tum gaudia vobis
Pectoribus ſaliant lætis: tum proxima cælo
Victorum impendet caput umbratura corona. Chriſtus legis inſtaurator.
Non ego, non veni patriam reſcindere Legem,
Nec quas Sinæo tabulas è vertice Moſes
Fulminibus retulit mediis impunè revelli
Perpetior: quin contrà omnes implere lacunas,
Eraſóſque apices, ſi quos expunxit Abuſus, Legē implet & perficit.
Advenio, Legémque ſuo ſplendore repono
Exactam mox DE PLANO *toto orbe legendam.*
Nec lapides poſco in tabulas; mihi mollia corde
Condere jura placet, DIGITÓQUE *inſcribere fibras.* Corda, tabulæ.
OMNIA *mollit Amor; cautes liquuntur & igni;*
Adiiciam flammas; creſcet ſacer Ignis Olivo.
Pectora amore mei vitarum prodiga fient, Efficacitas ab igni, & oleo.
Obſequij populis exhauſto ſanguine ponam
Exemplum, quod nolle ſequi, præ morte timebunt.
Mirificâ hîc Moſes rerum dulcedine tractus
Conatur, velut in ſomnis effingere voces,
Multáque conſultum Doctorem exquirere legis; Moſes cupit interrogare.
Verba premit, vocémq; ſtupor; lacrymæq; ſequuntur
Ardentes animi ſenſus: ſimulacra repentè
Vaneſcunt; faciéſq; oculis ſe protinus offert
Altera, nec jucunda minùs blanditur imago;
Eliciúntque iterum lacrymas nova gaudia Vati.
Ecce Sioneo pandunt ſe calle Penates, 34 Cœnaculū Chriſti.
Auguſtum penetrale domûs, quo prima litatis
Libamenta ſacris altaribus intulit Agnus
Mitior, ut ſævos præcederet hoſtia ritus,
Quàm Myſtes properaret Amor, paſſimq; referret
Deinde, cruentata poſtquam expiraſſet in arâ.
Apparent lecti comites, venerandáq; Mater Apoſtoli expectantes legem
In mediis, & miſſa precum ſuſpiria cælo
Crebra volant, rumpúntq; fores bipatentis Olympi,

S. Spiritus.
Vnde expectabant ignitam Flamiue Legem.
Viſa domus tremere, & vehemẽs quatere aera ventus:
Miſſio S. Spiritus in Apoſtolos. Actor. 2.
Panditur aula Dei: cælo media æſtuat ara,
Excuſſiq; ruunt foculis ardentibus ignes;
Perpluitur rutilo imbre domus, tremuliſq; micantes
Allambunt flammis cunctorum tempora Linguæ,
Innocuiq; comis in ſummo vertice ſurgunt
Flaminibus ſacris apices; perlabitur ima
Oſſa vapor, totóq; ardent in corpore venæ.
Linguæ populorum.
Inſinuat magnos animis Sapientia ſenſus,
Et linguas populorum omnes largiſſima fandi
Copia, multiplici promit miranda profatu.
Erupêre domo, ſparſiq; in compita vibrant
Ardenti ore faces, excuſſáq; fulmina miſcent.
Concurſus nationum.
Attonitæ accurrunt gentes, & funditus ingens
Turbatur Solyme, Chananeis inhorruit omnis
Tot linguas populorum, inopes de paupere turbâ
Miſcere eloquio, qui nec Galilæidos unquam
Exierint fines, patriis ubi retia ſtagnis
Contenti trahere, & remis impellere lintres.
Infectum Babylonis opus, cæloq; minantem
Conatos iterum credant attollere turrim,
Materno niſi quiſq; ſuas ſermone loquelas
Omnes audiunt ſuas linguas.
Agnoſcant, & perſpicuis ſenſa edita verbis;
Qui profugi Scythiâ Parthi, lætúmq; bibentes
Euphratem Medi: quos & felicibus arvis
Interiore Arabes pelagi fovet Agra colonos
Elæana ſinu: quique inter flumina glebas
Magna duo medij vertunt: Pontiq; calentes,
Cappadocúmq; ſolum; & Phrygiæ qui divitis urbes,
Pamphiliámque tenent: uſtas qui Sole Sienen,
Cyrenénq; habitant; dominaquiq; advena Romæ;
Aut mundi civis, linguas hic protinus omnes
Muſto pleni putantur.
Audivêre ſuas; miratique, Orgia credunt,
Bacchari madidos, hilariq; tumere Lyæo.
Quos contra Dux ipſe chori magno incitus æſtu,
Diſputat, ac gentes contra inſanire revincit
S. Petrus claviger.
Divinæ ignaras Legis, veræq; ſalutis;
Oſtenditq; viam digito, linguáq; patentes

Cælo-

Cœlorum portas, verſóſq; à cardine poſtes
Ipſe manu oſtentat, quibus Orci immania lapſis
Clauſtra ſeris cedant, ac Divûm limina CLAVES
EX AVRO GEMINAS CLAVES *fornace recocto*
Ætherea, manibúſq; ſuis adamante revinctas,
Quas vis nulla queat, nulla extorquere tyrannis,
Non verſa imperia, aut mundi fragmenta ruentis.

Docet novæ legis gratiam.

Miratur Moſes animos, habitúſq;, novúmque 35
PISCATORIS *opus; pendent nam patria multis*
Retia adhuc humeris, pelagóq; exercita lina.
Aligerum rogitare cupit, quæ ſpectra? quis ille
Concurſus populorum? aut quæ facundia victrix?
Sectilibus quæ tot flammis in vertice linguæ?

Baptiſmus Chriſti per Iordanẽ deſignatur.

Scena iterum mutata vetat. Iordanides undæ
Intumuêre vadis, geminóq; è fonte ſonantes
Erumpunt ripis, & flumen amabile ſpargunt
In campos; undant oleo fragrante fluenta,
Invitántq; novos nitida pinguedine piſces.
Exuit ille olim Syrus hoc in gurgite Ductor
Infandam lotus ſcabiem, melioribus undis
Confeſſus fluere hos, patrium quam Parphara fontes,
Quámque Abanam. Sed nunc lymphas in cuncta ſalubres
Nomina morborum ſolvit Iordanius amnis.

Naaman Syrus.

Hæc ubi ſtagna ſuo movit turbata natatu
Concilii Magni Princeps, ille Angelus ingens,
Et caſiam, & conchæ infudit cæleſtis olivum.
Iam Piſcina ſuos mæret Pecuaria fluctus
Porticibus vacuis, putribus ſine turbine ſtagnis.

Salutaris & vivifica aqua. Probatica piſcina deſerta.

Nec mora merguntur populi Iordanis in undas,
Frontibus & ſacros certatim infundere rores,
Et capita irrorata vadis adſpergere gaudent.
Illuviem abiiciunt ſquamis, auróq; nitentes
Exultant, ſaliúntq; allecti in retia Verbo,
Verritur immenſâ pelagus, fluviiq; Sagenâ.

Concurſus ad Baptiſmum.

Hîc magis obſtupuit Vates, cùm verſa repentè 36
Fluctiſoni facies pelagi diſceſſit, & ultrò
Succeſsêre plagæ ſteriles, deſertáq; triſti
Terra ignava ſitu, & campi ſqualentis arena,

Gentium olim ſolitudo ſterilis.

Et rigida, ferro rupes, & aheneus æther.
Protinus irriguos cœlum concreſcit in imbres;
Fluvij & fontes in ſolitudine ſubiti.
Et ſaliunt duris rupti de cautibus amnes:
Spiramenta aperit tellus, mollitáq; blandis
Roribus oſtentavit opes: hîc alta marinos
Tollitur in caſus abies, ſaliuncáq; ſubter
Veſtit humum: vario pubeſcunt gramina textu:
Occupat hos cedrus montes, cœlóq; cacumen
Condit odoratum, & fragrantia brachia ſparſit.
Iſa. 41. 19.
Hic adamant ulmos vites: hæc myrta cruentis
Littora prætexunt baccis: hîc frondet oliva:
Hic viridis mavult criſpare cacumina buxus
Spina roſis illic meliùs difflavit odorem.
Solitudo mutata in Carmelũ.
Immigraſſe Saron cultis lætiſſimus agris,
Huc viſus transferre ſuos Carmelus honores;
Paſcuáque, & mites apricis collibus uvas,
Excitaq; feræ turbante cubilia cornu
Apoſtoli venatores. Ierem. 16. 16.
Venantum, magniſq; canum clamoribus acti
Cum pardis, urſiſq; lupi, ſæviq; leones,
In pueri venêre manum; quos ille volentes
Alligat, & blando ſummiſſos colla capiſtro
Agni & lupi ſimul. Iſa. 11. 6.
Securis ovibus miſtos in paſcua mittit.
Innocui junxère latus pardiq; juvencis
In pratis, agniq; lupis, vituliſq; leones.
Miratur faciles pueri paſtoris habenas,
Quem verti videt in mediis, & ſtringere virgâ
Depoſita feritate jubas, & roſtra ferarum,
Quin roget Aligerum, jam non ſibi temperat Heros.
37 *Quæ mundi facies? quæ tam contraria rerum,*
Docetur ab Angelo Moſes.
Tam ſubitò quibus hæc fiat converſio ſuccis?
Qui cicurum ſenſus? quæ tanta indago ferarum?
Ales ad hæc. Quid? necdũ etiam tam plana tuorũ
Fata capis? Legémq; datam, quæ ſæcla ſequantur,
Quæ ſeries? & quàm legis melioris origo?
Chriſtus finis legis Moſaicæ.
Ille potens verbo, atque manu, quem monte docentem
Circumſtant dociles populi, tibi limes, & umbris
Terminus, ac legum finis; nam colliget in ſe
Omnia, qui geminas gentes ſe condit in uno;
Magiſter
Vt cum lege ſuâ populis ſeſe omnibus unum

Inferat,

Digitized by Google

Inferat, ac ſolus cunctorum in pectore regnet. unus omniũ ſummus.
Quos animos? quas ille ſuis ad maxima vires
Sufficiet? doctos quanta ad certamina finget?
Contemptu, mundi dominos, animæq; ſuperbos
Oſores: iterum reditura parcere vita Legis gratiæ præſtantia.
Indociles. Proh! quanta viris hinc gloria ſurget?
Nunc anima viles ea vix comprendere ſenſu,
Nedum auſint tentare manu, quæ qualibet ætas
Tunc effecta dabit, cùm tempeſtiva vigebit
Gratia, & illius partu juſta edita Virtus.
Illuc uſque tui tendent umbracula ritus. Antiquāda lex Moſis.
Tum capient umbræ finem, tum ſciſſa recludent
Vela Adytum; immiſſo languebunt Sole lucernæ,
Queis melior vivo lucebit SPIRITVS igni.
Sic fatus revocat Moſem; delubráq; coram 38 Revocatur Moſes ad exemplar tabernaculi.
Quæ deſcripta umbris, formatáq; ſenſibus offert,
Conſignatq; animo memori, Templiq; figuras,
Menſuráſq; omnes, ſeriem, numerúmq; columnis
Aſſignat; quæ vela tegant, quo condita textu;
Quâ pompâ incedat ſacris in veſtibus Aron.
Quàm ferat auguſtâ ſe majeſtate verendus,
Diducto quoties acceſſerit intima velo.
Quo ritu ſacranda domus: quod vertice Summi
Pontificis vergendum oleum: quo pulvere fumet
Aurea, quæ ſanctis vigilat penetralibus, ara
Menſam inter, ſeptémq; adverſâ parte lucernas.
Omnia Beſeleel ſummâ quæ proferat arte.

LIBRI NONI

Argumentum, & Synopſis.

ABSENTIAM Ducis, longiorem quàm ſperaraverat, non ferens populus, & diuturniores ad Sinam pertæſus moras inexpiabili ſcelere in idololatriam labitur ficto, fuſóque Vitulo aureo, ac per extremæ amentiæ ſtuporem propè incredibilem dedicato, & publica Apotheoſi conſecrato. Hæc ſumma fuit Religionis, & fidei tentatio, & peccatum contra primum divinæ antiquiſſimæ, recentiſſimæque legis caput, quod toties poſteà populo Deus ad pudorem objecit: nec dubium eſt, quin Diabolus, idolomaniæ author, permiſsâ ad tentandum poteſtate, & horâ tenebrarum, præſtigiis hîc ſuis plurima molitus ſit ad revocandos Apis, & Iſidis nefarios ritus, quibus probabile eſt inter Ægyptios, plerosque Iſraëlitarum fuiſſe corruptos. Moſes è monte reverſus facinoris atrocitatem ſeverè ultus, Dei juſtitiam vindicem placare ſatagit, comminuto primùm idolo, ejúſque cineribus populo propinatis, largiſſimo deinde ſacrilegorum ſanguine: ſalutari deniquè pœnitentiâ publicè indictâ, cum ſpecie nonnulla publici interdicti, exportatis ſacris extra caſtra. Deo tandem exorato in montem redit ad tertium jejunium quadraginta dierum, & legem recuperandam novis tabulis cum ſceleris publici veniâ. Pœnitentia idololatriam expiat, quam victor tandem Chriſtus toto orbe profligabit. Tragœdiæ actus dabit Synopſis.

1. Sceleris atrocitas, & ſtupenda populi cæcitas proponitur.

2. Querelæ, & cauſæ faſtidij in abſentia Moſis longiore.

3. Diabolus ſeditionis incentor, occaſione oblatâ ad ſuadendam idololatriam, cujus ipſe inventor fuit, illuſis

Digitized by Google

illuſis olim gentibus, utitur ipſe bellua; Babyloniam meretricem purpuratam tergo invehit, Apocal. 17. impietatis poculum toti orbi propinat.

4. Miſcet ſe populo per caſtra, & fictis cauſis impietatem ſuadet, obtentu liberæ religionis, & exemplo aliarum nationum: ſpargit in vulgus falſum rumorem de morte Moſis, tanquam fulmine ictus deflagrârit.

5. Inſania populi è Babyloniæ meretricis poculo.

6. Traditio, an Rabbinica fabula? de viſo inter nubes Moſis cadavere; unde furor multitudinis novos Deos flagitantis.

7. Stupor incredibilis ducum, qui furorem populi non repreſſerint.

8. Traditio eſt Rabbinica, Hurum conatum eſſe multitudinis inſaniam prohibere, ſed fruſtrà, nec ſine vitæ diſcrimine.

9. Propter eam libertatem vexatus contumeliis à populo, ſi non occiſus, ut quibuſdam placuit; qui eum Martyrem faciunt. Aronis trepidatio indigna Principe, graviſſimum ejus peccatum non excuſat.

10. Aaron metu, aut prudentia carnis cæcatus, pretio ingenti materiæ fuſilis tentat avertere inſaniam, aurum poſtulat ad fingendum ſimulacrum.

11. Nullis ſumptibus parcit impietas: ſpoliatur fides myſticis ſuis ornamentis, & monilia Synagogæ projiciuntur in ignem.

12. Fingitur hîc vituli faber Acoreus, ſimulacrorum inſignis artifex: quæ cauſa vituli fingendi potiùs, quàm alterius ſimulacri? an fuerit Apis, an Iſis?

13. Statuitur Idolum bovilla majeſtate, habitu Apis Ægyptii.

14. Satanæ fraudes, in obſidendis, & movendis Idolis ad iluſionem populi.

15. Dei patientia in ferenda populi blaſphemiâ in conſecratione Vituli.

16. Dies ſolemnis indicta per præconem ad nefarios ritus ſacrorum: impietatis pompa deſcribitur.

17. Indigetatio Apis, aut Nili in vitulo.

18. Com-

Digitized by Google

18. Comeſſatio populi, qui ſedit manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.

19. Deus iratum ſe oſtendit in monte Moſi, & ſcelere populi offenſum graviſſimè.

20. Offenſum placare inſiſtit Moſes humillimis precibus, & per ſanctiſſima quæque obſecrat.

21. Placatior Deus eum cum tabulis in caſtra redire jubet.

22. Moſes agnito ſcelere, dolore incredili ſaucius, tabulas ad rupem illiſas frangit: quare?

23. Invadit, & dejicit Idolum, ſacra diſturbat, ac diſſipat, adnitente Joſue miniſtro: trepidante, & ſtupente populo ad illius reditum inopinatum, & ardorem animi.

24. Corripit graviſſimè impios; ſceleris atrocitatem oſtendit, & prima piacula indicit, potandas publicæ ignominiæ fæces cum vituli favilla.

25. Bibit ipſe, & Aaroni graviſſimis verbis caſtigato propinat: tum Principibus aliis, & omni populo.

26. Aaron ſeparat noxios ab innoxiis: an indicio barbarum aurearum? quas fontibus aqua illa expiatoria tinxerit ad prodendos noxios, ut fabella fert Rabbinica.

27. Moſes ratus ſeveriore aliquo exemplo ſatisfaciendum læſæ majeſtati divinæ, & coërcendam impietatem, jubet cædem noxiorum, & Levitas, alióſque ad eam hortatur.

28. Laudantur vindices legis Levitæ: merces zelo promittitur.

29. Imperat omnibus pœnitentiam tanti ſceleris, dum ipſe acturus de veniâ Deum adit.

30. Montem repetit ad ſecundum jejunium quadraginta dierum, & orandam populo veniam.

31. Placatur Deus Moſis precibus: qui factus audentior petit viſionem divini vultus, ut pignus reconciliatæ gratiæ.

32. Deus ſe promittit populo ductorem fore ſicut priùs, & Moſi privatim viſionem quandam mirabilem ſui in ſpelunca, ubi poſteriora Dei viſurus ſit.

33. Re-

Digitized by Google

33. Remittitur in caſtra ex illo ſecundo colloquio die quadrageſima; tempus omne breve videtur in ejuſmodi cum Deo congreſſibus.

34. Redit in caſtra ut præco Pœnitentiæ, quam Deus illi ſociam dedit, populi pectoribus altè inſerendam. Nemeſis, ſeu Pœnitentiæ qualis cultus; qui ſenſus?

35. Sacra exportat è caſtris Moſes, translato tabernaculo; quod ſequuta eſt columna extra caſtra fixum, tanquam in publici interdicti luctu, Joſue præfectus tabernaculo, ut ſacrorum cuſtos.

36. Pœnitentia Belluam cum Babylonia meretrice fugat, id eſt, Idololatriam caſtris longè extrudit, eíque inſultat: & Chriſtum illius toto orbe victorem fore denuntiat.

37. Diabolus interim Mundi Princeps minatur Idola reponenda, etiam in populo Dei: quod nimis quàm ſæpe tentavit, & perfecit: gloriatur de ſui in Idolis cultu toto orbe.

38. Repullulant capita hydræ, & meretrix Babylonia ad pompam toto circumfertur orbe ſenſim à Chriſto vincenda.

39. Multi Chriſtianos inter Jeroboanes eam conantur reponere nefariis ſuperſtitionibus.

40. Ludi, ſpectacula ſcenica, ſaltationes, larvæ, Bacchanal Chriſtianis jam urbibus annuum, quid aliud quàm Idolorum & impietatis reliquiæ? & *Venter Deus* Crucis Chriſti inimicis dedicatus.

41. Quæ tandem aliquando omnia profligabit Chriſtus. Moſes interim redit in montem expolitis novis tabulis.

LIBER

LIBER NONUS.

IDOLOMANIA IN AUREI VITULI APOTHEOSI: VINCENDA tandem à Chriſto.

1 Sceleris atrocitas.

QVis ſtupor obſedit fauces, ægréq; meantem
Luctatur Phœbum in gelidis elidere venis?
Vnd repentina offuſi caligine ſenſus
Tot radios inter, Sinaiq; fulgura torpent?
Proh facinus! quod Solis equos, pudefactaq; vertat
Sidera; nox animi nullis ſatis occulat umbris,
Nulla ſatis cinerum potu Adraſteia piarit.
Mox luere incipient torrentia ſanguine caſtra;
Et tamen in ſeros tranſibit pœna nepotes.
Vnde animis rabies, & tanta inſania cæcis?
Dic age, Melpomene, tragiciſq; effulta cothurnis

Tragicū facinus.

Inſequere has mecum Furias, quibus obruta ceſſit
Mens animi, circúmque aras lymphata cucurrit
Impietas, manuum venerans figmenta ſuarum;
Dum tot adhuc documenta daret præſentia ſummi
Numinis, & viſis quateret præcordia flammis
Majeſtas, corám accenſo clariſſima monte
Divinos informe pecus percepit honores!
Heu! adeóne hominum prona in tam grandia mentes
Dedecora? aut Stygio tanta Angui facta poteſtas
His tenebris cæcare animos, & vertere corda?
Quid ſumus? heu! quæ virtutis fiducia noſtra?

2 Populi impatientis querela.

Iam Deus intentum Moſem ſermone tenebat
Ter denos in monte dies; opera omnia monſtrans
Sacrorúmq; typos, totúmq; umbratile tectum,
Adiiciens umbris lucem, & quid quæque docerent
Expediens partes, cùm clara in luce pateſcet
Rejecto veteri delubro, immobile templum.

Hic

Digitized by Google

Hic populus novitatis amans, ſpem ferre morantē
Impatiens queritur, numerans diſpendia lapſi
Temporis; abruptámque viam Ductore perempto
Accuſat. Quid enim tot agant in monte diebus,
Si ſuperent, & adhuc aura veſcatur uterque
Æthereâ? impaſti media inter fulmina perſtant
Scilicet? aut vivi nebula paſcuntur, & igne?
Cur vel Nunniades non ſaltem in caſtra remiſſus
Ancipites populo curas, dubióſque timores
Abſtulerit; niſi quòd neuter ſub Sole ſuperſtes?
Heu miſeros! quos credulitas nimia ignibus hauſit.
Hæc ubi Tartareus populi faſtidia ſerpens
Perſenſit (ſectatur enim veſtigia ſemper,
Vt cauſas errorum omnes in tempore captet)
Inſinuat ſeſe querulis; per caſtra vagatus
Immanem capitum ſeptem nebula obtegit Hydram. Satanas incentor ſeditionis.
Ipſa ingens procera decem cervicibus altè
Arboreis totidem in Regum ſpem, cornua tollit:
Infandis inſcripta patent membra omnia diris,
Impia coccineâ referant ut nomina ſquamâ.
Sæva ſedet tergo Mulier Babylonia Belis;
Sed tegit infames craſſo medicamine rugas,
Et fucum gypſata facit; diſcriminat auro
Canitiem tinctam; gemmiſque exaggerat altè
Extructas à fronte comas: incocta liquores
Aſſyrios; coccóque madens plumaria ab arte
Creſcit acu veſtis vanis illuſa figuris.

Hydra & Mulier purpurata. Apocal. 17. Typus Idololatriæ.

Impietas frontem inſcripſit; myſteria jactat
Relligio; ſacrat arcanum ſcelera omnia nomen, Myſteriū in fronte.
Et bibere affectant gentes, quæcunque propinet
Aurea Circeis confuſa capedo venenis.
Hinc pateram implevit meretrix, ritúſq; nefandos
Ex aſtris, Erebóque legens, monſtra omnia fundo
Miſcuit, ut ſua cuique Deus ſit dira libido;
Et facinus nullum conceſſa licentia ſpernat:
INVENIT ſcelus omne Deos. Hoc Lena paratu,
Hac pompa invehitur magnum veneranda per orbem;
Illecebris illis ſua raptat in Orgia Reges:
Hiſcere qui contrà, fucúmque refellere tendant;

Poculum plenū impietate.

Oſten-

Oſtentare Deûm larvas; mundiq; Satorem
Aſſerere, inceſtos Hydra mactantur ad ignes.
Martyrũ ſanguine purpurat pallam. *Coccineum hinc haurit Meretricis palla colorem;*
Purpuráq; hac illi potior, quâ Bellua regnat.
Hoc ſe habitu in populo miſcens teterrima linguis
Murmura, pérq; domos, pérque obvia pectora ſpargit.
4 Inſerit ſe Hebræis caſtris. *Pallet ubique dies; & putri nubilus aurâ*
Triſtificum virus ſpirantibus obiicit aër:
Impia ſepteno ſic Bellua murmurat ore.
Suadet impietatem. *Quis Deus hæc nobis condit tam triſtia jura?*
Qui ſocios aris, patrióque exturbat Olympo?
Et ſine vult conſorte coli: tamen uſque colentes
Terrificans, nullas mittit ſine fulmine voces:
Summovet acceſſu trepidos: ſe nubibus abdit;
Neſciri in tenebris mavult, majórq; videri:
Edicitq; auſtera ſuis ſacra tetricus aris,
Nec latos ſinit ire dies; non tibia cantu
Vlla epulas hilarat, neque verſant ſiſtra choreas,
Sacra Dei tetrica jejunia. *Nulla coronato fervent convivia Baccho.*
At non ſic alias gentes, florentia regna
Inſtituêre Dij faciles; quorum atria templis
Licentia in Deorũ ſacris. *Ampla patent, thalamique, & lectiſternia Divûm,*
Et ſimulacra ſacris in pulvinaribus extant:
Dj populum invitant epulis genialibus: omnis
Permixtim accumbunt ſuperis Epulonibus ordo.
Hîc cantus, hîc vina calent, blandéq; remiſſa
Deorum indulgentia. *Ignoſcit Deitas populis poſt vina ſolutis.*
Aſtarten Syrias ſcimus ſic ire per urbes,
Cæleſtémq; Deam Libycis quæ præſidet aris:
Iſta Palæſtinæ ſiunt quoque ſacra Columbæ,
Sacra Semiramio, quæ primùm prodita ritu.
Vt taceam te, magne Dagon, qui mole bimembri
Amphibium numen, terras atque æquora miſces,
Et tua convivis largus ſacraria pandis.
Quot? qualéſque Deos Phariis cognovimus agris?
Dij Ægyptij faciles. *Inventum quoties epulati aſpeximus Apin?*
O! quæ Memphitæ, quàm feſta licentia Vaccæ?
N AM *facilis natura Boni: neque Numina quemquã*
Exterrent, adytiſve fugant, malúntve timeri.

NEC

Nec fas eſt livere Deos; aut æmula regna — Sine invidia inter ſe.
Partiri: imperium mundi in commune gubernant:
Nec, quos quique optent populi, bona Numina curant,
Dum nullum excludant aris. Heu! fœdere captos — Hebræi lege irretiti.
Iſacidas, quibus hæc ſolis per fœdus ademptæ
Libertas! ſed Di melius. Pater ille Patratus
Fœderis, interiit conſumptus fulmine Moſes. — Fama de Moſe fulmine icto.
Ergo alios properate Deos; nam lege tenemur
Iam nullâ, poſtquam illius evanuit Obſes.
Maturate, duces, quibus hæc ſit nunc via cura.
Hæ voces ſparſæ in vulgus tentoria complent,
Sollicitátque animos omnes feralis Erinnys. — 5
Iam factis coëunt turbis; jam dira volutant — Furor ubique ſparſus.
Argumenta fera, rapiúntque incendia venis:
Iam meretrix ſeſe in cuneos Babylonia miſcet,
Et pateram obtrudit miſtâ impietate fluentem: — Licentia lena.
Iam gula, jam luxus, jam lena licentia mentes
Exolvêre metu; rapuêre exempla pudorem,
Et patrij ritus populorum, & ſub Terebintho — Exempla impia gẽtium.
Non ſatis altè infoſſa atavo ſimulacra ſororum
Nachoridum, nec quod pendebat ab auribus aurum. — Gen. 35. 4.
Relliquias generi infauſtas nunc Hydra recudit.
Quin etiam fama eſt Stygia fictum arte ſepulcrũ, — 6
Exanimémque viri formam per inane pheretro — Fama de morte Moſis.
Funereâ impoſitum pompâ, elatúmque cadaver
Ignibus ambuſtum nigra inter nubila ſtructâ
Deflagraſſe pyrâ, facibúſque arſiſſe triſulcis,
Et leſſi auditas voces: LETHO DATVS OLLVS.
Heu! nimis infidos audax acceſſit ad ignes.
Credita res ſubito, ut ſolitum, ſine teſte tumultu.
Nec deſunt, qui ſpectra velint vidiſſe videri,
Injuſsíſque parent jurare inſomnia linguis.
Circumſtant Arona Tribus, vox omnibus una,
Poſcentéſq; jubent. Populum quonam uſque moraris? — Populi convitia; Fac nobis Deos.
Quanam ultra nos fraude tenes? tuus ille ſub auras,
Aut tumulum ingreſſus, vel cœlum aſcendit Aruſpex,
Qui nos in ſteriles has uſque illexit arenas.
Nec Deus ille latens jam noſtra negotia curat.
Redde Deos, age, redde Deos: molire figuras,

Tractandúmque manu ſpecimen, quo Numina ſeſe
Inſinuent, monſtréntque viam, quâ caſtra ſequantur.
Vt quid enim, ſi vivit adhuc, nos diſtinet iſte
Hìc Moſes, tantùm ſine motu ſtante columna?
Nunc placate Deos; mox curſum intendite caſtris,
Iſacidæ; ut quid enim ſterili terere otia terra?
Tot vitæ periiſſe dies, tot perdere cauſas?

7 Stupor Ducum.

Sic populus. Siluêre Duces: circumſpicit Aron;
Aut eadem infremuêre ſenes, aut pallida mæſtis
Ora rigent, trepidant genua, & cor concipit iras.
Relligio deſerta jacet, fruſtráq; potentum
Implorátque manus, ingratáq; pectora pulſat;
Nec meminêre Dei currum, nec fulmina Patres!
Non jurata fides; non ſparſæ ſanguine veſtes,
Non rorati artus, tabuláq; aſpergine ſanctâ
Occurrêre animis: ſtupidus timor omnia merſit;

Furor ſimilis Orgiorum Bacchi.

Impietas aut cæca premit. Bacchata Cytheron
Sic juga miratus cum Penthea ſparſit Agave,
Cùm ruerent ad ſacra nurus ignota, virique,
Attonitique furore greges populique, ducúmque
Mæonio exciti cornu: rapit impia mentes
Tibia, monſtrificis turbantur lumina ſpectris,
Delphines ſylvis ſaliunt; & tigres in undis:
Tempeſtate fremunt jactato in pectore fluctus,
Mens excuſſa mero; rapuitque inſania clavum:
Ignorat Pentheum genitrix, Amphiona Thebæ.
Quóque magis prohibes, magis eſt inſana Mimallonis.

8 Hur diſſuadet ſcelus.

Et fama eſt tentaſſe Hurum prohibere furentes,
Et monitis junxiſſe preces. Quò tendimus, inquit,
Iſacidæ? aut quinam motus ſic caſtra repentè,
Quæ fuerant huc uſque animis placidiſſima, turbant?

Quàm præſens Deus ſuo populo.

Quid petimus? faciléſne Deos? qui ne agmina ducêt
Conſpicui, ſignéntque vias? obſtacula rumpant
Obvia, & hoſtiles vobis dent protinus agros?
Quidnam igitur nunc uſque deeſt? quidnam ille negavit,
Quem noſtri coluêre patres? qui vincula vobis
Eripuit, vóſque è Pharia fornace revulſit:
Conſpicuúmne ſatis Numen: quid flammea Nubes

Plena

Plena ſuper capita impendens noctéſque diéſque
Caſtra tegit, motóque Deum teſtata cylindro? In columnâ.
Hinc loquitur Deus ipſe palàm, nullaſque remiſcet
Ambages: ipſi audiſtis de Nube tonantem. In Sina viſus ſenibus 70.
At non acceſſu facilis ſed fulmine terret?
Quippe Deus, Dominúſq; tamen Pater optimus idem
Compellit gremio invitans, quos territat igni.
An gens ulla magis faciles commenta Deos eſt?
Quis Deus hos aperit ſciſſo de marmore fontes?
Quinam alius ſic farre pluit, facilémq; per agros Manna.
Annonam populis ſpargit? Sic digerit horas,
Partitúrque dies, & donis tempora ſignat?
Cui ne gerant tot bella Dij, quot prælia vobis
Conficit hic, cujúſque hodie contemnitis aras? Victi Amalecitæ.
Ah! cohibete animos, tantúmque horreſcite crimen!
Iamjam aderit Moſes, utinamque & non Deus ultor.
Talibus orantem exturbant, contráq; ruentes
In faciem ſputis onerant infamibus ora, Hur vexatus à populo.
Illudúntque viro turba; jam tela feruntur,
Iam lapides: ipſo rabies moderamine creſcit.
Obicibus veluti poſitis ac limite torrens
Lenius antè tumens, cùm nil obſtaret eunti, Furor torrenti ſimilis.
Cùm tetigit medio, ſenſitq; obſtacula curſu;
Oppoſitas ruit ille trabes, intextáque ſaxa
Spumeus, & verſo rotat obice ſævior undas.
Ceſſerunt populo Proceres: quin ipſe furenti
Conſilium dictante metu ſe commodat Aron
Artificem ſceleris, tutatus crimine vitam. Aaron metu victus.
Flagitium heu! cani capitis. Malè callida ſeſe
Artibus in fraudem induxit prudentia cæcis.
Vſque adeóne mori miſerum, æternúmque paciſci
Invicta pietate decus? Numénque fateri
Authorem vitæ, & Domino ſua reddere dona? Peccat graviter.
Sed nondum generoſa illo ſe tempore Virtus
Extulerat, necdum ſacro perfuſus olivo
Flamen, adhuc habuit molles ad vulnera ſenſus. Nondum unctus.
Quid mirum? ſi fulmineæ dux ille phalangis, Petrus Chriſtum negans.
Iámque gerens adamantem animis, & nomine Petrã,
Succubuit, victuſq; Deum terrore negavit?

Diſjecit tantam verbo uno fœmina rupem!
In ſe ſtabat adhuc; poſt caſum immobilis hæret;
Cùm didicit jam ſtare Deo, qui lapſa reponit.
Ne mihi, ne cuiquam veniat fiducia fallax.

10 Vt ſceleri intentos Aron avertere dictis,
Aarõ pretio ſcelus tentat avertere.
Diffiſus, timuitque minas: innectere tendit
Arte moram, & ſumptu ingenti deflectere crimen.
NAM VITIA interdum pugnant, ſeſéque viciſſim
Excludunt: luxum ſordes, & avarus habendi
Vincit amor: laxátque ſeris clauſum ambitus aurum.
Deterrere ſcelus pretio parat: atque ita fatur.

Deũ fingere periculoſũ.
Rem magnam, Iſacidæ, mortalique arte jubetis
Maiorem, fabricare Deos: quis enim ora Deorum
Noverit, aut quo habitu malint ſe Numina fingi?
Fluctuat ars incerta operis: deſcribite formas
Vos ipſi, & quos eſſe Deos jubeatis ab arte.
RELLIGIO hic impunè nihil temeraria peccat,
Materiã pretioſam poſtulat.
Admoneo; levia haud leviter commiſſa luuntur.
Materiam ſanè eximiam contendite primùm
Condendis conferre Diis. Si fortè figuram,
Et dignos Superis vultus humana negabit
Ars dextra trepidante ſequi; at pretioſa pudendum
Materies excuſet opus: ſi fingere pulchros
Non datur; at gemmis dites habeatis, & auro.
Monilia uxorum.
Nam quis ſtramineos colat? aut à falce ſalignos?
Protinùs huc ergo detracta monilia collo,
Trajectáſque aurum baccis, quod degravat aures,
Quod crinale comâ, & digitis puerique, puellæq;
Vxoréſque gerunt, juſto quem poſcit acervo
Tantum opus, haud parco lati conferte paratu.
Publica res, & Dis ſimulacra immania Magnis.

11 Vix ea fatus erat, rixis diſcordibus ignes
Implorũ alacritas ad ſcelus.
Injeciſſe ratus, ne tam pretioſa placeret
Relligio, matréſque ſuos defendere cultus,
Et pueri aggreſſi lacrymis jamjam impia ſacra
Deſpuerent, ultróque viros ſævire vetarent,
Damnaréntque Deos: cecidit contrà; ebria quippe
Belidos ebiberant Meretricis pectora virus,
Verterat & caras rabie jam Bellua mentes.

Heu

Heu auro ſpolianda Fides, quod conſecrat aurem,
Deſpondetque Deo mentes, quibus inditus auri
Annulus, ut Fidei jungatur pignore dextra.
Auribus eripiunt gemmas, digitiſque, comiſque
Bacchatæ audita veluti Trieteride matres;

Fidei inſignia direpta, inaures & annuli.

Certatim pueri torques, aurúmque puellæ
Proiiciunt; ſurgit cumulis ingentibus aurum;
Funeſtis quot non congeſta monilia Cannis
Ad Libycos miſit victor ſpolia aurea Divos.
Néve moras patiatur opus, fabricator Acoreus 12

Acoreus faber.

Adiicitur, non ductilibus qui corpora lamnis
Protrahat, ac dudum repetita incude laboret;
Sed lentam fingente manu celer ectypa cretam
Expediat, fuſo ſimul ut ſtent membra metallo.
Haud illo Pharios ſolertior inter Epeos
Ære faber vultus hominum ſimulare, vel auro;
Servatiſque notas aſtrorum inſculpere formis
Argillâ, ſive ille Deos, ceráque tenaci,
Seu pecudum rictus gypſo, vel ſulfure fingat,
Inſinuans magicas inſpecto à ſidere vires.
Ille, & Memnoniis poſſet vocem addere ſignis,
Et ſtupidam Auroræ radiis exſolvere linguam,
Aut auro rigidos inflectere motibus artus,

Fictor Dædaleorum ſignorum.

Dædaleos quales Indus jactavit Iarchas
Pincernas ad Tantalea convivia Suadæ.

Pincernæ Iarchæ aurei.

Incertum, Phariiſne olim plebs dedita ſacris,
An Peluſiacos retinens gens advena ritus,
Conflari optarit rapidis fornacibus Apim,
Aut Iſim patriam revocantem in cornua Lunam?

Quæ cauſa vituli fingendi. An Apis?

An potiùs ſtupidas Aron à crimine mentes
Vt revocet, brutum obiiciens pro Numine monſtrum,
Maluerit formare pecus, pigrique juvenci
Terga, fatigatum gravibus quem paſtor aratris
Increpet, ac ſtimulis miſcens convitia trudat?

Aronis conſilium fallax.

Quidquid erat, populi præceps inſania pronos
Ante imam barathri ſtraviſſet Gorgona vultus
Nec decuit leni reprimi medicamine peſtem:
Compeſcenda lues ferro fuit, & ſcelus igni.
PRAECIPITAT POPVLI *Ducis indulgentia mores:*

18. Comeſſatio populi, qui ſedit manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.

19. Deus iratum ſe oſtendit in monte Moſi, & ſcelere populi offenſum graviſſimè.

20. Offenſum placare inſiſtit Moſes humillimis precibus, & per ſanctiſſima quæque obſecrat.

21. Placatior Deus eum cum tabulis in caſtra redire jubet.

22. Moſes agnito ſcelere, dolore incredili ſaucius, tabulas ad rupem illiſas frangit: quare?

23. Invadit, & dejicit Idolum, ſacra diſturbat, ac diſſipat, adnitente Joſue miniſtro: trepidante, & ſtupente populo ad illius reditum inopinatum, & ardorem animi.

24. Corripit graviſſimè impios; ſceleris atrocitatem oſtendit, & prima piacula indicit, potandas publicæ ignominiæ fæces cum vituli favilla.

25. Bibit ipſe, & Aaroni graviſſimis verbis caſtigato propinat: tum Principibus aliis, & omni populo.

26. Aaron ſeparat noxios ab innoxiis: an indicio barbarum aurearum? quas fontibus aqua illa expiatoria tinxerit ad prodendos noxios, ut fabella fert Rabbinica.

27. Moſes ratus ſeveriore aliquo exemplo ſatisfaciendum læſæ majeſtati divinæ, & coërcendam impietatem, jubet cædem noxiorum, & Levitas, alióſque ad eam hortatur.

28. Laudantur vindices legis Levitæ: merces zelo promittitur.

29. Imperat omnibus pœnitentiam tanti ſceleris, dum ipſe acturus de veniâ Deum adit.

30. Montem repetit ad ſecundum jejunium quadraginta dierum, & orandam populo veniam.

31. Placatur Deus Moſis precibus: qui factus audentior petit viſionem divini vultus, ut pignus reconciliatæ gratiæ.

32. Deus ſe promittit populo ductorem fore ſicut priùs, & Moſi privatim viſionem quandam mirabilem ſui in ſpelunca, ubi poſteriora Dei viſurus ſit.

33. Re-

33. Remittitur in caſtra ex illo ſecundo colloquio die quadrageſima; tempus omne breve videtur in ejuſmodi cum Deo congreſſibus.

34. Redit in caſtra ut præco Pœnitentiæ, quam Deus illi ſociam dedit, populi pectoribus altè inſerendam. Nemeſis, ſeu Pœnitentiæ qualis cultus; qui ſenſus?

35. Sacra exportat è caſtris Moſes, translato tabernaculo; quod ſequuta eſt columna extra caſtra fixum, tanquam in publici interdicti luctu, Joſue præfectus tabernaculo, ut ſacrorum cuſtos.

36. Pœnitentia Belluam cum Babylonia meretrice fugat, id eſt, Idololatriam caſtris longè extrudit, eique inſultat: & Chriſtum illius toto orbe victorem fore denuntiat.

37. Diabolus interim Mundi Princeps minatur Idola reponenda, etiam in populo Dei: quod nimis quàm ſæpe tentavit, & perfecit: gloriatur de ſui in Idolis cultu toto orbe.

38. Repullulant capita hydræ, & meretrix Babylonia ad pompam toto circumfertur orbe ſenſim à Chriſto vincenda.

39. Multi Chriſtianos inter Jeroboanes eam conantur reponere nefariis ſuperſtitionibus.

40. Ludi, ſpectacula ſcenica, ſaltationes, larvæ, Bacchanal Chriſtianis jam urbibus annuum, quid aliud quàm Idolorum & impietatis reliquiæ? & *Venter Deus* Crucis Chriſti inimicis dedicatus.

41. Quæ tandem aliquando omnia profligabit Chriſtus. Moſes interim redit in montem expolitis novis tabulis.

LIBER

Digitized by Google

LIBER NONUS.

IDOLOMANIA IN AUREI VITULI APOTHEOSI: VINCENDA tandem à Chriſto.

1 Sceleris atrocitas.

QVis ſtupor obſedit fauces, ægréq; meantem
Luctatur Phœbum in gelidis elidere venis?
Vnd repentina offuſi caligine ſenſus
Tot radios inter, Sinaiq; fulgura torpent?
Proh facinus! quod Solis equos, pudefactáq; vertat
Sidera; nox animi nullis ſatis occulat umbris,
Nulla ſatis cinerum potu Adraſteia piarit.
Mox luere incipient torrentia ſanguine caſtra;
Et tamen in ſeros tranſibit pœna nepotes.
Vnde animis rabies, & tanta inſania cæcis?
Dic age, Melpomene, tragiciſq; effulta cothurnis

Tragicũ facinus.

Inſequere has mecum Furias, quibus obruta ceſſit
Mens animi, circúmque aras lymphata cucurrit
Impietas, manuum venerans figmenta ſuarum;
Dum tot adhuc documenta daret præſentia ſummi
Numinis, & viſis quateret præcordia flammis
Majeſtas, coràm accenſo clariſſima monte
Divinos informe pecus percepit honores!
Heu! adeóne hominum prona in tam grandia mentes
Dedecora? aut Stygio tanta Angui facta poteſtas
His tenebris cæcare animos, & vertere corda?
Quid ſumus? heu! quæ virtutis fiducia noſtra?
Iam Deus intentum Moſem ſermone tenebat

2 Populi impatientis querela.

Ter denos in monte dies, opera omnia monſtrans
Sacrorúmq; typos, totúmq; umbratile tectum,
Adiiciens umbris lucem, & quid quæque docerent
Expediens partes, cùm clara in luce pateſcet
Rejecto veteri delubro, immobile templum.

Hic

Hic populus novitatis amans, ſpem ferre morantē
Impatiens queritur, numerans diſpendia lapſi
Temporis; abruptámque viam Ductore perempto
Accuſat. Quid enim tot agant in monte diebus,
Si ſuperent; & adhuc aura veſcatur uterque
Ætherea? impaſti media inter fulmina perſtant
Scilicet? aut vivi nebula paſcuntur, & igne?
Cur vel Nunniades non ſaltem in caſtra remiſſus
Ancipites populo curas, dubióſque timores
Abſtulerit; niſi quòd neuter ſub Sole ſuperſtes?
Heu miſeros! quos credulitas nimia ignibus hauſit.
Hæc ubi Tartareus populi faſtidia ſerpens
Perſenſit (ſectatur enim veſtigia ſemper; — Satanas incentor ſeditionis.
Vt cauſas errorum omnes in tempore captet)
Inſinuat ſeſe querulis; per caſtra vagatus
Immanem capitum ſeptem nebula obtegit Hydram.
Ipſa ingens procera decem cervicibus altè — Hydra & Mulier purpurata. Apocal. 17. Typus Idololatriæ.
Arboreis totidem in Regum ſpem, cornua tollit.
Infandis inſcripta patent membra omnia diris,
Impia coccinea referant ut nomina ſquama.
Sæva ſedet tergo Mulier Babylonia Beli;
Sed tegit infames craſſo medicamine rugas;
Et fucum gypſata facit; diſcriminat auro
Canitiem tinctam; gemmiſque exaggerat altè
Extructas à fronte comas: incocta liquores
Aſſyrios; coccóque madens plumaria ab arte
Creſcit acu veſtis vanis illuſa figuris.
Impietas frontem inſcripſit; myſteria jactat — Myſteriū in fronte.
Relligio; ſacrat arcanum ſcelera omnia nomen,
Et bibere affectant gentes, quacunque propinet
Aurea Circeis confuſa capedo venenis.
Hinc pateram implevit meretrix, ritúſq; nefandos — Poculum plenū impietate.
Ex aſtris, Erebóque legens, monſtra omnia fundo
Miſcuit, ut ſua cuique Deus ſit dira libido;
Et facinus nullum conceſſa licentia ſpernat.
INVENIT ſcelus omne Deos. Hoc Lena paratu,
Hac pompa invehitur magnum veneranda per orbem;
Illecebris illis ſua raptat in Orgia Reges.
Hiſcere qui contrà, fucúmque refellere tendant;
Oſten-

Oſtentare Deûm larvas; mundiq; Satorem
Aſſerere, inceſtos Hydra mactantur ad ignes.

Martyrũ ſanguine purpurat pallam.

Coccineum hinc haurit Meretricis palla colorem;
Purpuráq; hac illi potior, qua Bellua regnat.
Hoc ſe habitu in populo miſcens teterrima linguis
Murmura, pérq; domos, pêrque obvia pectora ſpargit.

4 Inſerit ſe Hebræis caſtris.

Pallet ubique dies; & putri nubilus aurâ
Triſtificum virus ſpirantibus obiicit aër:
Impia ſepteno ſic Bellua murmurat ore.

Suadet impietatem.

Quis Deus hæc nobis condit tam triſtia jura?
Qui ſocios aris, patrióque exturbat Olympo?
Et ſine vult conſorte coli: tamen uſque colentes
Terrificans, nullas mittit ſine fulmine voces:
Summovet acceſſu trepidos: ſe nubibus abdit;
Neſciri in tenebris mavult, majórq; videri:
Edicítq; auſtera ſuis ſacra tetricus aris,
Nec lætos ſinit ire dies; non tibia cantu
Vlla epulas hilarat, neque verſant ſiſtra choreas,

Sacra Dei tetrica jejunia.

Nulla coronato fervent convivia Baccho.
At non ſic alias gentes, florentia regna
Inſtituêre Dij faciles; quorum atria templis

Licentia in Deorũ ſacris.

Ampla patent, thalamique, & lectiſternia Divûm,
Et ſimulacra ſacris in pulvinaribus extant:
Dj populum invitant epulis genialibus: omnis
Permixtim accumbunt ſuperis Epulonibus ordo.
Hic cantus, hic vina calent, blandéq; remiſſa

Deorum indulgentia.

Ignoſcit Deitas populis poſt vina ſolutis.
Aſtarten Syrias ſcimus ſic ire per urbes,
Cæleſtémq; Deam Libycis quæ præſidet aris:
Iſta Palæſtinæ fiunt quoque ſacra Columbæ,
Sacra Semiramio, quæ primùm prodita ritu.
Vt taceam te, magne Dagon, qui mole bimembri
Amphibium numen, terras atque æquora miſces,
Et tua convivis largus ſacraria pandis.
Quot? qualéſque Deos Phariis cognovimus agris?

Dij Ægyptij faciles.

Inventum quoties epulati aſpeximus Apin?
O! quæ Memphitæ, quàm feſta licentia Vaccæ?
NAM facilis natura Boni: neque Numina quemquã
Exterrent, adytiſve fugant, malúntve timeri.

Nec

Nec fas eſt livere Deos; aut æmula regna | Sine invidia inter ſe.
Partiri: imperium mundi in commune gubernant:
Nec, quos quique optent populi, bona Numina curant,
Dum nullum excludant aris. Heu! fœdere captos | Hebræi lege irretiti.
Iſacidas, quibus hæc ſolis per fœdus ademta
Libertas! ſed Di melius. Pater ille Patratus | Fama de Moſe fulmine icto.
Fœderis, interiit conſumptus fulmine Moſes.
Ergo alios properate Deos; nam lege tenemur
Jam nullâ, poſtquam illius evanuit Obſes.
Maturate, duces, quibus hæc ſit nunc via curæ.
Hæ voces ſparſæ in vulgus tentoria complent, 5
Sollicitàtque animos omnes feralis Erinnys. | Furor ubique ſparſus.
Iam factis coëunt turbis; jam dira volutant
Argumenta feræ, rapiúntque incendia venis:
Iam meretrix ſeſe in cuneos Babylonia miſcet,
Et pateram obtrudit miſta impietate fluentem: | Licentia lena.
Iam gula, jam luxus, jam lena licentia mentes
Exolvêre metu; rapuêre exempla pudorem,
Et patrij ritus populorum, & ſub Terebintho | Exempla impia gêtium.
Non ſatis altè infoſſa atavo ſimulacra ſororum
Nachoridum, nec quod pendebat ab auribus aurum. | Gen. 35. 4.
Relliquias generi infauſtas nunc Hydra recudit.
Quin etiam fama eſt Stygia fictum arte ſepulcrũ, 6
Exanimémque viri formam per inane pheretro | Fama de morte Moſis.
Funereâ impoſitum pompâ, elatúmque cadaver
Ignibus ambuſtum nigra inter nubila ſtructâ
Deflagraſſe pyrâ, facibúſque arſiſſe triſulcis,
Et leſſi auditas voces: LETHO DATVS OLLVS.
Heu! nimis infidos audax acceſſit ad ignes.
Credita res ſubito, ut ſolitum, ſine teſte tumultu.
Nec deſunt, qui ſpectra velint vidiſſe videri,
Injuſsiſque parent jurare inſomnia linguis.
Circumſtant Arona Tribus, vox omnibus una,
Poſcentéſq; jubent. Populum quonam uſque moraris? | Populi convitia: Fac nobis Deos.
Quænam ultra nos fraude tenes? tuus ille ſub auras,
Aut tumulum ingreſſus, vel cœlum aſcendit Aruſpex,
Qui nos in ſteriles has uſque illexit arenas.
Nec Deus ille latens jam noſtra negotia curat.
Redde Deos, age, redde Deos: molire figuras,

Tractandúmque manu ſpecimen, quo Numina ſeſe
Inſinuent, monſtréntque viam, quâ caſtra ſequantur.
Vt quid enim, ſi vivit adhuc, nos diſtinet iſte
Hic Moſes, tantùm ſine motu ſtante columna?
Nunc placate Deos; mox curſum intendite caſtris,
Iſacidæ; ut quid enim ſterili terere otia terra?
Tot vitæ periiſſe dies, tot perdere cauſas?

7 Stupor Ducum.

Sic populus. Siluêre Duces: circumſpicit Aron;
Aut eadem infremuêre ſenes, aut pallida mœſtis
Ora rigent, trepidant genua, & cor concipit iras.
Relligio deſerta jacet, fruſtráq; potentum
Implorátque manus, ingratáq; pectora pulſat;
Nec meminêre Dei currum, nec fulmina Patres!
Non jurata fides; non ſparſæ ſanguine veſtes,
Non rorati artus, tabuláq; aſpergine ſanctâ
Occurrêre animis: ſtupidus timor omnia merſit,
Impietas aut cæca premit. Bacchata Cytheron

Furor ſimilis Orgiorum Bacchi.

Sic juga miratus cum Penthea ſparſit Agave,
Cùm ruerent ad ſacra nurus ignota, virique,
Attonitíque furore greges populíque, ducúmque
Mæonio exciti cornu: rapit impia mentes
Tibia, monſtrificis turbantur lumina ſpectris,
Delphines ſylvis ſaliunt, & tigres in undis:
Tempeſtate fremunt jactato in pectore fluctus,
Mens excuſſa mero, rapuitque inſania clavum:
Ignorat Pentheum genitrix, Amphiona Thebæ.
Quóque magis prohibes, magis eſt inſana Mimallon.

8 Hur diſſuadet ſcelus.

Et fama eſt tentaſſe Hurum prohibere furentes,
Et monitis junxiſſe preces. Quò tendimus, inquit,
Iſacidæ? aut quinam motus ſic caſtra repentè,
Quæ fuerant huc uſque animis placidiſſima, turbant?

Quàm præſens Deus ſuo populo.

Quid petimus? faciléſne Deos? qui ne agmina ducent
Conſpicui, ſignéntque vias? obſtacula rumpant
Obvia, & hoſtiles vobis dent protinus agros?
Quidnam igitur nunc uſque deeſt? quidnam ille negavit,
Quem noſtri coluêre patres? qui vincula vobis
Eripuit, vóſque è Pharia fornace revulſit:
Conſpicuúmne ſatis Numen: quid flammea Nubes

Plena

Plena ſuper capita impendens noctéſque diéſque — In columnâ.
Caſtra tegit, motóque Deum teſtata cylindro?
Hinc loquitur Deus ipſe palàm, nullaſque remiſcet
Ambages: ipſi audiſtis de Nube tonantem. — In Sina viſus ſenibus 70.
At non acceſſu facilis ſed fulmine terret?
Quippe Deus, Dominúſq; tamen Pater optimus idem
Compellit gremio invitans, quos territat igni.
An gens ulla magis faciles commenta Deos eſt?
Quis Deus hos aperit ſciſſo de marmore fontes?
Quinam alius ſic farre pluit, facilémq; per agros — Manna.
Annonam populis ſpargit? Sic digerit horas,
Partitúrque dies, & donis tempora ſignat?
Cui ne gerant tot bella Dij, quot prælia vobis
Conficit hic, cujúſque hodie contemnitis aras? — Victi Amalecitæ.
Ah! cohibete animos, tantúmque horreſcite crimen!
Iamjam aderit Moſes, utinámque & non Deus ultor.
Talibus orantem exturbant, contráq; ruentes 9
In faciem ſputis onerant infamibus ora, — Hur vexatus à populo.
Illudúntque viro turba; jam tela feruntur,
Iam lapides: ipſo rabies moderamine creſcit.
Obicibus veluti poſitis ac limite torrens
Leniùs antè tumens, cùm nil obſtaret eunti, — Furor torrenti ſimilis.
Cùm tetigit medio, ſenſitq; obſtacula curſu;
Oppoſitas ruit ille trabes, intextáque ſaxa
Spumeus, & verſo rotat obice ſævior undas.
Ceſſerunt populo Proceres: quin ipſe furenti
Conſilium dictante metu ſe commodat Aron
Artificem ſceleris, tutatus crimine vitam. — Aaron metu victus.
Flagitium heu! cani capitis. Malè callida ſeſe
Artibus in fraudem induxit prudentia cacis.
Vſque adeóne mori miſerum, æternúmque paciſci
Invicta pietate decus? Numénque fateri
Authorem vitæ, & Domino ſua reddere dona? — Peccat graviter.
Sed nondum generoſa illo ſe tempore Virtus
Extulerat, necdum ſacro perfuſus olivo
Flamen, adhuc habuit molles ad vulnera ſenſus. — Nondum unctus.
Quid mirum? ſi fulmineæ dux ille phalangis,
Iámque gerens adamantem animis, & nomine Petrã, — Petrus Chriſtum negans.
Succubuit, victuſq; Deum terrore negavit?

Diſjecit tantam verbo uno fœmina rupem!
In ſe ſtabat adhuc; poſt caſum immobilis hæret;
Cùm didicit jam ſtare Deo, qui lapſa reponit.
Ne mihi, ne cuiquam veniat fiducia fallax.

Aarõ pretio ſcelus tentat avertere.

10 *Vt ſceleri intentos Aron avertere dictis,*
Diffiſus, timuitque minas: innectere tendit
Arte moram, & ſumptu ingenti deflectere crimen.
NAM VITIA *interdum pugnant, ſeſéque viciſſim*
Excludunt: luxum ſordes, & avarus habendi
Vincit amor: laxátque ſeris clauſum ambitus aurum.
Deterrere ſcelus pretio parat: atque ita fatur.

Deũ fingere periculoſũ.

Rem magnam, Iſacidæ, mortalique arte jubetis
Maiorem, fabricare Deos: quis enim ora Deorum
Noverit, aut quo habitu malint ſe Numina fingi?
Fluctuat ars incerta operis: deſcribite formas
Vos ipſi, & quos eſſe Deos jubeatis ab arte.

Materiã pretioſam poſtulat.

RELLIGIO *hic impunè nihil temeraria peccat,*
Admoneo; levia haud leviter commiſſa luuntur.
Materiam ſanè eximiam contendite primùm
Condendis conferre Diis. Si fortè figuram,
Et dignos Superis vultus humana negabit
Ars dextra trepidante ſequi; at pretioſa pudendum
Materies excuſet opus: ſi fingere pulchros
Non datur; at gemmis dites habeatis, & auro.

Monilia uxorum.

Nam quis ſtramineos colat? aut à falce ſalignos?
Protinùs huc ergo detracta monilia collo,
Trajectáſque aurum baccis, quod degravat aures,
Quod crinale comâ, & digitis puerique, puellæq;
Vxoréſque gerunt, juſto quem poſcit acervo
Tantum opus, haud parco lati conferte paratu.
Publica res, & Dis ſimulacra immania Magnis.

Implorũ alacritas ad ſcelus.

11 *Vix ea fatus erat, rixis diſcordibus ignes*
Injeciſſe ratus, ne tam pretioſa placeret
Relligio, matréſque ſuos defendere cultus,
Et pueri aggreſſi lacrymis jamjam impia ſacra
Deſpuerent, ultróque viros ſævire vetarent,
Damnaréntque Deos: cecidit contrà; ebria quippe
Belidos ebiberant Meretricis pectora virus,
Verterat & cæcas rabie jam Bellua mentes.

Heu

Digitized by Google

Heu auro ſpolianda Fides, quod conſecrat aurem,
Deſpondetque Deo mentes, quibus inditus auri
Annulus, ut Fidei jungatur pignore dextra.
Auribus eripiunt gemmas, digitiſque, comiſque
Bacchatæ audita veluti Trieteride matres;
Certatim pueri torques, aurúmque puellæ
Proiiciunt; ſurgit cumulis ingentibus aurum;
Funeſtis quot non congeſta monilia Cannis
Ad Libycos miſit victor ſpolia aurea Divos.

Fidei inſignia direpta, inaures & annuli.

Néve moras patiatur opus, fabricator Acoreus 12
Adiicitur, non ductilibus qui corpora lamnis
Protrahat, ac dudum repetita incude laboret;
Sed lentam fingente manu celer ectypa cretam
Expediat, fuſo ſimul ut ſtent membra metallo.
Haud illo Pharios ſolertior inter Epeos
Ære faber vultus hominum ſimulare, vel auro;
Servatiſque notas aſtrorum inſculpere formis
Argillâ, ſive ille Deos, ceráque tenaci,
Seu pecudum rictus gypſo, vel ſulfure fingat,
Inſinuans magicas inſpecto à ſidere vires.

Acoreus faber.

Ille, & Memnoniis poſſet vocem addere ſignis,
Et ſtupidam Auroræ radiis exſolvere linguam,
Aut auro rigidos inflectere motibus artus,
Dædaleos quales Indus jactavit Iarchas
Pincernas ad Tantalea convivia Suadæ.

Fictor Dædaleorum ſignorum.

Pincernæ Iarchæ aurei.

Incertum, Phariiſne olim plebs dedita ſacris,
An Peluſiacos retinens gens advena ritus,
Conflari optarit rapidis fornacibus Apim,
Aut Iſim patriam revocantem in cornua Lunam?
An potiùs ſtupidas Aron à crimine mentes
Vt revocet, brutum obiiciens pro Numine monſtrum,
Maluerit formare pecus, pigrique juvenci
Terga, fatigatum gravibus quem paſtor aratris
Increpet, ac ſtimulis miſcens convitia trudat?

Quæ cauſa vituli fingendi. An Apis?

Aronis conſilium fallax.

Quidquid erat, populi præceps inſania pronos
Ante imam barathri ſtraviſſet Gorgona vultus
Nec decuit leni reprimi medicamine peſtem:
Compeſcenda lues ferro fuit, & ſcelus igni.
PRAECIPITAT POPVLI Ducis indulgentia mores:

Digitized by Google

SEMPER & in peius ſcelera haud reſciſſa trahuntur,
Dei patientia. At tacet ex alto expectans ſua tempora Numen;
Ierem. 17. 1. DIGERIT interea fidis ſcelera omnia chartis:
Omne notans adamante nefas in cornibus aræ.
13 Perfectum jam ſtabat opus, feſſóſq; Cyclopas
Vitulus Idolum. Liquerat: excelſa ſubſtructa crepidine moles,
Quam circum erectis intenta aulæa columnis,
Statuitur. Coccineaq; tholo, velut in conopea, pelles;
Par operi ſedes. Huc poſtquam educta caminis,
Seu Dea, ſive Deus, vectantibus incubuit Bos,
Stat torva cervice ferox, caperata tuetur
Majeſtas, ſimulátque Deum; tranſverſa minantur
Lumina, prægrandes torquente toreumate gemmas,
Qualis Apis. Fulmineáſq; imitata faces: palearia rugis
Horrida, muſcoſo pendent ampliſſima mento:
Compreſſis bis, térve toris per guttura viſus
Conari revocare herbas, ſemeſáq; pratis
Pabula; nec patulas non turbat ſtiria nares,
Cantharus in lingua. Lubrica deſpumat bibulo quas lingua palato;
Perreptat niger inſculpto quam Cantharus auro:
Cornua ſtant intento arcu referentia Lunas
Creſcentes, hirtæq; rigent ſub cornibus aures.
Candida frons, nigro fulget nota candida tergo:
Cauda duplex hirſuta pilis veſtigia longè
Verreret; at mavult intorta recumbere dorſo.
14 Iam penitùs ſubiit Stygius cava viſcera ſerpens,
Satanæ fraudes. Divinóſque dolis affectat victor honores;
Ac niſi fræna daret major moderata poteſtas
Ex alto, pecudis ſtantes impelleret artus
Movet idola. Protinùs, & fictis quateret mugitibus auras,
Ac reſponſa cavo mugirent reddita ventre;
Poſceret aut fœnum ſtabulis, aut carperet herbas,
Illuſa ſuperſtitio. Nec deſunt, quibus illuſi procul aggere ſenſus,
Cæca ſuperſtitio fictis ut credula ſomnis,
Exclamant viſos oculos, auréſq; moveri,
Cornuáq; incluſis jactaſſe micantia gemmis.
Tum ſubitò paſſim in populo mala gaudia clamor
Populi blaſphemia. Lymphatus, diraq; inceſſant aëra voces.
HI DII SVNT, ô ISACIDAE; hæc ipſiſſima coràm,

Quæ

Quæ modò nos Pharijs educunt Numina regnis;
Hæc rupêre graves, domito Pharaone, catenas;
Hæc promiſſa dabunt felicibus ubera terris.
  Proh Superi! queis criminibus cincta arma piandis! 15
Hæccine vos ſcelerum tot in uno crimine monſtra (Dei patientia.)
Vel puncto ſub Sole pati? non ſpargitis ignes
Nubibus? aut rupto ſubducitis æquore terras?
Plúſne Erebi poſſit rabies, & ſæva nocendi
Libertas, quàm præſidij vigilantia veſtri?
Heu! creſcit cunctando nefas! jamjam impius Aron
Vel trahitur, vel ſponte ruit; populíne favore (Aronis inſania.)
Abreptus? fractúſne metu? cæcúſne furore,
Quo populus? Vitulo indicit ſolemnia ſacra;
Indigetátq; Bovem verbo, Dominúmque, Deúmque (Apotheoſis Vituli.)
Appellans, titulis tantis ipſe erigit aram.
Iamiam animus meminiſſe horret, jam Muſa refugit
Virgineas temerare aures, vittáſque pudendis
Commaculare ſacris, triſtéſque attingere ritus.
  Poſtera funeſtos Aurora retexerat ortus, 16
Triſte rubens inter nubes, & luce cruentâ (Dies ſolemnis flagitio.)
Sanguineos minitans imbres, quos veſpera vexit:
Tympana jam feſtique vocant Larvalia cantus.
Effuſum vulgus cuneis obſederat aras.
It vaga per medios ridente Licentia vultu;
Pérque viris miſtas matres: it mente ſoluta (Licentia impudẽs.)
Relligio, externo tantùm ambitioſa paratu.
Et ſua cuique penus læta in libamina menſis,
Bacchicáque è Tyriâ reſtant quæ munera prædâ,
Sidonio fervet generoſa diota Lyæo,
Plurimáque auratis fert cornibus hoſtia vittas. (Pompa ſacri.)
Ponè coronati in byſſo candente miniſtri
Sacra ferunt hymnos meditati, & nomina mille,
Nec quibus illa Diis ſint apta vocabula norunt,
Ignorant ipſique Deos, queis nomina fingunt.
In tacito riſêre ſinu, cùm barbara quæſtum (Quæſtus ſuperſtitionis.)
Vox tulit emunctis populis, & ſimplice vulgo.
Vt cæſæ in flammam pecudes, incanus Agirtes
Accedit, tangítque aras, & ſanguine tingit
Circumiens, balbóque preces immurmurat ore.

17 *Quo te cunque, Pater, compellent nomine gentes;*
Nili, aut Apis indigetatio. *Nam tibi non unum eſt nomen, non una poteſtas,*
Sunt varij ritus populis, mens omnibus una,
Te, quicunque ſuas, venerari, & ſolvere grates,
Seu tu Siris amas potiùs, ſeu forſan Oſiris
Audire, aut veteri Mnevis cognomine gaudes,
Seu Dea, ſeu Deus es; quis enim diſcrimina norit,
Et genus ambiguum? ſexum complexus utrumque,
Et Deus, & Dea ſis; pariter ſis Apis, & Iſis,
Dum jubeas hunc eſſe diem, tum deinde ſequentes
Huic populo fauſtos, feliciáque omnia dones,
Ocyus ô ductor pactis nos invehe campis.
Sic ſtolidum pecori fatur pecus, & litat auro
Libatum invergens patera ſpumante cruorem;
Admovet & virides farre è lactente maniplos,
Accumulátque dapes aris Bove numine dignas,
Diabolus in idolo. *Hortatúrque frui donis, & carpere fruges.*
Hydra cavis uteri furtim gaviſa cavernis
Concuſſit vituli caput, ut ſi ſternuat omen,
Ac ſimul antico ſuſpenſum dente maniplum
Arripit, ut virides videatur mandere culmos.
Attollunt vocem attonita, plauſúmque corona,
Et proceres horrent, puerique, & filius infans
Nutricum, matrúmque ſinu attolluntur in auras,
Vt grandes meminiſſe queant, quas manderet herbas
Bellua, quam Numen juſſerunt eſſe parentes,
Vtq; Deum coluêre aris, & nomine monſtrum.
18 *Vt Vitulo perfectus honor, vitulantur & ipſi*
Comeſſatio populi. Vitulatio. *Sacrifici, populúſque: calent convivia paſſim;*
Important hilares fumantia lancibus exta,
Combuſtiſque Bovi ſetis, ſibi viſcera ponunt,
Et ſolidos animantum artus, & pinguia jura:
Expediunt calices, Amalecia vina coronant,
Nec caruit ſacra menſa jocis, largóque ſalino:
Ipſe ſales Comus ſpargit: Gelaſinus in ore
Omnibus eſt, oculos Charites, frontémque ſerenant.
Ridetur bonus ille ſenex de principe factus
Ridetur Moyſes, *Opilio; mox depoſito paſtore, repentè*
Legifer; ah! nimio Phaëthon nunc percitus igni,

Ac ſe-

Ac ſeſe intereà gratantur lege ſolutos: ut fulmine ictus.
Ergo alacres ſurgunt Geniis: menſiſque rematis
In ludos poſt vina ruunt, fœdúmque Lupercal.
Jam Thymelen, Satyróſque movent: præſepibus altis
Bos ſatur effuſis tanquam per prata juvencis,
Bacchantem ignoſcit gregibus Deus aureus APIS.
It clamor cœlo ludentum, & cæca rotantum
Orgia. Sermonem Deus alto in monte repentè 19
Abrumpens medium ſævâ excandeſcere flammâ Deus iratus impiis.
Viſus; inhorreſcit Moſes, iráſque minaces
Fulguris agnoſcit radiis, trepidánſque ſileſcit
Pronus humo; triſti, quem ſic Deus increpat ore.
Vade, ageſis, feſtina oculis ſpectare nefandum,
Quòd populus tuus iſte ſcelus commiſit ad aras,
Et peregrina bovis Pharij ſacra Tamne recenti
Lege mea? in Sina? corámque tonantibus aſtris?
Tam citò? ſic noſtros transfert ingratus honores?
Transformétne meũ in pecudem noménq;, decúſque?
Adſcribátque Bovi noſtra tot munera dextra;
Immolet his mea dona Diis? ereptáque noſtrâ
Vincla manu, pecudi ferat, ac ſuſpendat ad aras? Moſes
Quid me urges precibus? ſine me ut furor æſtuet ingens, Deum tenet prece.
Quo flagro, & ingratam gentem jam fulmine perdam,
Cervices ego jam duras, ſcopuloſáque corda
Comminuam; attritis ſpargam jam pulverem in auras,
Téque ſtatim magno in populo Regem eſſe jubebo;
Inſtituámque caput meliori in gente: quid ultra
Hanc moror, ut patiar ſcelera hæc? at legifer inſtat;
Et veniam fandi poſcens, ſic reſtitit ore.
Pulvis ego, fateórque, & pulvere vilior ipſo: 20
Sed ſine te exorem; aut ne orandi reſpue cauſas, Nititur eum placare.
Quas populo præbes dudum, & mihi ſuggeris ipſe.
Cur adeò fragiles pateris? quin robore firmas
Duratos, mutánſque animos nova pectora fingis,
Quod tibi tam facile eſt, aliam quàm condere gentẽ?
Tot ne velis iſtâ exciſâ benefacta periſſe?
Tot plagas ſenſiſſe Pharum? tot verbera gentes,

Vt tibi nunc hoſtes auſint illudere dictis?
Et populo extincto increpitent promiſſa, fidémque?
Accuséntque inopem dextram perrumpere pactos
Non potuiſſe armis fines, & reddere terris
Extractam Ægypto gentem, quam proinde necarit
Callidus, extinctam ad Sinæa Ceraunia flammis?
Obſecrat per Manes Patrum. *Hæc poteriſne audire, Pater, maledicta? parentum*
Iſta ferent probra in campis felicibus umbræ?
Tres illæ ingentes animæ, capita inclyta gentis,
Abrahã, Iſaac, Iacob. *Vnde petis famam, & dignaris ducere nomen?*
Reſpice ad illorum cineres: his pacta fides eſt,
His jurata domus, feliciſque ubera terræ.
Gratia compenſet Patrum, deliræ quod audet
Poſteritas; neque tu extirpa, ſed corripe prolem.
Optat mori pro populo. *Primus ego commune luam ſcelus: accipe pœnas,*
Iam me dede neci: populíne ego funera ſpectem?
Imperium tibi jam alterius quodcunque remitto.
Aut populo parce, aut moriar; ſors altera nulla eſt.
21 *His lacrymis dedit ira manus divina parumper,*
Placatior iam Deus. *Placatúſque furor mutatâ in tempore pœnâ.*
Multa gemens ſculptam Moſes in marmore legem
Moyſes tabulas flens accipit. *Complexus premit uſque ſinu, lacrymiſque ſolutis*
Obruit; ac ſi apices deleri flumine poſſent,
Aut lacrymis tabere ſilex, vaneſceret omni
Cum ſaxo divina manus, nec littera ſontes
Argueret: magnis ſed utraque in fronte figuris
Pagina ſcripta reos peragit; neque marmore fracto
Lex interna deeſt, ſcriptaq; in pectore noxa.
Vix è ſeceſſu, montis proceſſerat Heros,
Nunniade comitante, venit confuſus ad aures
Clamor bacchãtis populi. *Horrorémque ferens clamor; quem primus ut hauſit*
Nunniades; iſtos, inquit, Bellona tumultu
Dat ſonitus: ſic caſtra ululant hortantia pugnas.
Cui vates reprimens greſſus. Non, inquit, in arma
Hoc acies clamore ruunt; ſed feſta choreas
Tympana, & hæ potiùs produnt caſtra ebria voces.
Præcipitátque gradum, & totis tremit artubus æger.
22 Moſis dolor. *Vt ſcelus, & cæci vidit monimenta furoris,*
Extantéſque aras, ſtabulatúmque aggere monſtrum,
Et

Digitized by Google

Et circum intentis altum præſepe columnis,
Labitur indignans animo: dolor arida preſſit
Lumina, concluſit fauces; & frigida vibrans
Oſſa tremor; reperit nullas muta ira querelas.
Sed femur, & frontem feriens, iterúmque, iterúmq;
Proſpicit in cœlos, ad terras lumina torquet,
Ad tabulas vertitque oculos, veniámque precari
Viſus, eas preſſit labris, atque oſcula fixit
Ter, quater; ac tandem vox ut laxata dolori, Cur frangat tabulas.
Et frangantur, ait; quid enim ſtent marmore Iura,
Pectoribus ſi rupta jacent? LEX INTIMA FIBRIS
PRIMA SEDET; *quam qui excludunt, jam mente carentes,*
Externa nil Legis egent. Legiſne ſubirent
Hæc bipedum ſimulacra jugo, quibus extima reſtat
Sola hominis tantùm non prono corpore forma?
Ah! pereant Leges, quibus hæc inſania gentis
Arguitur, brutiq; animi lymphata libido. Optat meliores.
Illa, illa veniant leges, quibus intima dìo
Corda calent igni, Iuſtóque inſcripta pateſcunt!
Fœdere quid rupto, tabulas ſervamus inanes?
Frangantur; luat has etiam gens impia pœnas,
Et pereant monimenta, Dei quæ maxima amoris.
Dixit, & impactos ſcopulis illidit acutis 23
Sapphiros; disjecta ſolo ſe fragmina condunt, Fragmenta evaneſcunt.
Effugiúntque oculos dilapſa pulvere gemmæ,
Mutáque vaneſcit contrito litera ſaxo:
Aſt animam Legis cœli tabularia ſervant.
Mox in caſtra ruens, quæ prima oblata ſecurim
Corripit invaditq; Bovem, ſimul aggere buſti Deiicit idolum.
Dejectum, raptátq; ſecans in fruſta, trahitque,
Evertitq; aras, & ſacra nefaria miſcet.
Magnanimus ſe Nunniades haud ſeciùs infert Ioſue Moſem adjuvat.
Vltorem, turbátq; focos, vertítq; columnas:
In flammas aulæa rapit, buſtúmq; Iuvenco
Accumulat: trepidant torti jam crimine ſontes:
Iam mala mens horret furiis: audacia ceſſit:
Tympana muta ſilent, Thyasique, & Mænas anhelant: Stupet populus.
Æráq; repreſſit Corybas: timor omnia ſternit

Inſti-

Inſtigante Deo Moſem; ſe tantus in iras
Extulerat! jámque in cineres collapſa jacebant
Cum Bove ſacra ſuo; cineres cum flumine miſcet,
Cineres vituli miſti aqua. Turbaríque jubet ſparſo cum pulvere fontes:
Tum populo horrendos latices ſic ipſe propinat.
Fœdifragi! nam, cur deinceps vos nomine dicam
24 Idololatras arguit. Abramidas? niſi degeneres, & adultera Patrum
Dedecora? heu! ubi erant mentes? queis cæca tenebris
Conſilia? aut quæ vos Larvæ, Furiæq; ferebant?
Vnde adeò obſcœnos petit hæc inſania ritus?
Vos pecori poſuiſſe aras? fuſúmque metallo
Conſecraſſe Bovem? vos procubuiſſe dicantes
Atrocitas ſceleris. Informi monſtro non ulli effabile NOMEN;
Quóſque Deus ſoli ſummos ſibi ſervat honores?
Atque hac Lege palam, primáque in fronte vetante?
Fœderis ante aras icti, cineréſque calentem,
Cuius adhuc madeant rorata ſanguine veſtes?
Fulminibus nondum extinctis, quæ nuper ab alto
Præſentem ſonuêre Deum? qua voce loquentem
Audiſtis trepidi; quem toto ex agmine lecti
Spectavêre ſenes ſolio ſublime ſedentem?
Quæ ira Dei Vindicis. Sed quid ego hæc autem memoro? tantum omnia crimen,
Quæ memini, taceóque, gravant; jam terra dehiſcit,
Iam ſtellæ, cœlique ruunt; jam cuncta minantur
In pœnas elementa, Deúmque ultura fatiſcunt.
Nam, quid tale unquam Pharao, Memphiſque ſepulta
Fluctibus, & vobis attrita verbere gentes
Peccavêre Deo? Vidi, vidi ipſe tenentem
Tela manu, queis non Erebi detrudat in umbras,
Tenuit Dei manus Moſes. Informes umbras Erebi, & flagrantia ſtagna;
Quâ potui, tenui ipſe manus: vix ille moratus
Supplicium commune, reis innoxia junget
Iam capita; heu! nullo pœnas diſcrimine ſumet.
Sed quis non per caſtra nocens? hæc publica noxa eſt,
Noxij omnes. Hoc commune ſcelus; Proceres cum Principe lapſi
Et populo: nemo vindex; nemo obſtitit ultor.

Heu

Heu nimiùm commune ſcelus, privatáque culpa
Cunctorum! inceſtos faciunt ſpectacula ſenſus:
Et ſcelus eſt ſpectaſſe nefas, quo putruit aura
Ætheris, ac cælum infecit ſpirabile tabo.
Ergo omnes ignominiam hanc, has pectore condent Pœna ad
Flagitiĳ ſordes; cinerem cum flumine ducent, omnes
Protinus unde habeat largos mens conſcia fletus. pertinet.
Omnibus hac pœna eſt; ea prima piacula ſunto.
Dixit, & ingentem pateram prior ipſe popoſcit, 25
Et lacrymans cinere infuſo ſe proluit undâ. Moſes bibit.
Mox Arona citat trepidantem, & muta tenentem
Ora metu. Miſerande ſenex, nimiúmq; ſuperſtes, Aronem
Quodnam in te populus crimen committere tantum, corripit.
Quæ potuit meruiſſe odia, ut ſimulatio fallax
Proderet his Furiis, tuáque indulgentia gentem?
Hanc faceres fraudem populo, inferréſque ruinam?
Non ſatis hi fuerant anni tibi? vitáq; multos Aronis
Heu! nimium jam longa dies? adeóne timendum peccatũ.
Pro ſancta Pietate mori, tótne agmina tanto Oravit
Dedecore, & tanto turpares crimine canos? pro Arone Moſes.
Te voluit mactare Deus, primúmq; petebat Deut. 9.
In pœnas; tenui ferrum, flexiq; rigorem 20.
Juſtitiæ: ſed tu intereà Bovis ebibe faces,
Quem manibus fictúmq; tuis, poſitúmq; fateris:
Tu purgare prior, populi dein elue ſordes.
Craterem accepit ſenior, tum pauca modeſtè Bibit Aro
Cauſatus, populiq; minas, cæcúmq; furorem, cinerem.
Agnoſcit facinus mœrens, dextráque tremente
Nigrantes haurit lymphas, Vituliq; favillam.
Tum Proceres aliĳ luſtralia pocula poſcunt
Certatim, populúſq; omnis; pugnatur ad undam,
Quis prior, & plus quiſque bibat: nam terror in omnes Bibunt
Incubuit, ſtridénſq; ſuper Rhamnuſia pennis. Duces & populus.
Expectant pariter pœnas caſtique, reique.
Sic quondam magno in populo, magnáſq; per urbes
Cùm cœpit mugire ſolum, aut juga ſæva Veſevi
Ebullire cavis, flammámq; efflare cavernis, Trepidatio
Iam cinerum eructare globos, jam condere Solem; populi.

Digitized by Google

Læſæve majeſtas immani crimine, ſontes
Aggeribus cinxit muros, populúmq; rebellem
Læſa majeſtas *Objecit ſine ſpe ferro, flammæq; furenti:*
Tum trepidi pallent cives, ululántq; ſolutis
Matronæ per templa comis, & limina mergunt
Sacra nurus ſtrata lacrymis: it triſtis ad auras
Infantum, matrúmque, neq; intrat ſidera clamor
Averſis lacrymæ Superis volvuntur inanes.
26 *Intereà authores ſceleris diſcriminat Aron*
Aron ſeparat noxios. *Præcipuos, qui circum aras duxêre furentes*
Bacchanal: ſpoliat cultu, veſteſq; nefaſtas
Eripit, útq; hoſtes à ſanctis ſegregat aris
Caſtrorum parte incluſos; tum pulvere ſpargit
Fabula de aureis barbis. *Devotos Diris, ac certa piacula mandat.*
Et fama eſt feciſſe reis diſcrimina barbas,
Fulgentes auro barbas, atque aurea menta.
Nam ſimul auriſluum pateris hauſêre liquorem,
Mutavêre comas ſontes, ſi credere fas eſt,
Aureus in barbis nituit color, aurea mento
Cæſaries, fulvo ſontes prodente metallo.
At Moſes aliâ expendens facta impia lance
Moſis prudens ſeveritas. *Haud contentus eo populi ſqualore, ſitúque*
Et nondum ſatis eſſe Deo factum putat; ergo
Irarum accendit flammas ad Numinis ignes
Offenſi, & metuens ævo graviora ſequenti,
Sic dictante Deo, dextram exertare medentem
Exemplo inſigni ſtatuit: reſcindere peſtem,
Et terrere animos ferro, & compeſcere pœnâ
Audaces; ſic fortè Dei ſe molliat ira.
27 *Et legis ſtimulante æſtro. Iam quiſquis honores*
Hortatur Levitas ad cædem reorum. *Divinos ſarcire voles mecum, inquit, adeſto,*
Me ſequere, & mecum ſceleratâ te eripe turbâ.
Nec mora conveniunt Levitæ, & multa nefandis
Intemerata manus ſacris, quibus imperat Heros.
Obfirmate animos, lateríq; accingite ferrum;
Ite, redite alacres mediis qua compita caſtris
Zelus iuſtus. *Dant longas diverſa vias portam inter utramque,*
Obvia quæq; metant enſes: ne parcite ſtragi.
Hortatu ſenſêre Deum juſta arma jubentem,

Iuſtis

Iuſtitiáq; acti ſtimulis in cæca feruntur
Vulnera, nec vultus norunt, nec cara parentum
Nomina, nec dubitant quo condant pectore ferrum;
Hoſtis erat quicunque nocens, quive obvius enſi Sine acceptione perſonarum.
Iuſta odia inſontes animas dat, & expiat ictu
Magnus amor, Legis vindex, qui præbuit enſes.
Oderunt, & amant feriendo, manúſq; trementes
Confirmat zelus, repetitíſq; ictibus iras.
Proſternunt ſcelera ipſa reos, jugulúmq; recludunt; Sontes manifeſti.
Præſidio deſerti omnes: ſtat nullus in armis:
Nemo fugit: pulſat clamor miſerabilis aſtra
Poſcentum veniam, noxáſq; in morte fatentum.
Auditi cælo gemitus, lacrymæq; receptæ. Confeſſi.
Larga jacet caſtris propè nullo in tempore ſtrages.
Sic ubi flava Ceres plenis jam nutat ariſtis, Strages ſimilis calamitati ſegetum.
Aut jam liventes exponit pampinus uvas,
Si gravis incubuit ventis hiemantibus imber,
Quem Boreas, flatúſq; rotent tranſverſa frementes,
Rumpitur in glaciem nimbus, ſub grandine meſſes
Defluxêre: jacet denſis vindemia ſaxis,
Attritíſq; gemunt mœrentes vitibus ulmi:
Momento caſſus longi labor interit anni.
Detonuit ſubitò nubes, rediitq; ſerenum,
Apparet mœſtis ſtrages, ſpéſq; irrita campis:
Trituram ſegetes paſſæ, vineta flagellum;
Agricolis reſtant lacrymæ, vaniq; dolores.
Sic tria ſunt hominum & viginti millia punctò 23000. hominum cæſa.
Strata neci: eiiciunt infleta cadavera caſtris
Æquanimes, quódq; exitium ſibi quiſq; timebat,
Defuncti haud graviter cæſorum in ſorte tulerunt,
Inſuper & gladios Moſes, & pectora laudans,
Macti animis, inquit, juvenes, quibus edita cædes 28
Hæc hodie inceptat ſcelerato inflectere Numen Laudati ultores Legis.
Sanguine, & offenſum populo placare Tonantem,
Veſtras illi hodie hæc ſacravit victima dextras,
Cuius honos potior vobis, quàm cara jugalis
Vincla thori, aut fratrum ſanguis, quàm vita parentum.
Huius erit merces ingens, & gloria facti,

Et

Digitized by Google

Et ſperate Deum memorem, cui ſacra litaſtis.
Sic fatur: cælo intereà fulgentia ſurgunt
Sidera; deſcendunt ſomni: mortalia grata
Exolvêre vices rediturꝭ pectora curis:
Hunc addit inſanis lux quadrageſima finem;
Sanguineóq; Apim ploratum flumine merſit.
Hydra odiis ſervans tamen immortalibus iras,
Naufragio è tanto potuit quaſcunque relegit
Relliquias, quas infando ſub Rege reponat
Ieroboam vitulos repoſuit. 3.Reg.12.18. *In vitulos Samaria tuos: rurſum aurea contrà*
Abſtrahet Iſacidas Solymæis buccula templis.
Hauſerat aſtra dies; populum Titane reverſo,
Ductoréſq; vocat Moſes, ac talia fatur.
29 Hortatur omnes ad pœnitentiam. *Infandum ſcelus, Iſacidæ, longóq; luendum*
Ordine pœnarum poſtrema inſania vobis
Conſcivit: neque fas ullum prætendere noxæ
Velamen; nihil hîc error, nihil inſcia fraudum
Simplicitas, nihil hîc præceps violentia poſſunt
Excuſare; oculis omnes peccaſtis apertis,
Conſilio tractante ſcelus: poſt omnia coram
Argumenta Dei viſu uſurpata manúque.
Ira Dei gravis. *Illius vereor quorſum indignatio vergat;*
Nec pœnæ ſatis exhauſtum eſt: ego rurſus adibo,
Et veniam orabo lacrymis, ſupplêxq; fatebor
Hoc tam immane ſcelus veſtrum, méq; ipſe vovebo,
Vt caput hoc unum vobis diræ hoſtia pendam.
Se pro omnibus devovet. *At vos intereà lacrymis, victúq; ſevero*
Caſtigate animos, & mecum intendite vota.
Iam vobis impunè nihil peccare licebit.
Non colimus truncos, ſensúq; carentia ſaxa:
SED, *didiciſtis enim,* DEVS *omnia ſpectat, & audit,*
ILLIVS ET NVLLI *ſperandum evadere dextras,*
Non oculos; omni ille loco ſcelera invenit ultor;
NEC SONTES, *ſocij ſcelerum, nec turba tuentur.*
Durate, & lacrymis illum affectate faventem.
30 Moſes montem repetit. Secunda *Sic fatus repetit montem, jejunia rurſus*
Altera init, denis quater inſtauranda diebus,
Aggreditúrq; Deum votis, verſátq; precando.
Commiſſum eſt immane ſcelus; ſontéſq; fatentur
Crimen

Crimen atrox, dignúmque æterno adamante notari. quadra-
Conſlavêre Deos, heu! immemorabile monſtrum! geſima.
Conſlatis poſuêre aras, & thura dederunt. Pro venia
Ruptum ultrò fœdus: gratis peſſundata jura: ſupplicat.
Infandas meriti pœnas. Si crimina quæris
Cognitor, & ſontes ipſi commiſſa fatentur
Omnia; promeruiſſe omnes hoc crimine pœnas:
Pendere nec nullas orant ſqualentia luctu
Agmina. Iam læſis ſcelerum tot millibus, alto
Sanguine caſtra natant: expectant cætera mortem, Pœniten-
Quæ levior foret ipſa metu, ſævóque dolore, tia popu-
Quo torquet mens ſciſſa reos. Sed parce relictis, li.
Et ſcelus hoc nobis ignoſce; aut me quoque chartis
Exime viventum numero: me expunge ſub umbras
Detruſum, & populi in ſtragem mea funera miſce. Deleri
Vt quid enim ſolus lacrymis, luctúque relinquar? petit de
Vt foveam æternum deleta gente dolorem? libro vi-
Sic Vates. Deus hæc ſolatur voce precantem. tæ.

CUIQUE SUUM CAPITALE *ſcelus, funeſta tabella eſt:* 31
Et damnat ſua noxa reos; ſua crimina tollunt. Deus pla-
Viventum è numero ſolos expungere ſontes cabilis.
Fas mihi: tu perge, & populum perducere tende, Sua quiſ-
Quo cœptum tibi monſtrat iter. Nec ſanguinis hocce que cul-
Exhauſtum ſatis eſt; ſceleris non immemor hujus, pâ perit.
Adjiciam vindex juſta in medicamina pœnas.
Intereà tu carpe viam, meus ille columnâ
Quam tibi conſpicuo ductor ſecat Angelus aſtro.
Ingratis equidem jam parco præire catervis,
Præfractis ne fortè animis, totiéſque furentem
Exſcindam populum, ac ſimul uno vulnere perdam.

Pertendit contrà Moſes, precibúſque moratur.

Nóſne viam ſine te ductore capeſſere mandas?
Haud equidem ingrediar ſine te: non ſi mihi centum Negat
Millia ductorum Aligerûm, cœlique maniplos Moſes ire
Polliceare omnes: niſi protinùs agmina coràm ſine Deo
Ipſe regas ductor per me ſe nulla movebunt duce.
Caſtra loco; his fixi moriemur ſedibus omnes.
Nam ſine te, quò ferre pedem? quas prendere ſedes?

Quò nos Aligeri ſine te? quæ in confraga trudent?
Te præſente mori hic ſatius; miſerebere forſan
Sanctorũ PP. Merita pro poſteris. *Infantum, aut illos Patrum reverebere Manes,*
Qui ſoboli hanc orant veniam; audiríque merentur;
Cultores, famuliq; tui, fidique clientes.
Sin minùs, ut placitum eſt, integros fontibus adde,
Miſce omnes, patrióque ſinu nos, ceu grave pondus,
Excute; & hunc gentes patriæ Pietatis abortum
Accuſent, probróq; tibi hæc ejectio vertat;
Ceu præſtare fidem nequeas, nec fœdera cures.
Petit viſionem Dei. *Me tibi de facie notum, & de nomine jactas,*
Me geſtari oculis, & amico pectore condi;
Quin igitur nubem removes, vultúſque serenos
Oſtendis? téque in populum ſpectabilis infers?
Quin hanc tute viam tua per veſtigia ſignas?
Aut tibi ſi tam carus ego, neque vana putatur
Gratia, tolle mihi ſaltem hæc velamina fronte,
Obſecro, divinóſq; palàm da cernere vultus.
Fac, videam faciémque tuam ſine nube, ſine umbris.
Heu! quo me uſq; trahis ſimulamine? me quoq; vanis
Ludis imaginibus, pérque hæc umbracula rides
Illuſum, palpantem umbras, & cæca tenentem
Cur petat faciem Dei. *Nubila, ceu puram complectar pectore lucem?*
O! quem te in populis, quæ per præconia tollam?
Quos loquar aſpectos vultus, fontémq; lepôrum,
Primævúmq; decus, ſummam ſine origine formam!
32 *Talibus orabat Vates. Deus ipſe precanti,*
Familiaritas Dei. *Sic exorari cupiens molliſſima verba*
Suggerit; inſtigat magnos fiducia ſenſus,
Nec veniam ſolùm ſpondet; ſed tendere ſupra
Vota docet, cælique novos ambire favores.
Sic igitur Moſi placido Deus annuit ore.
Se ducem promittit. *Ingrediar rurſum ipſe viam manifeſtus, & ante*
Agmina Amorrhæas detrudam ceſpite gentes
Telluris pactæ Abramidis: tibi rura, domóſque,
Ut vacuas tradam immiſſis crabronibus urbes.
Ante acies tibi de facie ſpectabilis ibo;
Et priùs, & vultu aſpiciam mea caſtra ſereno.
Viſionem *Hoc etiam, quod tute rogas, tibi largiter addam.*

Digitized by Google

OMNE BONUM OSTENDAM TIBI me, ſummámq; lepôrum — *promittit petitam.*
Exhibito objiciam vultu. Sed lumina ſenſus
Mortales neque tanta ferunt, neque vivere cuiquam
Mortalem, ſimul & divinos cernere vultus
Conceſſum: neque morituro in corpore quiſquam
Aſpiciat: tibi cur communem ſolvere legem?
Teque mori ante diem mea contueâris ut ora,
Mortalis, quæ nemo videt? neque gratia prorſus
Iſta neganda tibi tamen eſt; ſi cernere vultus
Non potes, & faciem immenſum jubar ore vomentẽ, — *Poſteriora ſua vidẽda promittit.*
Me licet à tergo aſpicias, & ponè figuram
Ex humeris, tergóque notes; greſſúmque loquentis,
Sic etiam aversâ radios à fronte fluentes
Vix oculis, & mente feres: ſed te eminus abdam
Speluncâ clauſum umbroſâ, ſaxiq; profundo, — *In ſpeluncâ.*
Obtentáque manu radios ante oſtia frangam,
Ne victos ſolvant ſenſus, anguſtáque corda
Hinc mea dorſa oculis, me prætereunte videbis;
Servabiſque ſolo greſſum, & veſtigia noſces.
Hic animo aſſurgens Vates, Nihil iſta moretur 33
Vita, inquit, mihi quin faciem, tuáq; ora reveles — *Moſes optat mori, ut videat.*
Pura, precor; videam, & moriar; ſi fortè neceſſe eſt
Ante mori, ut videam, moriar: mihi maximus iſte
Fructus erit vitæ & nimis ô cumulata voluptas!
Nam quos vita alios miſero ſervetur in uſus?
Votis ſumma meis, fruar ut te, corpore ſolvi.
Iam decies quater exoriens Titania lampas — *Omne tẽpus breve in raptu animæ.*
Miſcentem vicibus ſermonem in monte videbat,
Congreſſúmque Deo Vatem: non ulla videtur
Oranti prolixa dies; nec tempora labi
Sentit in æterna Mentis compoſta ſinu mens.
Ac velut in ſtratis, ubi mollis pluma ſoporem,
Defeſſiſq; labor membris, & menſa modeſtis
Conciliant ſomnos epulis, abſtracta ſepultis
Senſibus, & volvens nullas per ſomnia curas, — *Simile à placido ſomno.*
Non ſentit mens ire polos labentibus aſtris,
Nec lapſas numerat partes; ſed tempora jungit
Non diſcreta notis, punctóque videtur eodem
Incipere, & cœptos vigilans abrumpere ſomnos:

Digitized by Google

Multa inter medio ceciderunt ſidera curſu:
Nulla fames placidam turbat, neque cura quietem.
Moſis cōtemplatio per dies quadraginta. Sic animum Moſis nebulâ, gremióque receptum
Numen alit ſomnis: jubet alta ſilentia curis
Corporeis: nulla abrumpunt inſomnia pacem,
Nulli audent ſomnos interpellare clientes.
Excitat ipſe Deus, juſſúque in caſtra remittit.
34 Surge, ait, atque meis populo hæc ediſſere verbis,
Redit in caſtra præco pœnitentiæ. Irarum ingentes animo me volvere fluctus:
Atque parata ipſi deflectant fulmina luctu,
Et doleant paſſi leviora piacula noxis;
Sic indulgentes lacrymis, mea fœdera rurſus
Expectent. At tu, formâ referente priores
Scinde tibi è ſaxo tabulas, primáq; dolatis
Luce redi, & montis ſolus faſtigia ſcande:
Nemo auſit clivo poſitos accedere fines:
Summoveant armenta procul, nec paſcere campis
Audeat adverſis quiſquam, propiúſq; vagari.
Inſtaurabo manu Legem, ſcriptóque reponam.
Nemeſis in caſtra mittitur. Sic ait, & triſtem Nemeſin ſtridentibus alis
Ire jubet Moſi ſociam, & depoſcere pœnas.
Hæc ubi vulgavit Vates in caſtra reverſus,
I cendit magnum in populo Dea ſæva dolorem
Miſſa polo, & triſtes lacrymas ſuper agmina fundit.
Mox lacerat comptos crines, & pulvere turpat:
Pœnitentiæ ſeveritas. Florentes ſcindit tunicas, auróque crepantes
Rumpit acerba ſinus, ſpoliatáque corpora cultu
Sternit humi cinere involuens: tum cannabe tortâ
Habitus qualis. Injicit horrentes ſaccos, & funibus arctat
Præcinctos artus; ſetis quos ſubter equinis
Iſa. 3.24. Aſpera texta terunt, aut tonſis retia capris.
Amovet & menſis epulas, & balnea thermis:
Vina vetat; molléſque thori in lanugine ſomnos:
Mandat humū; aut duris jubet arcta cubilia truncis;
Lurida quum ſiccâ ſolvit jejunia cœnâ.
Dat caſtas lacrymis noctes, vigilatáque planctu
Aſtra ferit, pulſánſq; Dei demitigat iras.
Spes pœnitentiæ. Intereáq; animos veniæ ſpes alma ſerenat,
Solantúrque reos planctus, & crimina purgant.

Hos

Hos Metanœa habitus pullo mæſtiſſima luctu,
Nuda pedes, plangens liventia pectora palmis
Perculſis dederat caſtris, fletúque madebant
Omnia ad inſtantes irato Numine diras.
Et tantos populi gemitus probro aggerat Heros, 35
Exportat caſtris aras, & publica ſacra,
Translatóq; foras ponit Tentoria Templo;
INTERDICTA *velut raptis ſint agmina* SACRIS
Cuſtodémque adytis adhibet, qui limina ſervet,
Nunniaden, ut fœdifragos procul arceat aris.
Inſequitur, Templúmq; tegit comitata Columna,
Et teſtata Deum iratum ſuper explicat umbram.
Diriguit viſu populus, ceu caſtra relinquat
Præſidio ſpoliata Deus; gemitúſque dederunt
Luctiſonos cum plebe Patres: ſingultibus angit
Pectora rupta dolor: ſævit virga aſpera loris;
Quóque magis ſævit, tantò ſpes blandior intus
Erigit afflictas ſua per ſuſpiria mentes:
Et magis atque magis revomunt infuſa medullis
Toxica, queis animos Orcina averterat Hydra
Illudens paterâ, & Chaldæa Belidos auro;
Quam caſtris procul ejectam Metanœa flagello
Increpitat, triſtéſq; adigit remeare ſub umbras.
Túnc tuis etiam Iſacidas afflare venenis 36
Auſa, diem inceſtabis adhuc? fuge, Dira ſub Orcum,
Et triſtes ibi rode dapes, & veſcere terrâ:
Terra tibi, facéſq; data; quid ſidera tentas,
Lucentéſq; petis ſerpens in pabula ſtellas?
Vipereos frangent dentes; tetigiſſe pudebit;
Sed non & guſtaſſe voles; tibi debita fata
A genere hoc? ſeptem capitum cervicibus una
Infliget Mulier calces, protritáque franget
Guttura, & avulſum cæcis toto orbe cavernis
Exponet Colubrum ludo te lacteus Infans;
Iactatámq; tibi philtris, & murice Circem,
Qua tergo Regina ſedet, cui dena miniſtrant
Cornua detractam luſtris, regniq; pudendis
Fornicibus nudam ſtatuet, probroſáque monſtra
Eruet, ac circum latrantes inguina formas,

Sacra exportata.

Columna ſequitur.

Luctus publicus.

Odium pecati.

Bellua fugata.

Pœnitentia inſultat belluæ.

Chriſtus Idololatriæ victor. Iſa. 11. 8.

Digitized by Google

Móxque ignominias flammis, & ſulfure merget.
34 *Sic Nemeſis monſtro inſultans; cui principe rictu*
Diaboli invidia idola reponet. *Hydra vomens piceâ miſtam fuligine flammam*
Reddidit hæc. At non iſtos ſine clade pudendâ,
Quos memoras, puer iſte ferent, Mulierq; triumphos.
Intereáque aliquot verremus ab æthere ſtellas,
Electámq; dapem Stygiis properabimus antris,
3. Reg. 12. 18. *Dum licet: in vitulos rurſus ſacrabimus aurum.*
Dan, & Luza ferent altaribus æmula ſigna:
Iam toto ſparſi orbe Deos, nec ſemina deſunt
Idola toto orbe. Excelſa in Iſraël. *Excelſis fœcunda jugis: jam pangere lucos,*
Iam meditor ſepire aras nemoralibus umbris:
Finitimæq; dabunt exempla, & nomina gentes
In pompam feſtóſq; dies: luſtrabitur aris
Tota meis domus Iſacidum; nec vallibus Ennon
Vallis Thopheth 4. Reg. 23.10. Ierem 7. 31. *Ampla ſatis capiet cœtus ad ſacra ruentes:*
Hos videat cœlum populis plaudentibus ignes,
Et doleat; mortiq; datos ſimul immolet Orco;
Vt res cunque cadant, decreſcent ſidera cœlo,
Extendámq; meos hominum per funera fines:
Sic effata odiis ambit feralibus orbem,
Et ſcelerum ritus magnis authoribus infert,
Aptatis ad vota Diis, ut commoda cuique
Relligio. SCELERA INDIGETAT *patrona vetuſtas;*
Vimque dolo miſcens Erroribus extruit arces,
Propugnátq; nefas & vanis militat umbris.
Sincerum nihil eſt uſquam; ſic omnia ſerpens
Diabolus Deus mũdi per idola. *Afflavit, cœlum ac terras, & cærula ponti,*
Damnatúmq; Chaos tenebris, ceu triplice fati
Impietas ſibi ſorte tulit: tenet omnia triplex
Iuppiter, & rerum formas mutatur in omnes.
Summates, imóſque Deos, Mediúmque tenentes
Mundus habet: ſenſu illuſo pronuntiat Error,
Dij ſine numero undique acciti. HOC DEUS EST, *quodcunque vides: quod poſcis, & horres,*
Quod juvat, & quodcunq; nocet: ſine crimine, fas eſt
Execrari etiam Superos, omnéſq; vocare
Nominibus veris Furias; & maxima Gorgon
Inter eos plus juris habet; queis numinis ordo
Nequi-

Nequitia eſt ; REGNAT QUI INTER TETERRIMUS OMNES.
Heu faciem Mundi miſerã! tot quem undiq; jactant
Abreptum Furiæ, & Furiarum maxima tergo
Amentem pater à Lenâ cum Belide vectat.
Heu! quis erit finis? quò non contagia ſerpent? 38
Quas non inficient gentes, cùm carpſerit ipſos Repullulans Hydra meretricis Babyloniæ.
Iſacidas tam fœda lues? tam ſæpè reciſis
Vlceribus ferro, & flammâ; tamen uſque relapſum
In venas ſubiit virus: recruduit error
Nequitiæ totiéſque arſit lethale venenum!
Non potuit tantam Moſes abſcindere peſtem,
Non tot deinde pij Reges! non igneus ipſe
Thesbites valuit flammâ ſeptemplicis Hydræ
Ramoſam capitum Baalis conſumere ſylvam!
An tuus eſt hic, CRISTE, labor? tibi Bellua ſoli Chriſtus Belluæ & meretricis victor.
Iſta cadet; neque tota ſimul victoria monſtri
Orbe tibi victo veniet; populabere colla
Paulatim, & victor toto ſpectabere mundo.
Per terras, populóſque omnes tibi Bellua laudum
Materiam, bellique dabit: tu denique cornu Senſim vincenda,
Supremum extremo victor certamine franges,
Et dominã mundi meretricem in ſanguine volves;
At ſeptem intereà totidem cum montibus arces
Subjecit jam Roma tibi, collectáque tota Iam victa olim Româ ceſſit.
Orbe Deûm ſimulacra ſuos ut relligionum
Municipes tibi Pantheij teſtudine templi
Incluſit, tractóſque tuas mactavit ad aras. Phantheõ Deo dicatum.
Tot delubra aliæ gentes, tot fana dederunt
In cineres, tot muta tibi confuſus Apollo Oracula muta.
Deſeruit ſpelæa: ſilet Dodonia quercus:
Non tripodas cortina movet, non corniger Ammon,
Non Præneſtina referunt reſponſa ſorores.
Robigo, Febriſque Ioves, poſtrema Deûm fax,
Confecère, fimo, quas Diva Cloacula texit, Monſtra Idolorum cloacis condita.
Séq; olido ſimul incluſit Libitina ſepulcro.
Felix ô nimiùm ſtratis Eccleſia monſtris,
Purgatáq; olim tetris nidoribus aurâ! 39
Si modò Nabatides nullus Vituliq;, Iouiſq; Multi Ie-

Digitized by Google

roboanes reponunt Idola Chriſtianis.

Relliquias templis relegens, ariſq; reponat.
Nec referant turpes Divûm proſcenia ritus.
O ſcelus! heu vitiis EXCETRA *ſimillima fœdat*
Chriſtiadûm mores, olimque Ægyptia caſtris
Colluvies hæret, Chriſti mentita ſub armis
Militiam, & contra juratas Tartara pugnas
Nobiſcum luſtrata Deo, cui perfida lingua

Perfidi & perjuri poſt Baptiſmum.

Sacramentum ingens, & formidabile dixit
Deteſtari odiis Stygio cum Principe pompas,
Sacra Cruces vexilla manu pugnare tenentes
Tartareis infeſta umbris, victricia mundi.
Quò fugit cum mente fides? malè transfuga Memphis
Impietas, ſic perfidiâ Chriſti agmina turbas?
Sic prodis ſcelere? inceſtúmq; reducis Anubim?
Reſtituiſq; Deos, & dira Lemuria templis?
Nam quibus, & quot cæca modis tentare Voluptas
Auſa nefas, ſe ſacrilegis immiſcuit aris?

Ludi & ſpectacula Idolorum. Circus.

Ille colit Conſum Circo, & Neptunia ſacra
Curriculi ſpectator agit, Circæáque Soli
Dona refert, dum quadrijugos in pulvere currus
Ipſe favore furens rapidis immittit habenis,
Quadrifidique Deos aſſignat partibus anni.

Arena gladiatorum.

Illum ſanguineâ, Dis, an Saturnus? arenâ
Immanes, operatum oculis, & pectore ſævo
Dira Thoantea fingunt ad ſacra Dianæ;
Moribus exutum humanis Dea tigride veſtit.

Theatra ſcenica Veneris.

Quid? qui laſcivis Cyprin coluêre theatris,
Subjectóſq; gradus templo trivêre Diones?
Non prætextatis ludunt Floralia ſcenis
Pompeia Veneris famuli, molléſque columbi.

Bacchanalia & larvæ.

Quid memorem, quæ jam fiunt Trieterica Baccho
Annua? deſertis poſtquàm hæc inſania pagis
Chriſtiadûm magnas plauſtris migravit in urbes;
Oráque corticibus Satyri monſtroſa cavatis
Objecêre palam diriſque furentia Larvis
Compita Silenos aſino vidêre vehentes,
Et bacchata foro jactarunt Orgia thyrſos.

Ducitur etiam in Quadra-

Nec Furias jejuna tenent Cineralia ſeptis.
Tranſiliunt fines, vellúntque repagula larvæ,

Et

Et comeſſantem media in jejunia Bacchum gesimæ
Important; pullis lugent dum veſtibus aræ. dies.
Quot Ventrem, Geniúmque colunt, inimicáque ſancta Venter Deus multis.
Sacra Cruci? quid enim refert Idola per aras
Reſtituant, ungántque Lares? an corde profano
Admittat mens ipſa Deos penetralibus imis, Tecta Impietas peſſima.
Queis ſecreta ſinu det thura libido Sacerdos?
IMPIETAS HIC MAIOR ERIT, *quæ plangit Adonin* Adonis in templo. Ezech. 8. 14.
Parietibus pictum cæcis, altaria contrà
Interiore tholo; Cenſor quam nemo coërcet;
Perfoſſo niſi perſpiciat ſacraria muro.
Heu morum antiquam labem! quam ſæcla querentur 14
Omnia, ſed tandem ſuprema incendia ſolvent, Vincenda à Chriſto impietas.
Cum veniet zelo Iudex horrendus & armis,
Vibratúmque DEI VNIUS *per fulmina* NOMEN
Majeſtas manifeſta feret: tunc omnis ab imo
Impietas Erebo occurret, genibúſq; tremiſcens Rom. 14. 11.
Incurvis, dabit in manicas & vincula collum.
Dum queror ad Nemeſin, decedunt ſidera cælo, Moſes redit in montem.
Expoliit raſo tabulas de marmore Moſes,
Et primo repetit montem procinctus Eoo.

LIBRI DECIMI

Argumentum, & Synopſis.

CUM ſenſiſſet Moſes placatum jam populo Deum, expiatis pœnitentiâ caſtris idololatrarum ſanguine; promiſiſſétque ſe ductorem viæ fore, ſicut prius, Exod. 33. auſus eſt expetere viſionem claram divini vultus, ſive illam beatificam, quæ mente ſolâ uſurpatur; ſive aliquam aliam luminoſi corporis, ad ſenſus corporeos accommodatam; quam haberet tanquam pignus redintegratæ prorſus gratiæ, vel etiam, quò clariùs Deum agnoſceret, ad muneris ſibi impoſiti partes tanto ſanctius obeundas. Promiſit Deus, quod petebatur: & illam beatificam, qua oſtenditur *omne bonum*, ſed ſuo tempore; & illam alteram, cujus in hac etiam vita, & mortali corpore patientes fiunt amici Dei, miris in contemplationis ſilentio, ſomnóque modis, excedentibus, & alienatis à ſenſibus animis. Hanc promiſerat Moſi Deus myſtico nomine Poſteriorum ſuorum: quaſi illa pura, & beata, quæ fit ſine corpore, ſit viſio faciei; iſta autem, quà ex creatis rebus, aut quibusvis etiam ſacris ſymbolis contemplando aſſurgit animus ad ſpeculandam gloriam Domini, ſit tantùm viſio, averſâ, ſcilicet, adhuc facie. Repetit igitur Moſes ſolus montem cum tabulis, quas ſibi dolarat, Exod. 34. & in ſpelunca à Deo compoſitus ad viſionem mirificam, & tanto prophetâ ac Duce populi dignam, videt Poſteriora illa Dei prætereuntis. Atque hæc Poſteriora non corpus tantùm aliquod excellenti luce præditum, quod à tergo viderit Vates; ſed incarnandi Verbi Myſterium cum graviſſimis pleriſque Patribus accipimus, quod Moſi in illo ſeceſſu enucleatè demonſtratum ſit illuſtriſſimâ imagine lucis, & gloriæ

riæ Chriſti Domini; unde ille jubar, & frontis radios conceperit, quibus illa etiam lex, quæ *miniſtratia mortis* fuit, gloriam acciperet, quamvis eam Moſaici vultus gloriam Synagoga non ferret ſine velamine. Quod jam tum ominoſum fuit Synagogæ noctuis, & filiis tenebrarum. Seriem viſionis Synopſis dabit.

1. Deſcribitur receſſus ille in monte, & foramine petræ Moſi promiſſus ad viſionem Poſteriorum Dei, Exodi 33. 21. hæc ſpelunca ad contemplationis delicias, cujus ad oſtium lucem manu ſua diſpenſat Deus.

2. Moſes ſpecu abditus, fingitur conſuetis orandi, & contemplandi gradibus niti ad viſionem faciei expetitam. Aſſurgit igitur paulatim imaginibus, & memoriâ rerum creatarum, quæ divinam omnipotentiam, & Bonitatem immenſam ſenſibus exhibent, ad aſpectum Divinitatis ipſius, ut hic fingi animis mortalium poteſt. Sic denique alienata à ſenſibus mente, rapitur, & excedit in Deum ſomno compoſitus contemplationis in Dei ſinu, ubi omnia ſine ratiocinationis labore conſpiciat.

3. Moyſes ecſtaſi rapitur ad viſiones varias.

4. Oſtenditur illi Protoplaſtorum ſtatus, in Paradiſo Edeneo, & poſt lapſum Angelorum rebellium invidia diaboli eorum tentatio & lapſus.

5. Judicium, & proſcriptio Adami, & Hevæ: quibus in ſolatium exilij, & mortis inſperata ſalus promittitur, atque, ut rumpatur invidiâ Diabolus. decretum de Verbo humano in corpore mittendo ad inſtaurandam Dei gratiam demonſtratur; ſive illud ante, ſive poſt prævisum peccatum, divinitùs conſtitutum eſt.

6. Chriſti Domini mortale corpus, totúmque conſilium corporandi Verbi, utcunque conſtitutum fuerit decretum, Poſteriora Dei meritò dici poſſunt, ut graviſſimi Patres plerique intellexerunt: nam, ſive poſt peccatum præviſum decreta eſt incarnatio, poſteriores hæ fuerint curæ, cogitationéſque Dei pleniſſimæ ſapientiæ; ex quibus longè meliùs, & clariùs agnoſcatur Dei facies, quam ex rerum creatione; con-

conſpecto, ſcilicet, in humano corpore Filio, vivâque Patris imagine. Si antè, quod probabiliſſimum ſemper equidem duxi, quàm mortales caderent, decretum Verbo corpus, & toti generi præparatum fundamentum, in quo ſtaret, aut in quo reponeretur ædificij cœleſtis moles, Chriſti humanitas Divinitatem, Moyſi & hominibus tanquam à tergo inſpiciendam exhibet lumine, & lineamentis virtutum omnium, & toto vultus Unigeniti filo, ex quibus faciei claram ſpeciem ſuſpicari meliùs licet, quàm ex toto mundi paratu, ornatúque, quàm quovis è ſymbolo, aut imagine Prophetis exhibita. Proinde beati Apoſtolorum oculi & aures, quibus datum eſt videre & audire, quod Patriarchis & Prophetis pleriſque non conceſſum.

7. Oſtenditur Moſi luculentiſſima imagine ſeries & modus Incarnandi Verbi, ut ſi ipſe rebus intereſſet, quando geſtæ ſunt.

8. Illibata virginitas Mariæ in conceptu, & partu.

9. S. Spiritus virgini in conceptu obumbrantis copioſiſſima gratia.

10. Chriſtus ingreſſus mundum conceptus ſui puncto, adorat Patrem, ex Pſal. 39. templum illi Virginis uterus, ubi ipſe hoſtia prima & maxima. Ibidem adoratur ipſe ab Angelis juſſu Dei, ad Heb. 1. 6.

11. Maria viſit Elizabetham: Chriſtus Baptiſtam ſuum ibidem ſtatim baptizat.

12. Pax toto orbe naſcituro Chriſto conſtituta: naſcitur in Bethlehemia ſpelunca.

13. Paſtores vocantur. Circumciditur ibidem.

14. Accurrunt Gentes Magorum ductu, vocatúque; & per eos Eccleſia ex gentibus expoſitum Chriſtum tollit, ut olim filia Pharaonis Moyſem relictum à ſuis.

15. Purificatur Maria ex lege: ſiſtitur in templo Chriſtus Hypapantem celebrat Simeon ſenex.

16. Herodis invidiâ exulat in Ægypto Chriſtus.

17. Poſtliminio redit, mortuo Herode.

18. Duodennis elabitur ex oculis, & manibus matris,

Digitized by Google

matris, & cuſtodis S. Joſephi, ad obſequium Patris. Stupent Doctores ad illa rudimenta abſolutiſſimæ ſapientiæ. Reperitur inter Doctores: matrem, patrémque obſequio honorat.

19. Ad S. Joſephi beatiſſimam ſortem ſtupet Moyſes: in illius prærogativas admirando excurrit.

20. Chriſtus properat ad Baptiſmum Joannis.

21. Inde in ſolitudinem agitur à S. Spiritu: jejunat; tentatur à Diabolo.

22. Prima, ſecundáque petitiones tentatoris eluſæ.

23. Tertia tentatio confuſo Satana ſuperatur, & victori miniſtrant Angeli.

24. Alia Chriſti acta Moſi oſtenſa prætermituntur, quod ſatis poſtica majeſtatis ſpecies patet in natura humana Verbo indutâ.

25. Glorioſi Corporis Chriſti ſpecies Moſi exhibita, Deo laxante lucem in oſtia ſpeluncæ; & removente manum, qua illam ſuo arbitratu cohibuit, ne in corpus à Divinitate, & beatâ animâ redundaret ad illius gloriæ ſplendorem: radios concipit Moſes, & illuminatur conſtanti lumine.

26. Oratio Moſis tranſeunte gloriâ Domini, Exodi 34. 10. Incarnatio Verbi ſummum miſericordiæ opus.

27. Placatus populo Deus intuitu ſuæ miſericordiæ, majores, quàm antè populo favores promittit, numeratos Exod. 34.

28. Novis tabulis inſcriptam legem tradit, remittítque in caſtra Moſem.

29. Radiata fronte caſtrorum vigilibus timorem injicit: vix agnoſcitur à ſuis, & majori deinceps in veneratione habetur.

30. Cur honoratus à Deo Moſes illis radiis, & ſtabili fulgore. Divinitas, aut commercia cum Deo à pleriſque legum conditoribus, opinione hominum affectata, fruſtrà: ſola divina lex eum ſplendorem meretur, & præſefert.

Digitized by Google

Quò nos Aligeri ſine te? quæ in confraga trudent?
Te præſente mori hîc ſatius; miſerebere forſan

Sanctorũ PP. Merita pro poſteris.

Infantum, aut illos Patrum reverebere Manes,
Qui ſoboli hanc orant veniam; audirique merentur,
Cultores, famuliq; tui, fidique clientes.
Sin minùs, ut placitum eſt, integros ſontibus adde,
Miſce omnes, patrióque ſinu nos, ceu grave pondus,
Excute; & hunc gentes patriæ Pietatis abortum
Accuſent, probróq; tibi hæc ejectio vertat;
Ceu præſtare fidem nequeas, nec fœdera cures:

Petit viſionem Dei.

Me tibi de facie notum, & de nomine jactas,
Me geſtari oculis, & amico pectore condi;
Quin igitur nubem removes, vultúſque ſerenos
Oſtendis? téque in populum ſpectabilis infers?
Quin hanc tute viam tua per veſtigia ſignas?
Aut tibi ſi tam carus ego, neque vana putatur
Gratia, tolle mihi ſaltem hæc velamina fronte,
Obſecro, divinóſq; palàm da cernere vultus.
Fac, videam faciémque tuam ſine nube, ſine umbris.
Heu! quo me uſq; trahis ſimulamine? me quoq; vanis
Ludis imaginibus, pérque hæc umbracula rides
Illuſum, palpantem umbras, & cæca tenentem

Cur petat faciem Dei.

Nubila, ceu puram complectar pectore lucem?
O! quem te in populis, quæ per præconia tollam?
Quos loquar aſpectos vultus, fontémq; lepôrum,
Primævúmq; decus, ſummam ſine origine formam?

32 Talibus orabat Vates. Deus ipſe precanti,

Familiaritas Dei.

Sic exorari cupiens molliſſima verba
Suggerit; inſtigat magnos fiducia ſenſus,
Nec veniam ſolùm ſpondet; ſed tendere ſupra
Vota docet, cælique novos ambire favores.
Sic igitur Moſi placido Deus annuit ore.

Se ducem promittit.

Ingrediar rurſum ipſe viam manifeſtus, & ante
Agmina Amorrhæas detrudam ceſpite gentes
Telluris pacta Abramidis: tibi rura, domóſque,
Vt vacuas tradam immiſſis crabronibus urbes.
Ante acies tibi de facie ſpectabilis ibo,
Et priùs, & vultu aſpiciam mea caſtra ſereno.

Viſionem

Hoc etiam, quod tute rogas, tibi largiter addam.

OMNI

OMNE BONUM OSTENDAM TIBI *me, ſummámq; lepôrum* promittit petitam.
Exhibito objiciam vultu. Sed lumina ſenſus
Mortales neque tanta ferunt, neque vivere cuiquam
Mortalem, ſimul & divinos cernere vultus
Conceſſum: neque morituro in corpore quiſquam
Aſpiciat: tibi cur communem ſolvere legem?
Teque mori ante diem mea contueáris ut ora,
Mortalis, quæ nemo videt? neque gratia prorſus
Iſta neganda tibi tamen eſt; ſi cernere vultus
Non potes, & faciem immenſum jubar ore vomentē, Poſteriora ſua videnda promittit.
Me licet à tergo aſpicias, & ponè figuram
Ex humeris, tergóque notes; greſſúmque loquentis,
Sic etiam averſâ radios à fronte fluentes
Vix oculis, & mente feres: ſed te eminus abdam
Speluncâ clauſum umbroſâ, ſaxiq; profundo, In ſpeluncâ.
Obtentáque manu radios ante oſtia frangam,
Ne victos ſolvant ſenſus, anguſtáque corda
Hinc mea dorſa oculis, me prætereunte videbis,
Servabiſque ſolo greſſum, & veſtigia noſces.

Hic animo aſſurgens Vates, Nihil iſta moretur 33
Vita, inquit, mihi quin faciem, tuáq; ora reveles Moſes optat mori, ut videat.
Pura, precor; videam, & moriar; ſi fortè neceſſe eſt
Ante mori, ut videam, moriar: mihi maximus iſte
Fructus erit vita & nimis ô cumulata voluptas!
Nam quos vita alios miſero ſervetur in uſus?
Votis ſumma meis, fruar ut te, corpore ſolvi.

Iam decies quater exoriens Titania lampas Omne tēpus breve in raptu, animæ.
Miſcentem vicibus ſermonem in monte videbat,
Congreſſúmque Deo Vatem: non ulla videtur
Oranti prolixa dies; nec tempora labi
Sentit in æterna Mentis compoſta ſinu mens.
Ac velut in ſtratis, ubi mollis pluma ſoporem,
Defeſſiſq; labor membris, & menſa modeſtis
Conciliant ſomnos epulis, abſtracta ſepultis
Senſibus, & volvens nullas per ſomnia curas, Simile à placido ſomno.
Non ſentit mens ire polos labentibus aſtris,
Nec lapſas numerat partes; ſed tempora jungit
Non diſcreta notis, punctóque videtur eodem
Incipere, & cœptos vigilans abrumpere ſomnos:

Multa inter medio ceciderunt ſidera curſu:
Nulla fames placidam turbat, neque cura quietem.
Moſis cōtemplatio per dies quadraginta.
Sic animum Moſis nebulâ, gremióque receptum
Numen alit ſomnis: jubet alta ſilentia curis
Corporeis: nulla abrumpunt inſomnia pacem,
Nulli audent ſomnos interpellare clientes.
Excitat ipſe Deus, juſſûque in caſtra remittit.
34 Surge, ait, atque meis populo hæc ediſſere verbis,
Redit in caſtra præco pœnitentiæ.
Irarum ingentes animo me voluere fluctus:
Atque parata ipſi deflectant fulmina luctu,
Et doleant paſſi leviora piacula noxis;
Sic indulgentes lacrymis, mea fœdera rurſus
Expectent. At tu, formâ referente priores
Scinde tibi è ſaxo tabulas, primâq; dolatis
Luce redi, & montis ſolus faſtigia ſcande:
Nemo auſit clivo poſitos accedere fines:
Summoveant armenta procul, nec paſcere campis
Audeat adverſis quiſquam, propiúſq; vagari.
Inſtaurabo manu Legem, ſcriptóque reponam.
Nemeſis in caſtra mittitur.
Sic ait, & triſtem Nemeſin ſtridentibus alis
Ire jubet Moſi ſociam, & depoſcere pœnas.
Hæc ubi vulgavit Vates in caſtra reverſus,
Incendit magnum in populo Dea ſæva dolorem
Miſſa polo, & triſtes lacrymas ſuper agmina fundit.
Mox lacerat comptos crines, & pulvere turpat:
Pœnitentiæ ſeveritas.
Florentes ſcindit tunicas, auróque crepantes
Rumpit acerba ſinus, ſpoliatáque corpora cultu
Sternit humi cinere involuens: tum cannabe tortâ
Habitus qualis. Iſa. 3.24.
Injicit horrentes ſaccos, & funibus arctat
Præcinctos artus; ſetis quos ſubter equinis
Aſpera texta terunt, aut tonſis retia capris.
Amovet & menſis epulas, & balnea thermis:
Vina vetat; molléſque thori in lanugine ſomnos:
Mandat humũ; aut duris jubet arcta cubilia truncis;
Lurida quum ſiccâ ſolvit jejunia cœnâ.
Dat caſtas lacrymis noctes, vigilatáque planctu
Aſtra ferit, pulſánſq; Dei demitigat iras.
Spes pœnitentiæ.
Intereáq; animos veniæ ſpes alma ſerenat,
Solantúrque reos planctus, & crimina purgant.

Digitized by Google

Hos Metanœa habitus pullo mœſtiſſima luctu,
Nuda pedes, plangens liventia pectora palmis
Perculſis dederat caſtris, fletúque madebant
Omnia ad inſtantes irato Numine diras.
Et tantos populi gemitus probro aggerat Heros, 35
Exportat caſtris aras, & publica ſacra, Sacra exportata.
Translatóq; foras ponit Tentoria Templo;
INTERDICTA *velut raptis ſint agmina* SACRIS
Cuſtodémque adytis adhibet, qui limina ſervet,
Nunniaden, ut fœdifragos procul arceat aris.
Inſequitur, Templúmq; tegit comitata Columna, Columna ſequitur.
Et teſtata Deum iratum ſuper explicat umbram.
Diriguit viſu populus, ceu caſtra relinquat
Præſidio ſpoliata Deus; gemitúſque dederunt
Luctiſonos cum plebe Patres: ſingultibus angit
Pectora rupta dolor: ſævit virga aſpera loris; Luctus publicus.
Quóque magis ſævit, tantò ſpes blandior intus
Erigit afflictas ſua per ſuſpiria mentes:
Et magis atque magis revomunt infuſa medullis
Toxica, queis animos Orcina averterat Hydra Odium pecati.
Illudens paterâ, & Chaldæa Belidos auro;
Quam caſtris procul ejectam Metanœa flagello Bellua fugata.
Increpitat, triſtéſq; adigit remeare ſub umbras.
Túne tuis etiam Iſacidas afflare venenis 36
Auſa, diem inceſtabis adhuc? fuge, Dira ſub Orcum, Pœnitentia inſultat belluæ.
Et triſtes ibi rode dapes, & veſcere terrâ:
Terra tibi, facéſq; data; quid ſidera tentas,
Lucentéſq; petis ſerpens in pabula ſtellas?
Vipereos frangent dentes; tetigiſſe pudebit;
Sed non & guſtaſſe voles; tibi debita fata
A genere hoc? ſeptem capitum cervicibus una
Infliget Mulier calces, protritáque franget
Guttura, & avulſum cæcis toto orbe cavernis
Exponet Colubrum ludo te lacteus Infans; Chriſtus Idololatriæ victor. Iſa. 11. 8.
Iactatámq; tibi philtris, & murice Circem,
Quæ tergo Regina ſedet, cui dena miniſtrant
Cornua detractam luſtris, regniq; pudendis
Fornicibus nudam ſtatuet, probroſáque monſtra
Eruet, ac circum latrantes inguina formas,

Digitized by Google

Móxque ignominias flammis, & ſulfure merget.
34 Sic Nemeſis monſtro inſultans; cui principe rictu
Diaboli invidia idola reponet.
Hydra vomens piceâ miſtam fuligine flammam
Reddidit hæc. At non iſtos ſine clade pudendâ,
Quos memoras, puer iſte ferent, Mulierq; triumphos.
Intereáque aliquot verremus ab æthere ſtellas,
Electámq; dapem Stygiis properabimus antris,
3. Reg. 12. 18.
Dum licet: in vitulos rurſus ſacrabimus aurum.
Dan, & Luza ferent altaribus æmula ſigna:
Iam toto ſparſi orbe Deos, nec ſemina deſunt
Idola toto orbe. Excelſa in Iſraël.
Excelſis fœcunda jugis: jam pangere lucos,
Iam meditor ſepire aras nemoralibus umbris:
Finitimæq; dabunt exempla, & nomina gentes
In pompam feſtóſq; dies: luſtrabitur aris
Tota meis domus Iſacidum; nec vallibus Ennon
Vallis Thopheth 4. Reg. 23.10. Ierem 7. 31.
Ampla ſatis capiet cœtus ad ſacra ruentes:
Hos videat cœlum populis plaudentibus ignes,
Et doleat; mortiq; datos ſimul immolet Orco;
Vt res cunque cadant, decreſcent ſidera cœlo,
Extendámq; meos hominum per funera fines:
Sic effata odiis ambit feralibus orbem,
Et ſcelerum ritus magnis authoribus infert,
Aptatis ad vota Diis, ut commoda cuique
Relligio. SCELERA INDIGETAT patrona vetuſtas:
Vimque dolo miſcens Erroribus extruit arces,
Propugnátq; nefas & vanis militat umbris.
Sincerum nihil eſt uſquam; ſic omnia ſerpens
Diabolus Deus mũdi per idola.
Afflavit, cœlum ac terras, & cærula ponti,
Damnatúmq; Chaos tenebris, ceu triplice fati
Impietas ſibi ſorte tulit: tenet omnia triplex
Iuppiter, & rerum formas mutatur in omnes.
Summates, imóſque Deos, Mediúmque tenentes
Mundus habet: ſenſu illuſo pronuntiat Error,
Dij ſine numero undique acciti.
HOC DEUS EST, quodcunque vides: quod poſcis, & horres,
Quod juvat, & quodcunq; nocet: ſine crimine, fas eſt
Execrari etiam Superos; omnéſq; vocare
Nominibus veris Furias; & maxima Gorgon
Inter eos plus juris habet; queis numinis ordo

Nequi-

Nequitiæ eſt; REGNAT QUI INTER TETERRIMUS
OMNES.
Heu faciem Mundi miſerã! tot quem undiq; jactant
Abreptum Furiæ, & Furiarum maxima tergo
Amentem paterâ Lenâ cum Belide vectat.
Heu! quis erit finis? quò non contagia ſerpent? 38 Repullulans Hydra meretricis Babyloniæ.
Quas non inficient gentes, cùm carpſerit ipſos
Iſacidas tam fœda lues? tam ſæpè reciſis
Vlceribus ferro, & flammâ; tamen uſque relapſum
In venas ſubiit virus: recruduit error
Nequitiæ totiéſque arſit lethale venenum!
Non potuit tantam Moſes abſcindere peſtem,
Non tot deinde pij Reges! non igneus ipſe
Thesbites valuit flammâ ſeptemplicis Hydræ
Ramoſam capitum Baalis conſumere ſylvam!
An tuus eſt hic, CRISTE, *labor? tibi Bellua ſoli* Chriſtus Belluæ & meretricis victor.
Iſta cadet; neque tota ſimul victoria monſtri
Orbe tibi victo veniet; populabere colla
Paulatim, & victor toto ſpectabere mundo.
Per terras, populóſque omnes tibi Bellua laudum
Materiam, bellique dabit: tu denique cornu Senſim vincenda,
Supremum extremo victor certamine franges,
Et dominã mundi meretricem in ſanguine volves;
At ſeptem intereà totidem cum montibus arces
Subjecit jam Roma tibi, collectáque tota Iam victa olim Româ ceſſit.
Orbe Deûm ſimulacra ſuos ut relligionum
Municipes tibi Pantheij teſtudine templi
Incluſit, tractóſque tuas mactavit ad aras. Phantheõ Deo dicatum.
Tot delubra aliæ gentes, tot fana dederunt
In cineres, tot muta tibi confuſus Apollo
Deſeruit ſpelæa: ſilet Dodonia quercus: Oracula muta.
Non tripodas cortina movet, non corniger Ammon,
Non Præneſtina referunt reſponſa ſorores.
Robigo, Febriſque Ioves, poſtrema Deûm fax,
Confecère, fimo, quas Diva Cloacula texit, Monſtra Idolorum cloacis condita.
Séq; olido ſimul incluſit Libitina ſepulcro.
Felix ô nimiùm ſtratis Eccleſia monſtris,
Purgatáq; olim tetris nidoribus aurâ!
Si modò Nabatides nullus Vituliq;, Iouiſq; 39 Multi Ie-

roboanes reponunt Idola Chriſtianis.

Relliquias templis relegens, ariſq; reponat.
Nec referant turpes Divûm proſcenia ritus.
O ſcelus! heu vitiis EXCETRA *ſimillima fœdat*
Chriſtiadûm mores, olimque Ægyptia caſtris
Colluvies hæret, Chriſti mentita ſub armis
Militiam, & contra juratas Tartara pugnas.
Nobiſcum luſtrata Deo, cui perfida lingua

Perfidi & perjuri poſt Baptiſmum.

Sacramentum ingens, & formidabile dixit
Deteſtari odiis Stygio cum Principe pompas,
Sacra Cruces vexilla manu pugnare tenentes
Tartareis infeſta umbris, victricia mundi.
Quò fugit cum mente fides? malè transfuga Memphis
Impietas, ſic perfidiâ Chriſti agmina turbas?
Sic prodis ſcelere? inceſtúmq; reducis Anubim?
Reſtituiſq; Deos, & dira Lemuria templis?
Nam quibus, & quot cæca modis tentare Voluptas
Auſa nefas, ſe ſacrilegis immiſcuit aris?

Ludi & ſpectacula Idolorum. Circus. Arena gladiatorum.

Ille colit Conſum Circo, & Neptunia ſacra
Curriculi ſpectator agit, Circæáque Soli
Dona refert, dum quadrijugos in pulvere currus
Ipſe favore furens rapidis immittit habenis,
Quadrifidíque Deos aſſignat partibus anni.
Illum ſanguineâ, Dis, an Saturnus? arenâ
Immanes, operatum oculis, & pectore ſævo
Dira Thoanteæ fingunt ad ſacra Dianæ;
Moribus exutum humanis Dea tigride veſtit.

Theatra ſcenica Veneris.

Quid? qui laſcivis Cyprin coluêre theatris,
Subjectóſq; gradus templo trivêre Diones?
Non prætextatis ludunt Floralia ſcenis
Pompeia Veneris famuli, molléſque columbi.

Bacchanalia & larvæ.

Quid memorem, quæ jam fiunt Trieterica Baccho
Annua? deſertis poſtquàm hæc inſania pagis
Chriſtiadûm magnas plauſtris migravit in urbes;
Oráque corticibus Satyri monſtroſa cavatis
Objecêre palam diriſque furentia Larvis
Compita Silenos aſino vidêre vehentes,
Et bacchata foro jactarunt Orgia thyrſos.

Ducitur etiam in Quadra-

Nec Furias jejuna tenent Cineralia ſeptis.
Tranſiliunt fines, vellúntque repagula larvæ,

Et

Et comeſſantem media in jejunia Bacchum gesimæ
Important; pullis lugent dum veſtibus aræ. dies.
Quot Ventrem, Geniúmque colunt, inimicáque Venter
ſancta Deus
Sacra Cruci? quid enim refert Idola per aras multis.
Reſtituant, ungántque Lares? an corde profano
Admittat mens ipſa Deos penetralibus imis, Tecta Im-
Queis ſecreta ſinu det thura libido Sacerdos? pietas peſ-
IMPIETAS HIC MAIOR ERIT, *quæ plangit Adonin* ſima.
Parietibus pictum cæcis, altaria contrà Adonis in
Interiore tholo; Cenſor quam nemo coërcet; templo.
Perfoſſo niſi perſpiciat ſacraria muro. Ezech. 8. 14.
14 *Heu morum antiquam labem! quam ſacla que-* Vincenda
rentur à Chriſto
Omnia, ſed tandem ſuprema incendia ſolvent, impietas.
Cum veniet zelo Iudex horrendus & armis,
Vibratúmque DEI VNIUS *per fulmina* NOMEN
Majeſtas manifeſta feret: tunc omnis ab imo
Impietas Erebo occurret, genibúſq; tremiſcens Rom. 14. 11.
Incurvis, dabit in manicas & vincula collum.
Dum queror ad Nemeſin, decedunt ſidera cælo, Moſes re-
Expoliit raſo tabulas de marmore Moſes, dit in mon-
Et primo repetit montem procinctus Eoo. tem.

LIBRI DECIMI

Argumentum, & Synopſis.

CUM ſenſiſſet Moſes placatum jam populo Deum, expiatis pœnitentiâ caſtris idololatrarum ſanguine; promiſiſſétque ſe ductorem viæ fore, ſicut prius, Exod. 33. auſus eſt expetere viſionem claram divini vultus, ſive illam beatificam, quæ mente ſolâ uſurpatur; ſive aliquam aliam luminoſi corporis, ad ſenſus corporeos accommodatam; quam haberet tanquam pignus redintegratæ prorſus gratiæ, vel etiam, quò clariùs Deum agnoſceret, ad muneris ſibi impoſiti partes tanto ſanctius obeundas. Promiſit Deus, quod petebatur: & illam beatificam, qua oſtenditur *omne bonum*, ſed ſuo tempore; & illam alteram, cujus in hac etiam vita, & mortali corpore patientes fiunt amici Dei, miris in contemplationis ſilentio, ſomnóque modis, excedentibus, & alienatis à ſenſibus animis. Hanc promiſerat Moſi Deus myſtico nomine Poſteriorum ſuorum: quaſi illa pura, & beata, quæ fit ſine corpore, ſit viſio faciei; iſta autem, quà ex creatis rebus, aut quibusvis etiam ſacris ſymbolis contemplando aſſurgit animus ad ſpeculandam gloriam Domini, ſit tantùm viſio, averſâ, ſcilicet, adhuc facie. Repetit igitur Moſes ſolus montem cum tabulis, quas ſibi dolarat, Exod. 34. & in ſpelunca à Deo compoſitus ad viſionem mirificam, & tanto prophetâ ac Duce populi dignam, videt Poſteriora illa Dei prætereuntis. Atque hæc Poſteriora non corpus tantùm aliquod excellenti luce præditum, quod â tergo viderit Vates; ſed incarnandi Verbi Myſterium cum graviſſimis pleriſque Patribus accipimus, quod Moſi in illo ſeceſſu enucleatè demonſtratum ſit illuſtriſſimâ imagine lucis, & glo-

riæ

riæ Chriſti Domini: unde ille jubar, & frontis radios conceperit, quibus illa etiam lex, quæ *miniſtratio mortis* fuit, gloriam acciperet, quamvis eam Moſaici vultus gloriam Synagoga non ferret ſine velamine. Quod jam tum ominoſum fuit Synagogæ noctuis, & filiis tenebrarum. Seriem viſionis Synopſis dabit.

1. Deſcribitur ſeceſſus ille in monte, & foramine petræ Moſi promiſſus ad viſionem Poſteriorum Dei, Exodi 33. 21. hæc ſpelunca ad contemplationis delicias, cujus ad oſtium lucem manu ſua diſpenſat Deus.

2. Moſes ſpecu abditus, fingitur conſuetis orandi, & contemplandi gradibus niti ad viſionem faciei expetitam. Aſſurgit igitur paulatim imaginibus, & memoriâ rerum creatarum, quæ divinam omnipotentiam, & Bonitatem immenſam ſenſibus exhibent, ad aſpectum Divinitatis ipſius, ut hic fingi animis mortalium poteſt. Sic denique alienata à ſenſibus mente, rapitur, & excedit in Deum ſomno compoſitus contemplationis in Dei ſinu, ubi omnia ſine ratiocinationis labore conſpiciat.

3. Moyſes ecſtaſi rapitur ad viſiones varias.

4. Oſtenditur illi Protoplaſtorum ſtatus, in Paradiſo Edeneo, & poſt lapſum Angelorum rebellium invidia diaboli eorum tentatio & lapſus.

5. Judicium, & proſcriptio Adami, & Hevæ: quibus in ſolatium exilij, & mortis inſperata ſalus promittitur, atque, ut rumpatur invidiâ Diabolus. decretum de Verbo humano in corpore mittendo ad inſtaurandam Dei gratiam demonſtratur; ſive illud ante, ſive poſt prævisum peccatum, divinitùs conſtitutum eſt.

6. Chriſti Domini mortale corpus, totúmque conſilium corporandi Verbi, utcunque conſtitutum fuerit decretum, Poſteriora Dei meritò dici poſſunt, ut graviſſimi Patres plerique intellexerunt: nam, ſive poſt peccatum præviſum decreta eſt incarnatio, poſteriores hæ fuerint curæ, cogitationéſque Dei pleniſſimæ ſapientia; ex quibus longè meliùs, & clariùs agnoſcatur Dei facies, quam ex rerum creatione; con-

matris, & cuſtodis S. Joſephi, ad obſequium Patris. Stupent Doctores ad illa rudimenta abſolutiſſimæ ſapientiæ. Reperitur inter Doctores: matrem, patrémque obſequio honorat.

19. Ad S. Joſephi beatiſſimam ſortem ſtupet Moyſes: in illius prærogativas admirando excurrit.

20. Chriſtus properat ad Baptiſmum Joannis.

21. Inde in ſolitudinem agitur à S. Spiritu: jejunat; tentatur à Diabolo.

22. Prima, ſecundáque petitiones tentatoris eluſæ.

23. Tertia tentatio confuſo Satana ſuperatur, & victori miniſtrant Angeli.

24. Alia Chriſti acta Moſi oſtenſa prætermituntur, quod ſatis poſtica majeſtatis ſpecies patet in natura humana Verbo indutâ.

25. Glorioſi Corporis Chriſti ſpecies Moſi exhibita, Deo laxante lucem in oſtia ſpeluncæ; & removente manum, qua illam ſuo arbitratu cohibuit, ne in corpus à Divinitate, & beatâ animâ redundaret ad illius gloriæ ſplendorem: radios concipit Moſes, & illuminatur conſtanti lumine.

26. Oratio Moſis tranſeunte gloriâ Domini, Exodi 34. 10. Incarnatio Verbi ſummum miſericordiæ opus.

27. Placatus populo Deus intuitu ſuæ miſericordiæ, majores, quàm antè populo favores promittit, numeratos Exod. 34.

28. Novis tabulis inſcriptam legem tradit, remittítque in caſtra Moſem.

29. Radiata fronte caſtrorum vigilibus timorem injicit: vix agnoſcitur à ſuis, & majori deinceps in veneratione habetur.

30. Cur honoratus à Deo Moſes illis radiis, & ſtabili fulgore. Divinitas, aut commercia cum Deo à pleriſque legum conditoribus, opinione hominum affectata, fruſtrà: ſola divina lex eum ſplendorem meretur, & præſefert.

Digitized by Google

31. Proceres, populúmque conſolatur Moſes nuntio pacis, & redintegratæ à Deo gratiæ: excitat omnium liberalitatem in Dei donaria ad tabernaculi fabricam.

32. Lege explanatâ jubar vultus injecto velamine attemperat populo, Exod. 34. 33.

33. Allegorica ſignificatio illius velaminis ipſi exponitur à DEO. Dona in tabernaculum præparantur.

Digitized by Google

LIBER DECIMUS.

THEOPHANEIA,

ET OSTENSA IN MONTE MOYSI POSTE-riora Dei. *Exod.* 34.

O Qui me alipedes rapiant in turbine venti?
Evectóque ſuper Sinaæ cacumina monſtrent,
Speluncæ umbroſos ſancta inter ſaxa receſſus? 1
Méque ſpecu Deus accipiat; Deus ipſéque dextrâ
Protegat, ac lucem immenſam mihi temperet umbrâ;
Et cœlo cum Vate fruar! quis enim audeat intra
Anguſtos inferre pedem, ſine Numine, tophos,
Quos adeunt ſola ſponſo invitante columbæ?

Contemplatio alas flagitat.

In foribus flammæ ardentes, antéſque ſuperbi
Lucis inacceſſæ radiis: in limine primo
Majeſtas ſedet ipſa vomens ſpectabile nulli
Fronte jubar, longéque foras incendia fundens
Ignivomo rapidum devolvit pectore flumen:
Ponè latent arcana ſpecu; Sapientia noctem
Objicit, ac cæca involuit caligine fatum;
Oppanſáque manu diſpenſat ad oſtia lucem.

Moſis ſpelunca in monte.

Hîc Vates tamen ipſa docet, tenuéſque profundis
Immittens radios tenebris, ſublustribus umbris
Inſtituit monitas per nota crepuſcula mentes,
Effingit facies rerum, monimentáque ſignat
Pectoribus; ſive in ſomnis ea lumina cernant,
Seu capiant intra auditas præcordia voces,
Quæque gerenda procul, præſenti in imagine ſpectent;
Seu vigilent, ac ſe lux haud effabilis ulli
Mentibus infundat mediis, verique figuras
Imprimat, & claro rerum myſteria formet

Prophetarum illuſtrationes variæ.

Lumine; ne dubitent quòd cernunt pandere Vates,
Nec tantâ pro luce mori: nam cornua ſumunt
Hinc alacres, ac ſe radiatis frontibus armant,

Radij lucis ut cornua.

Con-

Congreſſiq; Deo Regum faſtigia ſpernunt.
His adytis Moſem Deus, hoc abſconderat antro

Moſes in ſpecu.

Optantem æternos vultus ſine nube tueri,
Et ſpectare palàm ſpeciem, quæ viſu beatos
Cælicolas facit, Empyreum, quæ ſola ſerenat;
Solàq; jactatæ ſtatio eſt tutiſſima menti:
Vt quid enim ferimur ventis? cur voluimur æſtu?
Tempeſtas niſi nos illuc dextro utraq; curſu
Invehat, ambiguo tranquilla, aut turbida ponto?
Abditus his ergo Moſes in monte faviſſis:
Opperiénſq; in nocte Deum, mente æthera luſtrat,
Ardet inexpletum, & flammato pectore fatur.

Oratione præparatur ad viſionem.

2 *Ecquis erit tandem rerum, ô Pulcherrime, finis*
Quærenti, téq; hæc per inania ſigna ſequenti?
Cur oculos fugis? an ſola cognoſceris aure,
Et vocem nil præter habes, nebulámq; ſonantem?
Vt taceas, tibi cuncta ſonant, te cuncta loquuntur;

Deus ex effectis cognoſcitur.

TE NVLLI IGNORARE LICET: *ſed noſcere nulli*
Conceſſum penitùs: ſemper te quærimus extrà,
Reptamúſq; hebeti tua per veſtigia ſenſu.
Luſtrantes, qui te immenſum circumſidet orbem,
Quem Verbo geris, ac tanquam præcinctus amictu,

Mundo veſtitus.

Quo te operis: NATVRA TIBI *circumdata rerum,*
Hei mihi! inaſpectos vultus Authoris obumbrat,
Vt conjecturis oculos, mentémq; fatiget
Suſpicio, ſempérq; rogans cælóque, ſolóq;
Indicia, optatos ſtudeat componere vultus;

Viæ & gradus ad notitiam.

Et ſpeciem informare animis: ſed ubi omnia junxit
Signa tui collecta, nihil ſub inanibus umbris
Invenit: uſque adeò major tranſcendere gaudes
Conatus, noſtróſq; omnes evadere ſenſus!
ET MELIVS *novit, qui te ignorare fatetur.*

Creatio.

Te monſtrante equidem vidi incunabula mundi;
Imperio, nutúq; tuo veniſſe ſub auras
E nihilo terrarum orbem, cæliq; profunda,
Incluſúmq; chaos; nondum naſcentibus aſtris
Accenſam didici Verbi dictamine lucem

Omnipotentia.

E tenebris, poſitáſq; vices diſcrimine motus
Lucem inter tenebráſq; diem ducentibus horis

In te-

Digitized by Google

In tenebras, rurſúmq; diem referentibus umbris.
Hîc mihi magna tua ſpectata potentia dextra.
Juſſiſti; juſſuſq; tibi ſimul adſtitit Orbis.
Nec dubito, quin omnipotens vis illa perennet,
Quæ Verbo molita ſemel, quem ſuſtinet orbem.
Tum ſubitò informem tractans Sapientia maſſam — Sapientia in mundi ornatu.
Admovet incudi, & Verbo molitur eodem
Innumeras rerum ſpecies; majoráque primùm
Membra ſecans, magnis connectit partibus ingens
Omnia, quod comprendit opus; mundúmq; figurat.
Semina ſeminibus miſcens concordibus aptat
Diſſidiis, rerúmque ſatus committit amori,
Atque odiis, regitúrque tamen diſcordia certis
Legibus, ut nullo fluitent mortalia caſu, — In lege certa, & cauſarum nexu.
Et cauſa nunquam à ſuprema nutibus errent:
Delirant infra interdum, peccántque ſecunda;
Non inconſultis ſplendet ſapientia monſtris, — In monſtris.
ET MELIUS *mundi harmoniam levis indicat error:*
Iam bonitas effundit opes, jam prodiga ſumptus
In ſpecies facit innumeras, queis divitat omnes
Terrarum, pelagique ſinus, liquidóſque volantum — Bonitas in varietate bonorum.
Aëris immenſi tractus: dulcedine ſpargit
Et patrij cordis contingit cuncta ſapore.
Hæc bonitas, hæc illa tua Sapientia mentis,
Hoc Deus eſt, dextráq; tua inſuperabile robur; — Notitia Dei ex creatis laborioſa & longa.
Inde bonum eſt, quodcunq; ſapit: ſed ſparſa minutim
Colligere, atque iſtis è guttis cogere ſummam
Oceani, inque ipſum guttatim adrepere fontem,
Hoc opus, ille labor, cujus me tædia dudum
Exercent ſuperántque. Veni, pulcherrima tandem
Forma Boni collecta ſimul; ſimul influe cordi
Tota meo, immenſóq; animi decumbe profundo. — Per illapſum facilis & plena.
Iſte tuo patet Oceano ſinus; & minor unda
Qualibet, haud ægras mortali pulvere fauces
Abluerit; contra ſtillatim incendia paſcet,
Ægreſcamque ſiti magis ac magis: ah! nimio æſtu.
Mens defecta, levi fugit inter verba vapore!
Talia volventem votis, placidiſſimus ignis — 3 Moſis ra-
Inſilit allapſu, ſorbétque in pectore mentem,

ptus & ecſtaſis. *Corporeóſque ſuper ſenſus rorante favillâ*
Componit viſis animam; flamma ipſa quietem
Conciliat, ſacrum ſuadens in amore ſoporem
Somnus animæ. *Immenſo, cùm tota Dei complexibus hæſit*
In dextrâ, lævâque manu jam erepta ſibi mens.
O animæ dulces obitus! ô funeris Divûm,
Queis licet hoc in amore mori, vel condere vitam!
Quis memoret, quas hoc facies mens enthea raptu
Viſiones in ſomno. *Aſpiciat? ſeu lapſa volans in tempora retrò;*
Seu ventura procul ſine temporis alite lapſu
Corripiat ſpatia; & momenti in acumine figat,
Modus. Modus Viſionum *Perſonáſque, habitúſque; locóſque & verba, notáſque?*
Omnis ſtant, ſeriémque tenent tamen, atque geruntur
Ordine, ceu fluxu ſibi ſuccedentia currant.
4 *Spectat Edeneo donatos rure colonos;*
Adam in Paradiſo. *Sopitúmque virum thalamis: exempta potenti*
Coſta manu: ſimul eximio formata decore
Hevæ formatio. *Fœmineam ſtetit in ſpeciem; lateri inde Virago.*
Iuncta redit, thalamique Deo ducta Auſpice conſors.
Evigilat vir mira tuens arcana ſoporis,
Agnoſcitque olim mortali in corpore Numen
Perfoſſo latere empturum per funera ſponſam;
Hoc erat ille ſopor, laterìſque hoc vulnus aperti,
Viventum illa parens, eadem pulcherrima virgo.
Angelorũ lapſus. *Seditione fremunt cœli, motóque tumultu*
Æthereos inter cives, expulſa ſuperbo
Apoc. 12. 7. *Cum Duce ſidereis ceciderunt agmina regnis;*
Purgata Superum ſedes, pax reddita cœlo,
Beati Angeli. *Securique locis Proceres ſtabili ordine regnant.*
Tentatio & lapſus Adami. Gen. 3. *Invidia invaſit terras; jam factio ſævit*
Deturbata polo, pœnáque ſuperbia creſcit.
Inſidiis aptus Coluber, cui callida cordi
Invidia, & triſtes oculis liventibus iræ
Inde manent. His exuviis, maculiſque ſuperbus
Heva tẽtatur. *Arboris adrepit trunco, & quæ ſola colonis*
Interdicta, vafer collaudat gutture poma:
Blanditur ſpecies oculis; etenim omnia ſerpens
Mentitur, viſus acres, ſimiléſque Deorum
Luminibus; jam ſimplicitas exploſa puellæ,

Iam

Digitized by Google

Iam cupit ire Deas inter, vel prima Dearum.
Iam pomum infelix Colubro ſuadente momordit;
Iámque virum dejecta quatit, viréſq; Ceraſta
Illecebris juvat ipſa ſuis: cadit ille, trahitq; Lapſus Adami; & totius generis.
Interitu horrendo tota cum ſtirpe ruinam.
Qualis oliviferis arbor pulcherrima campis,
Arduáq; incurvans congeſtis brachia baccis,
Spem domino immenſam frugum; radicibus altè Simile ab arbore avulſa.
Nitentem, & ſtirpis vivax in ſæcula lignum
Florentem aggreſſi, mox totam à ſtirpibus imis
Avulsêre ſolo, validis aſſultibus Auſtri;
Illa jacet, terráq; carens, vitáq; ſolutis
In luctum ſine honore comis, jam lurida ruga
Brachia arant; arent ſiccis ramalia thallis
Spes damnata olei, poma immatura trapetis;
Nec ſcrobibus ſtirps ipſa poteſt ullo aggere reddi,
Aut eadem ad vitam rurſus tellure reponi. Igni deſtinata.
Ergo infelicem truncum, ramóſq; ſecuri
Ignibus agricolæ properant, rapiúntque, ferúntque,
Quæ prima poſuêre manus ab origine ſtirpem.
Haud aliter primos pœna inſectata parentes,
Cognoſcente Deo. Venit ecce cadentibus umbris 5
Poſt mediam prono axe diem; adſpirantibus auris Iudicium, & pœna Adami.
Ambulat, & xyſtis Dominus ſpatiatur opacis,
Direxit quos ipſe manu: notat omnibus ira
Argumenta locis altè accuſantia ſontes: Deus ad aurã ambulans.
Attremuêre jugis nemora, atque in vallibus omnis
Iudicis adventu concuſſa cohorruit arbos.
Hæret adhuc trunco Coluber, ſparsiq; veneni
Conſcius, eximio tot in uno funera morſu; Invidia Diaboli.
Invidiâ exultante videt, totq; inde dolores,
Conſiliúmq; Dei abruptum, caſúmq; carentem
Regreſſu; pariter detruſam in Tartara ſtirpem,
Sic totum periiſſe genus. Timor abdidit umbris, Adam latitans.
Obſcœnúſq; pudor ſontes. Vox clara Tonantis
Extrahit è latebris, & coram Iudice ſiſtit;
Aſſutis ignominiam malè frondibus abdunt;
Arguerant folia ipſa reos: damnántq; rapinam.
Coniugis immenſum vir fruſtrà obtendit amorem.

Diſceptatio judicij.

Reiicit in Colubrum nequicquam fœmina crimen.
At nihil excuſat ſerpens, cui certa nocendi
Conſilia, & ſine ſpe venia inſanabile virus.

Bonitas Dei invicta.

FRAVDIBVS haud unquam ſcelerum Sapientia ceſſit:
STAT Bonitas invicta malo; ne gaudeat anguis
Strage hominum, mox virgineo de ſanguine partus,

Salus promiſſa.

Qui caput anguinum elidat promittitur ultor.
Audiit invidia hoc frendens; ſenſitq; ruinas
Sarciri, atque gradu lapſos meliore reponi,
Humanúmq; Dei Verbo concreſcere corpus
Decretum; geminam connecti in Principe formam,
Sicq; Deo vinciri hominem, ut ſint unus, & idem.
Interea ſontes ſæva inclementia mortis
Abripiat; miſerè exiliis crudelibus errent:

Ejectus Adam ad pœnitentiam.

Pellitóſq; fames ſubigat ſudore madentes
Vertere humum raſtris, ſylviſq; exquirere glandem,
Edoctiq; malis diſcant expoſcere cœlo
Promiſſam ſobolem, & votis urgere ſalutem.
Huc omnes refero impenſas, Pater, inquit, & orbē

6 Decretū de Incarnatione Filij.

Hoc fine inſtaurare placet. Dein omnis in illo
Fabrica conſurgat; quavis faſtigia moles
Hic fundata feret, metuétq; hinc nulla ruinam.

Chriſtus fundamētum.

Ipſe ego demiſi LAPIDEM; ſolidúmq; locavi
In medio: cælumq; ac terras hic ſuſtinet unus.

Ejus regium ſtēma.

Iam mihi ſtemma domus generoſo è ſanguine Regum
Digeſtum eſt, quos ille retrò, per ſæcla recurrens
In proavos ſobolis ſplendor de germine noſtro
Clarabit; meruit ſanctos ea linea Patres.
Confluite huc, gentes; cæliq; accedite regno:
HAEC MVNDO SPERANDA SALVS; hæc cauſa reperta
Libertatis; ab hoc fluit omnis gloria fonte,

Poſterius Dei conſilium.

Hoc caput eſt, hoc Principium, curáſq; ſecundas
Prima meas inter: repetunt hunc omnia fontem,
Excurrêre foras quæcunque ab origine primâ.
OMNIA molimur Verbo; Verbúmq; latenter

Inſtaurātur omnia in Chriſto.

Humanos indutum artus huc omnia reddit.
Hoc medium nodo nectens hominémque, Deúmque.

Poſterio-

HAEC MEA POSTERIOR SPECIES, EA TERGA FIGVRAE,
Candorem æternæ lucis, qua corpore condit.

Hanc

Digitized by Google

Hanc tibi jam ſpectare datur; nunc excute noctem, ra Dei, humana Chriſti ſpecies.
Et vigila, dum te coram mea Gloria tranſit.
Sic fatus pepulit leviter de pectore ſomnum;
Non tamen abrupit totum; lucémq; feneſtris,
Dimidiam immittens ſopitum in nocte relinquit 7 Exhibetur Moſi ſpecies myſterij.
Dimidiâ Vatem: dubitat num ſomnia mentem
Circumeant viſis; vigilans an ſingula cernat.
Concinnata notis tamen omnia pectore certis
Accipit, & magno admirans incenditur æſtu,
Ardeſcitque tuens; ſed non abrumpere verbis
Fas illi ſeriem rerum, & miſcere loquelas,
Attonitúſq; Dei tantis ſuſpenditur orſis,
Conſiliiſq; ſtupet magnis. Tum protinus audit Gabriel ad Virginem MARIAM.
Miſſum Oratorem Ieſſea ad Virginis ædes,
Nazareos intra muros: ex omnibus una
Illa placet dilecta Deo, delectáq; tanto
Connubio, illæſa quam virginitate parentem
Spiritus efficiat Sanctus, cui Numine obumbret
Ipſe ſuo, & Verbi immenſos prætemperet ignes.
O lux Abramidum, ſpes ô certiſſima mundi, Salutatur ab Angelo.
Ales ait, cui ſe toto dat Gratia fonte,
Summarúmque capax virtutum pectus inundat;
Fœminei ſpecimen decoris, gratiſſima cælo,
Quando adeò tibi ſe inſinuat Deus ille Deûm Rex.
Obſtupuit confuſa ſua ad præconia Virgo, Turbatur MARIA.
Purpureúmque genis traxit turbata colorem:
Vnde metû pulchro forma illuſtrata reluxit.
Confirmat trepidam Iuvenis. Deſiſte vereri; Cōfirmat trepidam Angelus.
Nec verſare dolos, nec fucum obtrudere noſtrum eſt.
Non ſumus illius ſocij, qui fraude nitentes,
Indutus ſcytala exuvias felicibus Hevam
Illuſit campis: notos en aſpice cultus,
Conſuetóſque habitus, atque ora domeſtica noſce.
Ille tuus Cuſtos ego ſum, tibi Lucis ab alto
Nuntius immenſa, cujus te hac gloria terret.
Te mundi Sator elegit: quam prole parentem
Ipſe ſua gravidam efficiat; te tanta propago
Supra homines, ſupra Aligeros, ſæcla ignea, cætus
Reginam attollet meritis, ut fata capeſſas

Digitized by Google

Humana, & regni conſors modereris habenas.
Ipſa tui ingentem partus mirabere famam:
Davidico ille ſedens ſolio, proavita tenebit
Imperia, & regni fines æquabit Olympo.
Auſpiciis, quos ille ſuis, & ſanguine fuſo
Servarit: tum verè illis dicetur IESVS.

Mariæ vota Virginitas.

Anxia pro ſancto Virgo ſic fata pudore,
Velatos dejecta oculos. Mène ima tenentem,
Et famulas inter minimam tanta illa tuetur
Majeſtas, meminitque humilem, & tam grandia tollit
Ad decora? ut ſobolem ille ſuam mihi deferat ultro?
Atque opere in tanto tali det pignore partem?
Sed quo nata modo ſeſe ſub luminis auras
Progenies feret illa Patris, quæ ſe inſeret alvo?

Etiam S. Ioſeph eā vovit.

Noſti etenim illæſum thalamis juraſſe pudorem,
Méque, virúmque meum: votis utrinque ſacrata eſt
Virginitas; manet hæc noſtris reverentia tædis.

8 Illibata Virginitas conceptu & partu.

Aliger excepit. Flos intemerate pudoris,
O Domina, attactus nullos hîc finge viriles,
Quos exoſa fugis: manet, æternúmque manebit
Integritas illæſa thoris: Mundi ille Repertor,
Quem penes eſt jus omne, carens & fine poteſtas,
Naturæ tibi jura novat: jamjam omnipotens vis
Influet, atque uteri arcano ſe germine cinget
Inſinuans: gnati fœta experiere vigorem.

S. Elizabethæ exemplū.

Argumenta tibi rerum det ſanguine juncta
Zachariæ ſterilis conjux, ingloria dudum
Damnatis ſine prole thoris; nunc illa laborans
Fert uterum, & ſexto cornu, quam Luna fatigat,
Nonus eam menſis felici pondere ſolvet,

S. Ioannis Baptiſtæ ortus.

Lætitia ſignante diem, quæ gaudia faſtis
Innumeræ indicent flammis ſolemnia gentes;
Magnus enim evadet, magnique Anteambulo Regis
Theſbitem referet vita & virtutibus ingens,
Tantùm prole tuâ minor: illius oſcula plantis
Ferre volet, ratus indignum vel tangere tanti
Vincla pedum Regis, manibúſque exſolvere pelles;
Sed caput Auguſtum Iordanide proluet unda.

9 Obūb[illegible]

Talia tractantem Aligerum cum Virgine Moſes
Dum

Digitized by Google

Dum ſtupet attonitus viſis, Ieſſeida nimbo MARIAE
Circumſtant pennata acies, & Numen inumbrant S. Spiritus.
Alarum obtentu; Charitum nam nube ſolutâ
Effundit ter ſancta Trias largiſſima cœli
Dona ſuper, largúmq; imis rigat oſſibus imbrem
Virginis expectans nutus; quæ certa pudoris
Et voti; genua obſequio ſummiſſa precatur.
Quænam ego ſum, Pater omnipotens quam reſpicit unam? Annuit MARIA.
Ancillam me me ecce Dei parere paratam
Imperiis: LEX VNA MIHI EST TVA, SANCTE, VOLVNTAS.
Hæc ſimul, & puras inter ſine corpore mentes, Ecſtaſis
Cœleſtúmq; choros terris excedere viſa, In conceptu Verbi.
Inq; ipſa Charitum nebulâ ſuper æthera ferri,
Sopitam Patris gremio haud effabile Verbum
Accipere inſcriptum menti, & diffundere venis
Virgineo incluſum flore, infuſúmq; per artus
Humanos, quos expoliit puncto Omnipotens ars,
Spiritus ipſe manu caſto de ſanguine libans
Quod ſatis, illæſis prorſus per viſcera clauſtris.
Illa animum, & ſenſus omnes ſorbetur amore Mater
Ingenti, atque ingens Numen, jam mater, adorat, Virgo.
Miratúrque uteri ſeptis complexa Tonantem.
Ille intus ſimul in membris mortalibus auram MARIAE
Vitæ hauſit, VERBVMQVE *Caro ſe in corpore vidit,* uterus templum.
Pronus adorato cadit intra viſcera Patre,
Materniq; uteri ponit penetralibus aram, Chriſti
Hoc templo ſacra primà litat; ſeſéq; Sacerdos ſẽſus primus.
Immolat, ac pro ægris Patri mortalibus offert.
Tolle, Pater: tolle, inquit, oves; altaribus hircos, IO
Taurorúmq; tuis templis defende cruorem. Chriſtus
In ſcelerum veniam nulla ille piacula ſanguis adorat Patrem ex
Hactenus apta dedit; nunc eſt meliore litandum; utero.
Quando mihi hanc animam venis ſalientibus aptas, Heb. 10. 5.
Obſequióq; aures promptas, cum corpore fingis,
HOSTIA SVM; *tua me poſcunt altaria cultris.* Pſ. 39. 7.
LEGIS *enim eſt hæc ſumma tua, quam pectore geſto*
Inſcriptam, de me ut ſtatuat tua ſola voluntas:

Obſe-

Obſequor, intueórq; tuos ante omnia nutus.
Reddit adoranti Genitor complexus honorem,
Cælicoláſq; omnes coram procumbere matre
Regina, Regémque utero, quem geſtat, adorent,
Adoratur ab omnibus Angelis. Heb. 1. 6. *Imperat; innumeris mox illi millibus ardent*
Certatim calathis flores evolvere laudum.
Procumbunt, ſparsámq; roſis ſuper æthera cantu,
Atque alis tollunt alacres cum prole parentem.
Copia gratiarũ in MARIAM. *Iungere ſe ſocium Moſes ſibi viſus, & aſtra*
Ire ſuper, miſtúmq; choris dare carmine laudes.
Iámq; ſalutatum vita ſub limina Regem
Expectare, ſequiq; viam, quam protinus ingens
Moſis ſẽſus. *Illa giganteo ſignarit Gloria paſſu.*
Et primus jam paſſus erat, fluxiſſe paterno
Ex utero in matris gremium: jámq; inde capeſſit
Per ſtadium mortale viam. Iamjam ardua Chebron
11 Virgo MARIA viſit S. Elizabeth. *Scanditur, & jam virginea geſtatur in alvo,*
Qui matrem vehit uſq; ſuam; ſaxoſáq; Iudæ
Dorſa petit; capreæq; inſtar per confraga molles
Dat ſaltus: queis ipſe utero ſalit excitus infans
Zacharides, ut virgineâ de voce ſalutem
Ioannis gaudium, & ſanctificatio. *Accepit cum prole parens: prior ille parentem*
Admonuit ſucceſſo utero, plenúſq; refudit
Lætitiam in matrem, & concha cæleſtis amomum.
Fatidicæ exultant gnatorum munere matres,
Senſáq; divinis miſcent ingentia verbis.
12 *Iam Pax Iuſtitiæ concors libata ſorori*
Pax toto orbe ſub ortum Chriſti. *Oſcula pacatis diviſit, & otia terris.*
Armorum vacat orbe furor; ſepta atria Iani
Impediunt vinclis Furias: diſtillat olivum
Rupibus, è duris halant manantia mella
Quercubus; ad cenſum repetunt cunabula gentes,
Vt naſcente Deo cælorum æraria creſcant,
Cenſus mundi, & capitatio. *Deſcriptóſq; polo revocent natalia cives.*
Bethlemio ſtabulum ad cunas Regina ſub antro
Hoſpitiis excluſa petit: nec inhoſpita tellus
Huc illam temerè extruſit. Patris ardua ſummi
Conſilia indixêre ſpecum. Deus ecce puellæ
Emicat ex utero ante pedes; fænóq; volutus

Inter

Inter adorantes pecudes agnoſcitur Infans, Chriſti nativitas.
Vagitúq; patrem & lacrymis, matrémq; ſalutat.
O Superûm indictos ſenſus! ô pectoris ignes
Virginei! quas in lacrymas? quæ in verba parentis
Ardet amor? quando æthereum poſt oſcula Regem Quo Maria ſenſu?
Involvit, gremióq; fovens ſolatur egentem
Blanditiis. Iam nectareos in pectore fontes
Expedit, & primos cunctantem invitat ad hauſtus.
Inſignis mundi Dominum circumſtat egeſtas; Chriſti paupertas in ſtabulo.
Hanc amat, & primo electam veneratur ab ortu;
Cui cunas umbella ſuper fænilia pendent,
Et circum telis intendit aranea crates.
Hæc aulæa thoris, ea ſunt conchylia tectis.
Ipſe etiam pannos pueri, & præſepia Moſes,
Pauperiémque ſequi, contemptáq; tangere geſtit Moſis ſenſus.
Signa manu, ſpreto lætus diademate Memphis,
Et mutaſſe pedo falſæ genitricis honorem.
Protinus ætherei nocturno ſidere cantus 13
Paſtorum excubias pueri ad cunabula mittunt. Paſtores vocati.
Nec manibus properant vacuis; lectiſſima caulæ
Munera dant: preſſi portantur cymbia lactis,
Defrutáque, & Pſythiis paſſa de vitibus uva.
Haud ingrata, inopi in ſtabulo, ſolatia matri.
Heu durum pietatis opus! diſtringere ferrum Circumciſio Iesv pueri.
Lex jubet; & paret genitrix, pueróq; volenti
Sanguinis eliciunt anciſa pelle parentes
Primitias, libántque Deo; legêre cruorem
Aligeri, Sponſæq; genas ea purpura tinxit: Sponſa ſanguinum, Eccleſia.
Et tanto erubuit ſponderi pignore Virgo:
Abſtergit matri lacrymas; puerôque dolorem
Summus honos, quem cum medico defudit olivo,
Et fragrante ambrâ Iesv venerabile nomen, Iesv nomen.
Promiſitque dies hoc ritu octava ſalutem.
Aſtro ſtella novo Nabathæis ſplendida regnis 14
Exoritur: coëunt Reges audire loquentem Adoratur à Magis.
Vraniam, ſidúſque Dei natale docentem.
Turbatur Solyma extremo accurrentis ab Euro
Æthiopum ſtrepitu gentis, Dromadúmque paratu.
Heu! ſibi præripere ignorat necdum æmula gentes,

Digitized by Google

Quem dedit Hebræo terris de ſtemmate Regem
Expoſitum mundo, & populos ad ſceptra vocantem.

Moſes expoſitus, typus Chriſti.

Sic puerum expoſuit quondam Iocabetha fluentis,
Vt meminit Moſes, quem flumine regia ſcirpo
Suſtulit innantem conjux, thalamiſque recepit
Optatum in ſtirpem imperij: poſt ipſe reverſus
In patriam implevit magnum genitricis amorem,
Aſſertóſque ſuos ad regni evexit honores:
Intereà gaudent gentes, & munera portant
Expoſito, Regémque petunt: regalibus infans
Arridet donis; myrrhámque amplexus utráque
Stillantem dextrâ, labris admovit amaram,
Abſconditque ſinu: Matri aurum, altóque remiſit
Thura Patri, & blandos oculis ſpirantibus ignes
Soſpitat acceptos; Charitúmq; remunerat auro,
Vt referant tuta in patriam divortia Reges.

15 Virginis Mariæ purificatio.

Iam purgata parens, quamvis non conſcia labis;
Sed ſtudio tantùm, cui non obnoxia, legis,
Sponte quater denis egit ſecreta diebus:
Primigenam templa alta vocant cum Virgine prolem.
Longa puerperiis primis it pompa parentum,
Confuſúſque aras omnis matrum obſidet ordo,
Eminet una humilis, quamvis ſtudioſa latendi
Poſtremas ſequitur gemino cum turture matres.

IESVS ſiſtitur in templo.

Eximiam prodit ſoboles; micat aureus Infans
In gremio, Solémque ſinu geſtare videtur
Ardentem blandè, & radiis roſeo ore comantem,
Maternóſque ſuper ſpargentem fulgura vultus,
Infuſo ceu Luna ſolet ſplendeſcere Phœbo,
Induitur radiis Soliſq; incedit amictu.

S.Simeon puerum ſuſcipit.

Concipit hinc Numen ſenior, viſiſque repentè
Advolat advertens Solis ſurgentis ad ortus;
Maternóque ſinu puerum depoſcit in ulnas,
Oſtentátque palàm populis, geſtánſque triumphat
Gaudio, & Elyſium cygneo carmine poſcit.

Simeonis Canticū.

Nunc, ô nunc mitte emeritum, vincliſq; volentem
Solve, Pater; quid enim ingratos jam demorer annos,
Poſtquam viſa mihi tua lux, quam tempore tanto
Damnatæ gentes tenebris effulgere poſcunt?

Hac

Hæc populi lux alma tui eſt: ea gloria templi. Poſterius templum nobilius priori.
O fortunati lapides! ô atria plantis
Trita Dei! Jam vile priùs, jam ignobile templum,
Cuncta illic ſolidum quamvis abſconderet aurum.
Nunc æterna adytis Lux his ſe infudit apertis.
Conde ſinu, conde, ô Genitrix, hanc ſedula flammam,
Et Stygias Æolias olli defende procellas.
Conſpirant; rapiéntq; ſinu, ſpargéntq; per umbras Simeonis vaticiniũ.
Funeſta, heu! noctis tenebris, & turbine cæco;
Extinctámq; volent: ſed non & Tartara fundo
Arctabunt, nulliq; extinguent lampada fluctus;
Evincet chaos, & tenebras emerſa fugabit.
Dicta ſenis confirmat anus, lætámq; parentem, Anna.
Et triſtem juxta faciunt Oracula Vatum.
Omnibus intereà Stygius Draco murmurat hydris, 16
Invidiáque, iráque rubens, ſi qua arte recentem Herodis Regis invidia.
Abſorbere queat, quam Virgo puerpera prolem
Edidit. Infantum cædes vulpina Tyranni
Ambitio miſcere parat, ſi fortè biennes
Bethlemios inter partus involvat acervo
Ferali ſobolem, quam tot per funera poſcit.
Eripe, ſponſe, fugam, Phariis pete tuta latebris, Angelus Ioſephum monet.
Ales ait, nocturna monens per ſomnia fidum
Cuſtodem; tuta in latebras Ægyptia tellus,
Secretos dabit Hermopolis tibi vallibus hortos,
Manantéſq; oleo fontes, & nectare ſilvas.
Evadunt profugi per amica ſilentia noctis Fuga in Ægyptũ.
Aligero monſtrante viam; fragrantia ſubter
Virgineas tellus ſummittit gramina plantas,
Et violis præſternit iter: faſtigia ſilvæ
Exulibus prona inclinant, ac pendula gaudent
Contingi manibus poma, & miteſcere tactu.
At paſſim convulſa Deûm ſimulacra per urbes; Dij Ægyptij dejecti.
Per pagos cecidêre: ſtupent ignara colentum
Pectora, nec quantus norunt advenerit hoſpes.
Sed mox deinde ſcient; tituliſq; inſigne ſuperbis
Ægypto ſtatuet mediâ Puer ille trophæum.
Nunc Pater exilio revocat. Juſtiſſima tandem 17
Fregit Idumæi fauces vindicta Tyranni. Reditus

Extor-

ex Ægypto. Dira mors Herodis.

Extorſitq; animam, vivo quam longa ſepulchro
Torſerat in ſaniem ſtillante cadavere pœna,
Vt morbis mille extraheret per funera vitam,
Omnibus obſeſſus Furiis; illa impia torrent
Inteſtina, ignotáſq; cient in viſcera febres,
Infantúmq; umbras facibus circum ora volantes
Obtrudunt; avidéq; animam expectantia monſtrant
Tartara, dum rodunt vermes informe cadaver.

Archelaus, & alii Herodis filii.

Vix melior patre progenies indebita ſumpſit
Sceptra manu: mox adveniet deterrimus hæres,
Qui ſcelera Herodum cumulans uno omnia vincat.
Nazareos petit intereà Ieſſea penates:
Florentíſq; inter patria cæleſtis alumnos

Seceſſus in Nazareth.

Educat æternum divino nectare florem.
O Domus! ô ſtudia, & ſolis miranda beatis
Mentibus officia! ô nexa per mutua cura!
Abde domo, Genitrix, tot jam inſidiantibus abde
Delicias: tota hæc annis puerilibus ætas
Sit tua: bis ſenas hiemes jam vertit Olympus,
Iámque alias puer in curas ſe creſcere monſtrat,
Inſigni pietate micans prævertitur annos.

18 IESVS puer in templo inter Doctores.

Templa vocant magno incenſum Genitoris amore;
Evadet cuſtodum oculos; fallétque propinquos.
Doctorum pluteos inter, Phariſæáque ſepta
Hæreſcit latitans: hîc jam Sapientia ponit
Prima rudimenta ad ſpecimen: ſtupet inſcia turba
Mirantum, quo fonte cadant tam ſplendida ſcita!
Tam caſtigata cordata modeſtia lingua,
Iudiciúmq; adeò præcox! ſive ille peritos

Amiſſus quæritur à matre.

Conſulit ut dubitans; nodos ſeu ſolvere ſolers
Reſpondet juſſus, legíſque arcana retexit.
Flebilis heu! quæ Virgo legas veſtigia gnati?
Nulla patent: conſanguineos miſeranda penates
Veſtigat, Solymæq; vias ſcrutata per omnes,

Dolor Virginis MARIAE, & querelæ.

Itq; reditque, mea, rogitans, ô quiſquis amores
Inveniſti anima, viduam miſerare parentem,
Et mihi redde meum, miſera vitámque, decúſque.
Suavior haud illo puer; aut formoſior alter;
Nomine, quam ſpondet, ſpirat toto ore ſalutem.

Túne

Digitized by Google

Tune mihi ſic, nate, ſalus? ſic te anxia quæro?
En morior, niſi repperiam! téne abſtulit alter
Herodes? an ſponte lates? an fortè ſalutis
Humana moliris opus, regreſſus in aſtra?
Sic lacrymans delubra petit, quæſturáque cælo, Invenit in
Porticibus cernit longis concurrere turbam templo
Doctorum ad cathedras pueri ad reſponſa ſtupentum; IESVM.
Tréſq; adeò attonitum Soles hærere Senatum
Mirantem veluti æthereis Sapientia templis Sapientia
Delapſa, optarit puerili in pectore ſedem. pueri
Qui genus? unde domo? quinam illi ſanguinis ordo? IESV.
Felices ô qui talem genuêre parentes!
Fortunata ſinu tibi, quæ dedit ubera parvo;
Divinámque aluit materno pectore ſtirpem!
Advertit mœſtæ lacrymas genitricis, & ora,
Defectóſque metu, & triduanis planctibus artus.
Orſa ſecat puer, & matrem conſeſſus honore Redit cũ
Accurrit, triſtéſque adimit ſolamine curas: Matre in
Partitur cum matre decus, mirante coronâ; Naza-
Et quanquam genitorem alium ſibi ſidera ſupra reth.
His ſtudiis teſtatur: habet Ieſſeius Heros
Egregiam tantâ in famâ, & tanto omine partem
Fortunatus, & ipſe pater vel nomine ſolo, S. Ioſe-
Quod curis gerit immenſis complexus alumnum phus
Ingentem, manibúſque ſuis, ſtudióque laborum Christi
Noctes atque dies Cuſtos nutritius implet, nutritius.
Vxorémque ſua dominus cum prole tuetur.
Fortunate Faber, Moſes exclamat ab antro,
Admirans, humilémque domum, parvóſq; penates 19
Nazareos, ſi curta tibi tenuiſque ſupellex, S. Ioſephi
Paucáque vimineis fabrilia corbibus arma ſortem
Malleus; & ſerra arguto ſtridore recurrens beatiſſi-
Lamina, cum cuneis, ſociáque dolabra ſecuri, mam Mo-
Vnde tibi labor, & vitâ non deſide merces, ſes admi-
Qua parcè prohibenda fames à paupere tecto, ratur.
Et retinenda tamen duris in rebus egeſtas,
Qua puero, & matri placuit; ſed enim tibi duplex S. Ioſeph.
Depoſitum immenſum mundi ſupremus ab alto Sanctorũ
Commiſit Genitor, Puerum, Puerique parentem fortuna-

Iuſſit

tiſſimus post Mariam. Ioſepho Patriarchâ ſapiẽtior; ſanctior.

Iuſſit ali ſudore tuo, & requieſcere curis.
O pretium! ô ſucci ambroſia! ô quæ lautia Divûm
Congeſtaq; dapes populis! quibus horrea mundi
Sic melius JOSEPHE *reples, Cœliq; reponis*
FRVMENTVM, & DOMINÆ *eximium tutaris hono-*
rem,
TE QVOQVE *quadrijugo vectabit Gloria curru,*
Regali inſignem ſceptro; gemmáque decorum
CANDIDA VIRGINEA CRISPANTEM LILIA DEXTRA.
O! mihi ſi liceat tractare fabrilia tecum,

Quantæ deliciæ S. Ioſephi? Ex convictu Chriſti & Mariæ.

Alternóque trabes ſerra decurrere tractu,
Aut teretes nexis tabulas aptare tigillis,
Aut fulcire domos, ſarcire labantia tecta;
Sudoréſque meos veſtro miſcere labori,
Vt manibus Puer ille meis, Virgo illa juventur
Obſequiis, mediaſtinus promptiſſimus adſum.
Non ego maluerim, mundi ſi fabrica poſcat,
Sideribus navare operam, & dare munia ſtellis,
Aut Cœli immenſos fulcire Atlantibus axes,
Quàm famulas præbere manus Puerôque, parentique,

Ædificavit domum Sapientiæ.

Et tibi ſumme fabrûm; ſibi quem Sapientia juſſit
Auguſtam ædificare domum, ſeptémq; columnas
Ingentes opere, & pretio diſponere tectis,
Ac ſuper immenſam Virtutum attollere molem.

Labores pueri Ieſu fabriles.

Parce, faber, parce immerito vexare labore
Tam teneros artus, quamvis ita poſcat, alumni:
Fervorem moderare animi, tantóque juventæ
Ardori da fræna, pater, da mollia juſſa;
Ah! puer eſt, idémq; Deus, Dominúsque: quid urges,
O puer? obſequiis quid te ingeris importunus?

Molitur ſibi crucem adhuc puer.

Quid video? vectantem humeris immania ligna?
Verſantémque trabes, quaſi jam proludere certes
Cum tanto ſudore cruci? quorſum illa ſecuri
Arida ligna ſonant tanto disjecta fragore?
Haccine ſunt infrugiferis dira omina ſilvis,

Sedulitas Virginis Mariæ.

Quas nulla agricolæ juvit manus, & vocat ignis?
Intereà Virgo nocturnam ad lampada perſtat
Pectine percurrens lanas, aut ſtamina fuſo
Producit, vel trita ſuis velamina ſarcit,

Paupe-

Pauperiem-ſtudioſa colens: mihi vilia ſcruta,
Paupertatis amor.
O Mater! mihi detritas da, Diva, lacernas,
His liceat Moſem ad pompam procedere ſignis,
Et famulum hoc Circo Domini jactare colores.
Moſes Crucem Chriſti ambit.
HAEC PRECOR, *hoc mundi vincat tua factio curſu.*
Talia volvebat Vates ſuaviſſima luſtrans
Nazareæ ſecreta Caſæ; cuperétque morari 20
Delicias adeò dulces, & ſingula viſu
Explorare diu inſiſtens; ſed fervida Solis
It rota, præcipiti devolvens ſæcula curru.
Chriſtus 30. annorum baptizatur.
Iam ter dena Deo à natalibus appetit ætas,
Poſtquam illi fluxo placitum ſub tempore labi
Mortales induto artus: tum viſus ad undas
Iordanis properare, domo cum Matre relictâ,
Heu! viduâ cum matre domo: nam conjuge vitâ
Defuncto, Elyſiis aberat ſpes altera campis;
Altera reſtabat tectis inſoſpite gnato.
Vita illi convictus erat præſentis: at ille
S. Ioſephus jam tum vita functus.
Sanguinis abrumpit nexus; viduámque parentem
Magnanimus ſalvere jubet: neque poſſidet ullos
Deinde Lares, ullámve ſpecum; jam vulpibus ipſis
Pauperior, nidóque carens, quem nulla volucrum
Non habet: excuſſus propriis jam ceſpite nullo
Acclinat caput extorris, niſi prorſus ut hoſpes.
Chriſti paupertas ſine fovea, & nido.
Quid, Præco, fruſtrà officiis cum Principe certas?
Téque rogas tingi potiùs? jam te ille perunxit
Stantem utero, & pridem lotum curavit Aliptes.
Obſequere, & merſum lymphis perfunde volentem.
NAM FLUVIOS, *fontéſque lavat: deſcendit in undas,*
Eluat ut mundi facinus: vix contigit amnem,
Ioannes jam baptizatus à Chriſto in utero.
Iam Charitum fluxêre polis rorantibus imbres,
Influvium totis ſudant opobalſama ripis.
Panduntur Cœli portæ; tonat aurea nubes:
Cœlis apertis ſtillant Gratiæ.
Luſtratum niveis volucrum placidiſſima pennis
Viſa caput ſuper adſiſtens geſtire columba.
Columba S. Spiritus.
Quis te adeò pugilem deſerta per avia præceps
Spiritus intus agit duras tentare palæſtras? 21
Non ſatis illa domi tibi viſa exercita Virtus;
Pauperie, & tantis luctata laboribus ætas,
Chriſtus petit ſolitudinem.

Cui

Ieiunat 40. diebus.

Cui ſenis callum obduxit patientia luſtris?
Heu! jejuna placet ſaxis elidere membra,
Verſantémq; feras inter, divóq; ſub axe
Ducta quater ſeries denûm quam longa dierum
Indignam tolerare famem, & pallentia nullo
Solari prorſus vigilem jejunia paſtu!

Tentatur à Diabolo.

Ingemuit viſu Moſes; ſed frigidus horror
Compreſſit ſubitò gemitus. Acheruſius hoſtis
Canitie abſcondit colubros, rugáſq; ſeniles
Mentitus vultu Phariſæo, atque aſpera collo

Tentatoris ſchema.

Pallia demittens, duri ſtat ut incola ſaxi.
Cornicánſque aliquid ſecum; tum ſidera crebro
Suſpiciens nigris viſus procedere ſylvis,
Conjectánſque ex ore famem; jejunia ſuadet
Solvere, & in Cererem ſilices mutare jubendo.

22 Quid te, inquit, Iuvenum confidentiſſime, vexas

Prima petitio tentatoris.

Vſque adeò, & Moſis magnos æquare labores
Affectas jejunus? & hæc per luſtra ferarum?
Sit ſatis hoc; quamquam non eſt ſine Numine Divûm,
Vt reor, iſte labor. Deus his ſi te aſſerit actis,
Dignatúrque ſuam tanto hoc certamine prolem,
Mortalis quo victa tibi eſt natura, probare,
Nunc age confiſus meritis, patrium exere robur:

Lapides in panes vertendi.

Dic abeant lapides iſti in Cerealia liba;
His ſolare famem: neque te excruciaveris ultrà.
Triticeæ nil frugis eget divina poteſtas,
Chriſtus ait, qua vitam hominum tueatur alendo;

Refellitur.

QVO VITAM dedit ille, poteſt & paſcere VERBO.
Fulgure Verborum tanto ſibi callidus Anguis
Non ſentit configi oculos; diffidere cenſet,

Secunda tentatio.

Ne tantum pertentet opus: nihil amplius illum
Supra hominem credens, ſimulatas induit alas,
Ac velut æthereæ lucis ſeſe Angelus infert,
Abreptúmque ſuper templi faſtigia ſiſtit
Supremis poſitum pinnis, unde omnis ab alto

Super pinnas templi ad caſum.

Deſpicitur Solyma, horrendáq; voragine Mello.
Hortatur. Tibi ſi Pater eſt Deus ille Deorum,
Téque adeò auſteros ſylvis inſiſtere calles
Approbat, hinc, age, te ſaltu demitte per auras

Ima

Impetens; aderunt celeres hinc inde miniſtri
Alipedes miſſi arce Patris, qui mollia fidis
Officia exhibeant manibus, tibi ne ulla cadenti
Saxa terant plantas; ſic ſacra oracula ſpondent,
Sic Pater æthereis de te mandavit Ephebis.
At pugil hæc contrà primo jam pulvere victor,
Diſſimulat Furiæ indignos agnoſcere vultus:
Ac veluti pavitans torquet, paucíſque fatigat
Ambiguum dictis: Eadem me oracula terrent Reſpuitur temeritatis conſilium.
Sacra, inquit, tentare vetant Dominúmq; Deúmq;
Nil opus eſt cadere hinc, & iter quæſiſſe ruinâ;
Cùm facilis pateat cochleis deſcenſus ad imâ;
Aligerûm parco officiis, neque munia fruſtrà
Implorem, aut gratis tanta hæc miracula poſcam.
His hoſti jam viſus homo de ſanguine tantùm
Mortali: nihil Æterni de germine Patris 23
Ferre animis humilis timor, atque modeſtia ſuadent, Tertia tentatio audaciore jam Satana.
Mentitúrque ſibi ſerpens interprete faſtu.
Ergo indignatus jam tantùm impendere fuci,
Quærentem ex alto ſolitis deſcendere ſcalis
Aggreditur, raptúmque procul ſuper ardua montis Chriſtus portatur in montē procul.
Dorſa, ſupra Æolios flatus, ac nubila transfert.
Hinc mundi oſtentat pompam, periturá que regna
Fingit imaginibus falſis; cogitque ſub unos Mundi regna varia.
Obtutus ſtrepitum immenſum, & molimina rerum
Inſana; & populos Regum ambitione furentes.
Dat tanta exiguus vapor in ludibria ſpumas,
Et ſpecie tam vana oculis illudere ſperans
Adſtat, & effulgens ſimulato lumine fatur.
Quænam paupeties his ſordibus ultima fœdat Superbia extrema Diaboli latriam petentis.
Pannoſum, ignotúmque domo: at meliore beari
Fortuna dignum, ac celebri inclareſcere fama;
Et facile eſt tam degeneres tibi demere cultus,
Me tantùm venerare cadens, & pronus adora;
Iam merces tibi mundus erit: namque omnia regna
Hæc mea ſunt: cui mihi placitū tranſcribere ſceptra,
Arbitrij eſt, juriſque mei: te protinus omni
Imponam Dominum mundo, ſi hæc cernuus audis.
Victor ad hæc dudum placido conſiſtere vultu Rejicitur

ut agnitus manifeſtè. Impatiens. Hinc eripe te, deterrime ſerpens,
CEDE RETRO, SATANA, in tenebras, atque exue lucē
Méne caput Legis primum ignorare jubebis?
UNICUS EST DEUS; hunc unum venerabere cultu,
Quem jubet; ille habeat ſolus, quos poſcis, honores.
Fugatur Diabolus. Vix ea, cùm Serpens tetris jacet obſitus umbris,
Præcipitátque intra cæcam vaneſcere noctem.
Sed tamen ipſe priùs victorem reddere campo
An reportare juſſus Chriſtum? Cogitur, unde tulit; tum vellere dentibus atris
Ante pedes hoſti victus, quam porrigat herbam.
Aligeri longè æthereo exploſêre theatro
Irriſum; properántque epulas è corbibus aureis,
Et Dominum hortantur poſitis accumbere menſis:
Angeli miniſtrãt Chriſto. Dant pedibus lymphas, & odora ſindone ſiccant,
Egregióq; artus perfuſos pulvere tergent.
Tum liquidi largè conchis funduntur odores
In caput; illi imas veſtis labuntur ad oras,
Sidereo totum ut corpus foveatur olivo.
His viſus Iuvenum officiis ſe ſe addere Moſes,
24 Alia Chriſti acta oſtenſa Moſi. Etiam pugnas cum Antichriſto. Et divina legens facilis ſpectacula viſu
Gratatur, luſtrátque oculis veſtigia Chriſti
Omnia, quæ verſu longùm meminiſſe Camœnis,
Nec Muſa mortalis opus: Deus omnia magno
Oſtendit Vati, ſupremáque ſæcula mundo,
Et conjuratis odiis ſurgentia bella
In Sanctos, Chriſtique, Erebo inſuperabile, regnum.
Majeſtas, nempe, illa Dei eſt velamine nubis
Dei in Chriſto majeſtas. Abdita, cui facies intus, ſplendórque paternæ
Lucis ineſt, ac tantùm oculis viſenda beatis
Gloria: mortales velant extrinſecus artus,
Poſteriórque hominis forma adjacet inſita Verbo:
In nube fidei agnoſcitur. Hæc poſtica Dei ſpecies, tolerabile lumen,
Humaniſq; refractum oculis, ubi dextra faventis
Ipſa Patris Fidei obtendit ſuper oſtia nubem:
Nam neque Majeſtas induti corpore Verbi,
Nec ſpecies immenſa operum, neque gloria regni
Spectari ſine nube poteſt, umbráque fideli,
Quam dextra facit ipſe Pater, qui Lucis origo,
Quã manibus premit, ut placitũ, manibúſq; relaxat.

Ergo

Ergo ubi mortalis vita curſum, atque labores,
Ærumnáſque ſui gnati in caligine crypta 25
Monſtravit Vati Genitor, dimovit ab antri
Ore manum, lucémque cavis immiſit apertis.
Protinus illa Hominis facies, artúſque caduci
Emiſére jubar membris: nitidiſſimus ore
Sol ſalit, ipſa velut Lucis prorumpat origo,
Ac ſecum radios omnes, & fulgura fundat.
Luce novâ latet alta dies: Titania lampas
Obruitur, flammæq; cadunt cum Sole minores.
Trajiciunt radij veſtes, nivibúſque nitenti
Sole coloratis Regis velamina reddunt
Candidiora; meram in lucem mutantur amictus;
Et Moſes bibit ipſe jubar, patiénſque tueri
Regis in ardentes vibranti fulgure vultus,
Temporibus geminas concepit ſidere flammas,
Emiſitque duos, ceu cornua, fronte pyropos,
Ingentes, longè radios, Solémque vomentes:
Lux animi interior vivis radicibus illos
Alligat, internóque ignes ut fomite ſervat,
Et cum luce Dei æternâ commercia paſcunt.
His Moſes auctus radiis ſplendentia longè
Prætereunte Deo ſequitur cum nomine terga
Exclamans; docet ipſe Deus ſua nomina Vatem:
OMNE BONUM! DEUS; OMNE BONUM: *quid enim amplius extrà?*
Hoc opus, hæc patrij ſumma eſt miſeratio cordis; 26
O Clemens! Veráxque Sator ter maxime mundi,
O Patiens! quem nulla hominum veſania poſſit
Irritare! tuane hæc igitur miracula dextræ?
Poſt tantas ſcelerum ſordes, quibus horrida mundum
Colluvies dudum meritò immiſerabilem inundat?
Hæc inventa tuæ mentis, patriæq; Pronœa
Conſilia? Vt coëant ſumma indulgentia, ſumma
Juſtitia, æterni concordes fœdere vincli?
Illo omnes inimicitiæ, ſcelerúmque reatus
Diffugiunt: nam te coram ſine crimine nemo
Apparet Chriſti meritorum & Sanguinis expers.
Illo autem nullos reputas tibi Vindice ſontes,

Dei in Chriſto gloria affuſâ luce Moſi oſtẽſa.

Chriſti glorioſum Corpus.

Moſes radios concipit & cornua.

Oratio Moſis tranſeũte gloria Dei. Exod. 34. 6.

Incarnatio Verbi, ſumma miſericordiæ.

Quo mundum tibi concilias, quem fundis in omnes
Ætatum, generúmque gradus, & ſæcula, cauſam,
Authorémque data miſeris, formámque ſalutis.
Túne hominum genus hæc per tanta impendia ſervas?
Quémque potes nutu reparare, ut condere Verbo,
Hoc pretio redimas tua tot per vulnera mundum?
Te ſequor, ô vita lumen, vitaq; Repertor:
At tu ſterne viam cæcis, & dirige ductor,
Nulláque te avertant noſtris faſtidia noxis.
27 *Pronus humi, & ſupplex orabat talia Vates.*
Placatus intuitu ſui Deus & Chriſti, dat veniã populo. *At Deus erectum renovato fœdere firmat.*
Vade, ait, & populo lacrymas, mæſtúmq; timorem
Eripe: do veniam immeritis, ſed viſcera flectunt
Me mea: de me ipſo ducit Clementia cauſas,
Erexitque mihi, qua ſum placabilis, aram:
Iam me conciliat ſanguis meus: in nova fœdus
Prodigia inſtaurare juvat: faciam ipſe, quod omnes
Auxilium ſpondet. Exod. 34. 10. *Attonitæ ætates ſtupeant: bella ipſe laceſſam*
Ante acies tua ſigna ferens, ſeptémque ſuperbas
Sedibus ejiciam vacuâ Chananeide gentes.
Iſacidæ advertant oculos, mirentur & ipſi
Non diſiecta ſuis tot, tantáque mœnia telis:
Tot coràm cæſas acies, fuſóſque tot hoſtes,
Poſſeſſáſque ſibi nullo certamine terras.
At memores pactis maneant, mandatáque ſervent
Solliciti, legémque ferant cervicibus æquis.
Fœdera cum gentibus prohibita. *Edico repetens, vobiſcum nulla nefanda*
Fœdera ſint genti, nullo commercia ritu:
Neu miſcete genus thalamis, neu jungite tædas,
Ne ſcelerum ſocios ea vos contagia perdant,
Evertenda idola. *Effodiántque oculos ſudibus, rapiántque ruinâ.*
At vos templa Deûm ſimulacráque inania, & aras
Eruite, ac ſupra cæſos incendite lucos.
Obſervate meo monſtratos fœdere cultus:
Tum manibus mea vos videant donaria plenis
Religionis cura diebus feſtis. *Ad feſtos properare dies totâ undique terrâ*
Securos, vigil intereà tutabitur urbes,
Deſertáſque domos Pietas, & fœnore magno
Reſtituet campis libatas in ſacra fruges,

Culto-

Cultorésque ſuos donis largiſſima vincet.
Sic fatus tradit tabulas, iteratáque ſaxo 28
Jura, manúque ſacros apices in murice ſculpit. *Novis tabulis*
Verbo uno reſtaurat opus; ſe ſenſit inuri *ſcripta*
Pagina marmoreis dicto ſimul utraque venis. *lex.*
Ire jubet, mandátque ſacri tentoria templi:
Concinnatam animo memori ſub pectore vivam
Exemplo refricat ſpeciem, ſpondétque ſagacis
Vriadæ ingenium, quem jam penetralibus imis *Cura tabernaculi*
Admiſſum eximias Sapientia ducat ad artes, *fabricandi.*
Oliabúmque parem ſtudiis, queis protinus ingens
Artificum acceſſura manus, ſolertibus omnes
Inſtincti à cœlo ſtimulis, facilique Minerva;
Iámque propinquantem caſtris, tabuláſque ferentẽ 29
Vt vidêre, quibus cecidit cuſtodia ſorte *Moſes radiato vultu non*
Ad portas, fugêre metu valloque relicto *cognoſcitur à ſuis.*
Fulguribus velut afflati ſine voce ruentes,
Aut latebras petiêre cavas, aut corpora lapſu
Ad terram ſtravêre humiles: ceu fortè ſereno,
Cùm tonuit lævùm cœlo, & ſine nubibus ignes
Excurrêre die medio, ſtupet inſcia turba
Paſtorum, trepidánſque cavis ſe rupibus abdit.
Aut tenues pingui ſi quando uligine flammæ *Simile à*
Littoreis arsêre locis, intérve ſepulcra *Caſtorum*
Accenſæ micuêre faces jactantibus auris, *flammis.*
Promovêre gradum, ſimulacráque fulgida viſu
Turbavêre animos, pallent per tranſtra ſiniſtrâ
Tyndaride, & triſtes horrent vada naufraga nautæ;
Oebaliis tamen haud dirum jubar emicat aſtris.
Haud aliter vigilum expavit cuſtodia Vatem
Cornigerum, & radios lunata fronte vibrantem. *Aron ipſe*
Perculſi Proceres, atque ipſe exterritus Aron; *timet radiatam*
Adveniſſe rati è Geniis flammantibus unum, *frontem.*
Dejecêre ſolo vultus, trepidique reſiſtunt.
Moſem cauſa latet, neque enim duo ſidera ſentit
Fronte novos jaculata ignes inferre timorem
In populum, ut mentes legum reverentia flectat, 30
Perſpicuóque ſciant afflari Numine Vatem.
Sic illum produxit Honor. Deus ipſe perenni *Honora-*

tus à Deo Moſes radiis lucis, quare.

Luce animum, pectúſq; fovens hunc imprimit arcum
Temporibus, Numénque ſuum toto ore coruſcat.
Ipſe ſuum ſolus Moſes ignorat honorem.

Numæ vanitas.

Non ſic Ægeriæ ſimulata umbracula Nymphæ,
Fictaque nocturnis legum myſteria ſylvis
Produxêre Numam Patribus, populóque Quiritum;
Extractas, quibus ille feras ſylveſtribus antris,
Martigenáſque truces clauſo exarmaret Aſylo.

Lycugus à Pythia laudatus.

Sed neque Phœmonoë tantum teſtata Lycurgum
Spartanis; licèt invenas ſe totus Apollo
Truderet, ac pleno præconia funderet antro,
Pythia Spartanas vocitans oracula leges.

Pythagoræ aquila.

Nec tantum mirata Croton effata renati
Æthaliâ Samij, quanquam Iovis alite doctus
Admoviſſe Deûm dictis cœleſtibus aures
Fingeret, ingenti mera vendens ſomnia plauſu.

Conditores legum divini homines habiti.

DIVINO *ſe quippe ſatu fert edita Virtus*
Cum Sophiâ: utriuſque genus Deus aſſerit author,
Majoréſque modo humano ſtuduêre videri,
Qui ſe ſe illarum populis finxêre magiſtros,
Mentirique illis placuit commercia cœli,
Aut ſimulare Deos: ſed eis tam evanida jura,

Prodita vanitas Minoïs, Zoroaſtris, Mercurij.

Quàm ſimulatæ artes, vacuóque in pectore virtus.
Ergo & Dictæo Minos jam nullus in antro:
Nec Zoraſtræi fulgent jam ſideris ignes:
Nec jam ullus Phariis Hermes ter maximus aris.
At divina vigent Moſei ſidera vultus,
Spectantúrque oculis vera miracula lucis,

Lux Moſis ſtabilis.

Quantùm contra hebetes poſſunt intendere viſus,
Quantùm non hebetes: Lyncas, luſcóſque revincunt;
Æternúmque jubar Veri tot fulgetra produnt:

Fides videt etiam per velamen.

Nec ſuper obtenta impediunt velamina vultus;
Ne videat gemina aſtra Fides: neque carbaſus obſtat
Chriſticolis: figunt aquilæ trans nubis amictus
Firmam aciem, quos alma Fides albugine ſolvit.

Hebræi noctuæ.

Hebræis ſpiſſo torpent glaucomate viſus,
Hactenus, ut nullo penetrent velamina ſenſu.

31 Agnoſti-

Poſtquàm igitur moniti Proceres poſuêre timorem,
Et lucem didicêre pati tantiſper amicam,

Agnitus

Digitized by Google

Agnitus alloquio Moſes ſic pectora firmat:
Turbis ſolo fixos oculos intenta tenebat,
Avertens ſtupidos radiatâ ab imagine viſus.
Quam dudum expetimus lacrymis à Numine pacẽ, Pax reddita à Deo.
Sancitam, ſtabilémque fero: jam vertite planctus
In plauſum, gratéſquo Deo: ſqualentia fas eſt
Solvere corda metu, Pacis redeunte ſereno.
En alia vobis tabula; ſed fœdus eâdem,
Qua priùs inſcriptum dextrâ; ſed blandior ignis
Adfuit, unde meo ſplendor, qui fulgurat ore:
Ne trepidate oculis oblatam admitere lucem
Fœderis; hac vobis renovati gloria pignus,
Placatóque Deo cum fœnore reddita genti
Gratia; deducet noſtras Deus ipſe catervas,
Vt priùs, & fuſos immittet ſigna per hoſtes.
Hactenus ille manu molli proludere viſus
Confudit Pharias acies, Amaleciáque arma,
At deinceps cœlum, ac terras, pelagúſque movebit Novi favores promiſſi.
Bellipotens, vimque immenſam totóſque lacertos
Exeret, ut patrijs victores inferat aſtris.
Vos tantùm ſervate fidem, ſanctiſque manete
Obſequiis, confecta Fides dabit omnia vobis;
Ad decus omne viam Fidei lex addita ſternet.
Quando igitur Deus his ſedem ſibi ponere caſtris Invitat liberalitatem in opus tẽpli.
Dignatur, fieríque manu tentoria mandat,
Materies ſit digna domo, formam ipſe, modúmque
Deſcripſit, dabit ingenium ipſè, & ſuggeret artes:
Materiam vos, atque manus conferte volentes.
Qui gemmas, qui veſtis habent, variique metalli Quæ dona afferenda.
Munera, primitias ſpoliorum, electáque prædæ
Vaſa Canopea, & victa Gebalitidos oſtrum,
Qui pelles ſandice rubras, qui Settina ligna,
Et carie intactas Libani de vertice ſylvas,
Feſtinate alacres ſancti in donaria templi,
Nec vos impietas infandis viderit aris
Larga adeò inſanire manu, prodiret ut Apis Si in Vitulum prodigi, qui in Deum?
Aureus, uxorum detracto è crinibus auro,
Reſtrictos modo Relligio ſanctiſſima cernat.
Compenſate ignominiam: purgate rapinas,

Ægyptique neſas largis abſolvite votis.
SIC TANTUM MAMMON *juvat, ſi ritè ſacratur,*
Æternúmque pios cælo transfertur in uſus.
Non timet hic Gryphes, neque ſcabra ærugine pallet.

32 *Talibus hortantem læto clamore ſequuti*

Aſſenſus lætantis populi.

Dant plauſus, ſpiſsiſque procul duplicata coronis
Effundunt animos populi, gratéſque frequentant
Gaudia, percuſſi reſponſant gaudia montes,
Et Grates Sinæa ſonant latiſſima ſaxa.
Mirantur ſpeciem inſuetam, radióſque fluentes
Ore ducis, cuperéntque oculis patientibus ardens
Ferre jubar, contráque novum contendere Solem
Lumina, ſed terrenam aciem tam ſplendida tela
Obtundunt, nimióque hebetantur lumine viſus.

Lege explicata Moſes velat faciē Exod. 34. 33. 2. Cor. 3. 13.

Ergo ubi divinam Vates è marmore legem
Diſſeruit, ritúſque ſacros ceu cortice clauſit,
Nubibus involvens radios, & lumen opacans,
Ut cupidas magis alliciant ſacra ſymbola mentes,
Summoveántque oculos vela interjecta profanos,
Ac manibus tantum liqueant myſteria puris,
Carbaſina Moſes obnubit ſindone vultus,
Offuſúmque jubar radiatæ frontis inumbrat;
Et quoties populo ac Patribus divina vocatis
Verba facit, vel jura foro civilia tractat,
Non niſi prætento fronti velamine fatur.
Sic hebetes oculi Iſacidum, ſic mollia poſcunt

Ponit velamen agens cum Deo.

Pectora, quæ puram nequeant aſſueſcere lucem:
At cùm ſeſe Adytis Vates cæleſtibus infert,
Adſiſtitque Deo ſupplex velamina longè
Projicit, ac nudo immenſam haud explebilis ore
Lucem haurit, viviſq; faces ardoribus auget.
Seraphicæ ardeſcunt facies, Cherubináq; circum
Ora micant, plauſu reſonant delubra volantum
Alarum tremuliſq; undant tentoria velis:

33 *Et Vatem vox miſſa monet. Quòd gloria vultus*

Myſteriū velatæ faciei Moſis.

Sic modò ſit velanda tui, quòd lucis alumni
Sic caligantes oculos à luce reflectant
Iſacidæ, deſiſte queri; ſatis iſta penetrant
Vela faces, ac ſe radij trans ſuppara fundunt:

Agno-

Agnoſcent adeò Gentes, alienáq; vultus
Regna tuos: lucem in mediis mirabitur umbris **Cæcitas Iudæorũ.**
Poſteritas; tuáque hæc oculis velamina caſtis
Excutiens Solem inveniet, patiénſque tueri
Figet in adverſos radios ECCESIA *viſus.*
Et tecum ſpeculata meos in imagine vultus
Transfuſam ſpeciem radiis ab origine lucis **2. ad Corint. 3, 13.**
Accipiet; jubare externam formabit eodem
SPIRITUS *effigiem, vitámque in viſcera condet,*
Humanóque Dei vivent in pectore vultus;
Gloriáq; ingentes factis divina beabit,
Cùm ſacra ſe ſciſſo pandent penetralia velo.
Intereà cæci Iſacidæ, profugiq; ferentur
Sedibus, & ſolo tolerabunt cortice vitam,
Vitam infelicem: dederit queis LITERA MORTEM
Fruſtratis animæ nucleo, vitæq; medulla.
Tu quoque, ſed ſerò, tandem velamina tolles **Venturi ad fidem Iudæi.**
Iſacidis, claróque palam ſpectabere vultu.
Sera gement cæci; & tenebrarum, in luce, pudebit.
Fatalis ſic ipſe Deus præſagia veli,
Quod Moſes hodiéque gerit ſuper ora, docebat:
Munera certatim Iſacidæ in Delubra parabant.

LIBRI VNDECIMI

Argumentum, & Synopſis.

BESELEELEM tabernaculo fabricando principem Architectum à Deo deſtinatum, Exod. 31. cum Oliabo, qui ſocius illi divina ſorte additus, Sapientia neceſſariis ad opus tantum opificiis inſtruit, & in ſomnis informat eorum mentes translatas in ſuam illam auguſtiſſimam domum, Artium omnium & diſciplinarum, quarum ipſa inventrix, & parens eſt, officinam, Proverb. 9. Inſpectis igitur omnibus artificiis, antiquis, novis, & aureo Sapientiæ poculo probè poti fabrûm principes aggrediuntur opus mandatum Moſi, Exod. cap. 25. ad 31. Sed hoc libro exequuntur & elaborant potiſſimùm tabernaculi ornamenta ſex præcipua; Arcam teſtamenti, Altare Thymiamatis; menſam panum propoſitionis: Candelabrum cum lucernis ſeptem; Altare holocauſtorum; & labrum æreum de ſpeculis mulierum, quæ excubabant ad oſtium veteris tabernaculi. Cæteræ templi partes in librum 13. quo erigendum eſt tabernaculum, & Aaron ſacerdotio ſummo inaugurandus reſervantur.

1. Sapientia diſciplinarum, artiûmque parens omnium, materiam omnibus ex Naturæ officina ſubjicit: ingenia artificum excitat ad excogitandum, quæ idonea, & apta ad fines, quos aut neceſſitas flagitat, aut voluptas, & liberalior humanæ vitæ cultus ſuadent: eas artes, quas ſimul omnes complexa eſt, non ſimul in lucem edit, ſed paulatim, prout opportunum eſt, ſtimulatis hominum ingeniis, extundit, & profert.

2. Mittitur ad Beſeleelem, quem beato ſopore ſo-

pitum

pitum compendio doceat oſtenſis in ſua Idearum officina artium machinamentis.

3. Sapientiæ domus Proverb. 9. fingitur in monte bipertita, hypæ thrâ, & hypogæo. Quæ ad Theoriam pertinent diſciplinæ, in hypæthrâ ſpeculantur, ubi menſam, & epulum inſtruit Sapientia Dei notitiâ & caſtæ religionis ſincero cultu; propoſita mundi ſpecie admirabili, multiplicíque inſtinctu vocantur mortales ad ſummi opificis notitiam, & Sanctorum epulas, pabula veriſſima animorum: pauciſſimi reſpondent vocanti, & introëunt ſacrarium. Plurimi ſolo nomine contenti Philoſophi hæſitant foris, & Academiam, Lyceum, Stoam, & pergulas hortorum ſibi inſtituunt. Hîc Philoſophiæ fallacis ſectæ de mundo diſputant, de Deo, extra Deum philoſophantur; quos arguit Paulus ad Rom. 1.

4. Pugnæ & diſſidia Philoſophorum de mundo, & rerum principiis.

5. Inſania Sophorum, qui ſibi non ſapiunt ipſis, quia Deum malunt ignorare, aut agniti premere ſilentio veritatem.

6. Mechanicarum artium cellæ, & officinæ in hypogæo domus: ubi Naturam ſedentem in mediis, id eſt, divinum officium, artes humanæ imitantur, inſtigante animos Sapientiâ. Huc traducitur Beſeleel, ut vetera, nováque inventa inſpiciat Protoplaſtis tradita, & ex illis proficiſcentia rudimentis.

7. Heva lanificium, & textrinam exercet, & plumariam à pavo, & pictis volucribus furatur: ſervit vanitati jam uxorius Adamus: non novus veſtium luxus.

8. Tubalcaïn ferrariam ſtrenuè excolit: Jubal numeros Muſicos obſervat ad fraternam incudem; Abel paſtoritiam facit, Gen. 4. 20. inde aliæ artes frequentatæ.

9. Sapientia ex aureâ paterâ varias ingeniis propenſiones, varios affectus miſcet, ac temperat arti-

bus

bus variis: ne ulli deſint amatores, & inſignes artifices.

10. Beſeleel & Oliabus eo poculo Sapientiæ affatim beati, inſignes evadunt in neceſſariis artibus.

11 Columnas duas, à filiis Sethi olim ſculptas artium ante diluvium inventarum monimentis, in Sapientiæ officinis obſervant Beſeleel, & Oliabus: & literas in eis Hebræas maternámque linguam agnoſcunt. Falſa & fallax Græcia, quæ Cadmo, & Phœnicibus literarum inventionem adſcribit: ſcribendi labor & Libraria cum mundo nata, & afflictio ſpiritus.

12. Ad artes Tabernaculo neceſſarias Sapientia convertit fabros, & aurificum tabernas oſtendit, & metallicam: aquam Chryſoſulcam, & capedines purgando auro.

13. Chymica fallax aurum, & metalla adulterat: fortunam fallacem auream, fucatam venditat ſtolidis: ſe ſe, alióſque ubique pauperat: arcendæ à ſacris fraudes, & mendacia.

14. Purpurariæ officinæ, & infectorum artes oſtenduntur: & antiqua purpurarum piſcatio ex Plinio lib. 9. cap 27. Sacram olim, nunc luxus, & libidines proſtituunt purpuram.

15. Lanificij, & textoriæ artes exhibentur, & materia multiplex ſtaminum. Linum Asbeſtinum inter cætera mirabile, ex Plinio lib. 19. cap. 2. & torquenda byſſus in ſacras veſtes, & vela.

16. Gemmaria, & ſcalptoria fabris oſtenditur, & grandes Elenchi duodecim in portas totidem cœleſtis Solymæ: lapidéſque pretioſi in fundamenta muri, quæ Ioanni oſtenſa Apocal. 21. illuſtrant ſignificationem myſticam gemmarum, quæ Rationali pontificio includendæ ſunt, de quo lib 15. fuſiùs dicendum.

17. Sardonyches duo in Epomidem Aaronis: Tabernaculum, typus gemmæ Eccleſiæ.

18. Unguenta & aromata ad Sacerdotes conſecrandos, & ſuffitus templi, in altari Thymiamatis.

19. Soluto denique ſomno ſummi artifices Beſeleel

leel & Oliabus ad opus faciendum mittuntur à Sapientia.

20. Salomon deſtinatus ædificando templo, donatus etiam Sapientiâ in ſomnis, quæ non perſeveravit uſque in ſenium ſine maculâ. Enitendum ſacris artificibus, qui domum Deo ædificant, ut conſtantiſſimè ſapiant uſque in finem & faſtigium operis.

21. Vocatur ad concionem populus ad offerenda munera in Dei donaria.

22. Inſignis Ducum munificentia, & populi totius hilaris liberalitas tanta, ut per præconem ſiſtenda fuerit.

23. Coactum è manubiis, ſpontaneis donis, & populi capitatione aurum, cæterámque materiam Præfecti fabrûm digerunt, & partitis in alios penſis aggrediuntur opus. Non major formicarum ad onera attentio plenis areis, quàm hîc opificum omnium.

24. Arcam fœderis molitur Beſeleel: illius dignitas, & majeſtas quanta: quæ ſignificatio allegorica.

25. Materia lignea Arcæ, & cæterorum ex ſylvis Settim. Qualis fuerit. Arbor Settis ſimilis ſpinæ albæ; ſed procera, craſſáque, cedri inſtar, ut quibusdam placuit: certè tabulæ tabernaculi ſatis altæ, & latæ oſtendunt arboris proceritatem.

26. Arcæ forma: probabilius eſt fuiſſe ſine fulcris, & pedibus humi poſitam, prætérque Propitiatorium, habuiſſe operculum, ut arcæ ſolent, veſtitum auro, cardinibus, & ſerâ aureis connexum, intráque coronam inſitum.

27. Propitiatorium, ſeu Oraculum ex auro, Arcæ operculo impoſitum, Cherubinis duobus inſiſtentibus, adverſis vultibus, & contingentibus ſe ſe utrinque alis. Finguntur, qua ſpecie Ezechieli viſi ſunt quadriformes.

28. Dignatio Dei Majeſtatis ſuper Arcam deſcendentis, & inter alas Cherubinorum deſidentis ad colloquium cum Moſe, & reſponſa populo edenda. Vaticinatur Moſes aliquot prodigia olim memorabilia

ad

Digitized by Google

ad Arcæ majeſtatem, & venerationem aſſerendam in Philiſthæis, Ozâ, & filiis Heli duobus, Ophni, & Phinee.

29. Altare Thymiamatis, quod à quibuſdam acerra dicitur; ſed ei addita fuit acerra aurea, qua Pontifex ſemel in anno Thymiama inferret in domum interiorem. Quid ille vapor odorum cum altari ſignificarit.

30. Menſa aurea, quæ propoſitos panes azymos duodecim in lancibus aureis, cum thureis phialis ferebat. Myſtica menſæ, thuríſque ſignificatio.

31. Candelabrum aureum, cum lucernis ſeptem deſcribitur.

32. Allegorica, & tropologica totius Operis, & luminum ſignificatio additur, afflante Beſeleelem divino ſpiritu.

33. Altare holocauſtorum compingitur veſtitis ære tabulis. Quidam è duabus partibus componunt: inferiori parti, tanquàm baſi, cratem æneam annectunt, quæ ſicut pars pyxidis inferior, ſuperiori immittatur; infra cratem feneſtellam aperiunt ad derivandos, efferendóſque cineres. Sed incommodior videtur illa forma, tam depreſsâ in altaris ventrem crate, ad componenda ex alto ligna, & extruendos hoſtiarum artus. Forma igitur alia probabilior crate supernè intra coronam impoſitâ, paulúmque depreſsâ, coëunte in orbem reticulo: quæque eximebatur, ſuíſque annulis, & vectibus ſeparatim portabatur in viâ, cum æterno igni. De ſitu altaris, & tumulo, vide quæ dicuntur libro 13.

34. Explicatur, & præfertur forma illa poſterior altaris, & cratis æneæ exemptilis ſeparatim portandæ.

35. Moſes Levitis, & toti Tribui Levi oſtendit felicitatem ſortis, patrimonij, quod ipſis divinitùs obtigit in miniſterio altaris. Significatio ejus allegorica, cruentíque Chriſti ſacrificij indicatur.

36. Labrum æneum de ſpeculis mulierum, quæ excu-

excubabant ad oſtium tabernaculi. Mos ille priſcus piarum matronarum, & exercitatio explicatur.

37. Fingitur Maria ſoror Moſis, ut probabile, pietatis repentino impulſu, ſuadere aliis matronis excubias, illas facientibus, ut ſua ſpecula, ſuperbiæ, & vanitatis arma, Deo conſecrent mutanda in expiatorium fontem.

38. Præit ipſa cæteris, & illuſtrem laminam vovet, offértque: exemplum cæteræ ſequuntur: quâ ex materia Beſeleel labrum molitur, quod libro 13. ſtatuitur ſuo loco.

LIBER

Digitized by Google

LIBER UNDECIMUS.

BESELEEL, SEU SAPIENTIA OPIFEX TABERNACULI.

1 Sapiētia, artium parens. Honor eas alit.

ARTIFICES ipſa intereà Sapientia format
Sollicitans, curiſque acuens ſolertia corda,
Iamq; artes nutribat Honos, & Fama favebat
Ardentes ſtudiis animos; pulcherrima merces.
Nec minùs inde manupretiū; nam BLANDIOR AURO
Acriùs ingenuas producit gloria mentes;
Queis ſtimulis magno ingenio manus æmula certat,
Archetypis æquatur opus, naturáque fuco
Ambigua eſt, vinciq; pudet volucrúmq;, hominumq;
Decipulâ, vel Parrhaſio, vel judice Zeuxi.
Sed neque mercedes operum, neque ſplendida fama
Præmia procudêre artes; neque prima per uſum
Extudit ingenio duris in rebus egeſtas.
Palladis eſt omne artis opus; quæ prima paterno
Nata ſinu, de fonte omnes arceſſit eodem.
Illa operum formas omnes Sapientia Patris
Fuſa ſuper, fovet æterna ſimulamina Mentis,
Ingeniiſque facem præfert, ac ſuſcitat ignes
Humano, qui corde latent: ſubſternit inertem

Materiam præbet.

Materiam, dictátque modos, quos poſtulat uſus,
Et varij fines operum; neque cuncta repentè
Effundit ſua dona ſimul: per ſæcula ſenſim

Paulatim eas docet.

Ingenij diſpenſat opes; mundúmq; ſubinde
Excolit inventis aliis, ſeu perdita rurſum
Reſtituens meliora facit; ſeu ſcabra per artes
Sæcla novans, mollit vitam; ſicq; expolit orbem,
Serviat ut jam deliciis, quod ſuaſit egeſtas.

2 Maſſa ad Beſeleel.

Illa igitur Patris æterni miſſu æthere lapſa
Beſeleelis adit ſerâ jam nocte penates.

Ille

Ille diu ad vigilem luctatus mente lucernam
Arcebat ſtudiis ſomnos; inventáque volvens
Priſca virûm inſuetos tractabat corde labores,
Ipſe novum molitus iter, quâ nulla priorum
Monſtrarant exempla viam: quamquam arida curis
Stat macies, & ſicca viro ſudoribus ora;
Diſcendique intentus amor, tamen invidus olli
Spargit rore ſopor, ſubductique lumina ſolvit,
Acclinat pluteo caput: illi Diva ſoporem
Aggravat, atque animum poſito ſic corpore pulſat.
Beſeleel, nam te his titulis Sapientia clarat
Eximium, manibúſque tuis operâque peracto
Dignatur manſurum operi ſubſcribere nomen
Artificis, ſociúmque hujus tibi deſtinat artis
Oliabum. Humano major res tanta labore, Oliab, ſocius fabricæ.
Divinúmque jubetur opus: ne conſule vires
Ipſe tuas, inopémque manum, tibi plurima lævo
Quamvis corde calet generoſo ſanguine vena;
Parque animis operoſa manus induſtria verſat.
Mortale eſt, quodcumque moves ſine Numine noſtro.
Nunc æterna domus meditanda, locandáque cælo:
Ipſe artem cum mente Deus, robúrq; lacertis
Sufficiet, qui mandat opus. Quid longa laboras
Priſcorum dictata ſequi? EXPERIENTIA FALLAX, Ars lõga, vita brevis.
ET LONGAE *tentando viæ, vitæ rota præceps.*
Me ſequere hâc; mea te ad ſummum compendia ducent
Momento, fiéſque fabrûm ſimul & pater, & Rex.
Dixit, & abſtractam ſopito è pectore mentem Rapitur in ſomnis Beſeleel.
Per vaſtum penetrale cavi ſub fornice montis,
Speluncis rapit abſtruſis. Super ardua ſummo
Vertice ſtat ſeptem ſpeculari è rupe columnis 3
Cælo admota domus: raſis lux aurea gemmis Sapientiæ domus. Prov. 9.
Sidereos replicat radios; nam totus aperto
Influit in thalamos Titan admiſſus hypæthra,
Ac ſimul Archetypi mundi vibratur imago,
Æternique nitet facies clariſſima Veri.
In medio tranquilla tenet Sapientia ſedem,
Et famulas ad penſa vocat, partita labores Diſcipli.

næ & Artes Ancillæ vocant ad epulũ.

Virginibus circum ſubſellia Diſciplinis.
Ipſa oleum præbet, ſacrámq; in fomite flammam:
Illæ homines ad templa vocant, & Principis arcem,
Inſtructáſq; dapes menſis ad Pallados aras
Primigenæ: pauci tectis ſuccedere digni
Accumbunt epulis Divûm, poſitáq; fruuntur
Ambroſiâ, & mundi perituri oblivia potant,
Tranſlati mente ad Superos, æternáq; regna.

Pauci verè ſapientes.

Maxima pars epuli ſolo contenta vapore
Famam haurit, fumóq; famem deludit inani;

Plures ſolo nomine Philoſophi.

Queis ſatis eſt cretata foris tectoria circum
Ponere, lapſuráſq; domos difflantibus Auſtris;
Garruláq; Actæis Muſæa implere cicadis.
Socraticas illic duplex Academia tricas
Implicat, & fucum longis inducit acervis;
Preſſius intereà contrà pugnante Lyceo:

Stant foris cæci ad Sapiẽtiæ limina.

Pythagora ſtupet Harpocrates effata crepante.
Hinc gemina occurrunt Chryſippi cornua pictis
Porticibus: tum fœda canes latratibus ora,
Mordacéſq; ferunt rictus, fugiente pudore:

Sectæ variæ errantium.

Barbaricæ accurrunt ſectæ: jámq; omnis ab Indò
Gymnas adeſt; locat inde ſuos Gargetius hortos
Ventriloquus: verâ hæreſeon tot pullulat Hydrâ
Seminibus: reſonat rauco nemus omne tumultu.
Certantes error pariter, vel opinio ludunt:

De mundo diſputant. Eccleſ. 3. 11.

Et miſerum inter ſe partiti litibus orbem
Diſcerpunt; nam dia illis Sapientia mundum
Numinis argumentum ingens, ſummíq; parentis
Ante oculos objecit opus tractabile ſenſu;
Et cupit inquiri noto è molimine cauſam
Artificem, tanta in ſenſus ſe mole ferentem;
Inventam venerari animis, linguáq; fateri.
Sic Sophia lotis intrare ſacraria plantis,

Opinionũ pugnæ.

Admiſſos epulis Divûm, & ſuccedere cœlo.
At ſecùs ac juſſi faciunt: capit impia vires
Seditio, validíſq; alitur diſſenſio linguis:
Eſt, & Non, agitant animos, & fœdera ſcindunt:
ET PLVS *ille ſapit, qui nil ſe ſcire fatetur.*

Impietas.

Iam poſtrema Dei cura eſt, aut nulla, reperti.

Pars

Pars, quibus eſt ſtupor, aut ſcelerum violentia major,
Excluſum regno repulit, clavóque removit,
in providentiam.
Qui minùs audaces, faciunt torpere veterno,
Et vacuo nullas volventem pectore curas.
Pars in fruſta ſecant, unúmque in millia ſpargunt;
Volvendóſque Deos fatis, ut cætera, donant.
Pluralitas Deorum.
At ſi qui agnovêre, tacent; unúmque fateri
In populo veteri deluſo errore verentur.
Vera loqui muſſant, ſcelerúmque abrumpere ritus.
Ingrati ergo premunt tenebris, & carcere lucem;
Quos Deus abreptos brutam vertigine mentem
In cœno patitur, ſcelerúmque voragine volui,
Barbatóſque, glabróſque ſenes, obſcœna trahentes
Pallia, pérque lutum, putríſque per antra Suburræ,
Perfuſos ignominia, quam facta merentur.
Veritatē Dei in injuſtitiâ detinent. Rom. 1. 18. Rom. 1. 26.
Beſeleel, miratur enim tot millia circum
Atria ſtare foris, neque templi attingere limen
Intentos Mundi in ſpeciem, volucrémque figuram.
Ecquod, ait, genus hoc hominũ? quæ jurgia linguis?
Quidve petunt tanto verſantes murmure mundum?
Turbantéſque elementa ſitu? divulſa laborat
Principiis Natura ſuis, temeréq; feruntur
4 Pugnæ Philoſophorum, & errores de mũdo, &c.
Omnia, & inſano coëunt ramenta tumultu,
Vt pelagi, terræq; globos corpuſcula forment.
Hi numerant cæli ſtellas, curſúſque ſequuntur
Aſtrorum, & poſitus fingunt, vultúſq; minaces;
Fortunámque locant duplicem pugnantibus aſtris.
Incluſêre alij cælos, ac ſidera vitro,
Vt Lunas, Soléſque regant: hi paſſibus orbem
Demenſi, ſtructis abaco ſcrutantur arenis,
Quot repleant terras ad Lunæ concava micæ:
Hi quærunt alios trans hæc pomœria mundos,
Inventiſq; dolent, nondum uno Marte ſubacto:
Pérq; agitant vanas vacua intermundia mentes.
Quis furor inſanos adeò glomerare labores?
Inanis ſcientia. Spatia imaginaria.
Tot miſeros curæ ſtudiis potioribus urgent;
Mortalémq; premunt vitam, & ſic perdimus annos?
Quærentem ſic Diva docet: damnata tenebris
Sæcla vides, & ſponte ſua fugientia lucem
5 Inſania

 Corda

ſaplētum ſæculi. *Corda virûm ante fores noſtras, & limina Veri.*
In tenebras vertêre diem, cùm prima ſequuti
Cæcati ſuperbia. *Lumina contempsêre meos poſt cœpta vocatus,*
Cœperúntque placere ſibi, faſtisque tumere
Ingenij: raptat cæcos vaſana cupido
Fluctibus errorum, & famam captantibus umbras
Obiicit, aſſiduáque animos vertigine torquet.
Infelix ſine fine labor! cúmque omnia norint
Se præter, finémque ſuum, volvuntur in alto
Turpitudo morū. *Gurgite, cœnosámque bibunt avido ore paludem.*
Quod quærunt, nunquam invenient toto orbe vagati:
Ac ſine me fruſtra palpant ad limen apertum,
Stultitiáque ſua à foribus bipatentibus errant.
Facilis Dei notitia, & lucis. *At brevior via lucis erat, quæ larga per orbem*
Spargitur, atque ſuum fontem mundo indice prodit.
Sed ſine nunc hos in ſpeculis, & nubibus Argos,
Sap. 13.5. *Quos adeant nunquam cœlis affingere vires,*
Et captare leves auras, & paſcere ventos.
Ocyùs huc adverte opera ad fabrilia mentem,
Quæ potiùs te penſa vocant, queis protinùs uſus.

6

Officinæ Artiū in domo Sapientiæ. *Sic effata, virum gemmata per atria ducit*
In latus, impoſiti quo ſub teſtudine montis
Alta patent hypogæa domus, ubi mille per artes
Diſpoſitis circum reſonant fora lata tabernis.
Hîc cellas opera omnia habent, inventáq; rerum
Auxilium humano generi, quæ prima tulerunt,
Et naſcente ſimul mundo venêre ſub auras,
Quæq; aliis venient deinde emergentia ſæclis.
Naturam Ars imitatus. *In mediis Natura ſedet, cunctíſque miniſtrat*
Materiam, & ſpecimen divinæ ſubiicit artis,
Ingenium attentum. *Molimenta operum, & fines, quos quærit agendo:*
Ingenium ſolers illam miratur, & ambit
Aſſiduè, & varios ſentit, quibus indiget uſus,
Naturæq; implorat opem: Sapientia per ſe,
Per famulos operum Genios imitamina mentis
Inſtigat, primáſque vias, & ſemina monſtrat.
Sap. 10.2. *Vimque dat humanæ, quæ continet omnia menti.*
Ipſa operum rudibus dat prima parentibus arma,
Primæ *Queis dedit intonſo primas de vellere veſtes,*

Pelli-

Pellitóſque foras felicibus expulit hortis — veſtes, & prima agriculturæ arma.
Ad durum telluris opus; dedit ipſa ſecurim
Exulibus, primúmque manu tractare ligonem,
Tractandúmque focis monſtravit forcipe ferrum.
Poſt alias venere artes, ubi prima metalli — Ferrariæ auxilia.
Vtilitas flammis agreſtia fluxit in arma.
Iam ratio depromit opes, & mentis acumen
Diſtringens ſequitur ſumma tellure micantes,
Aut chalybis venas, aut ære virentia ſaxa:
Inventas jam primus homo fornacibus infert,
Formatis ex creta operum craſſo ungue figuris — Metallorum uſus.
Inducit liquidum flammâ revomente metallum; — Malleus,
Malleus hinc, facilémque incus tulit edita formam, — & incus.
Verſandæq; focis maſſæ manus unca rubenti.
Hinc opifex jam dives erat: validáque bipenni
Imperat arboribus celſas ſibi ſternere frondes,
Intextíſque domos truncis attollere ſylvas.
Intereà digitos habiles ad vellera vertens 7
Mollia depexas conjux in ſtamina lanas — Heva textrinam,
Produxit, laterique colum molita colurnam, — exercet
Devolvit capulum fuſo, villóſque revellit — Colus.
Dentibus, atque udâ mollit ſubtemina linguâ.
Mox pertæſa olidas malè raſo vellere pelles,
Invidet aurata pavo ſtellantia cauda — Cultum prima quærit à pictis avibus.
Syrmata, laudatóſque rotâ pandente colores.
De ſpina meditatur acus, filóque ſequaci
De volucrum pictis nectit redimicula pennis,
Séque viro oſtentans pavonem induta ſuperbit.
Saucius illecebris conjux cultúque ſuperbo
Exultat tenerâ pompam ducente maritâ,
Artificéſque manus in luxum commodat ultrò, — Artes Adami jam ſerviunt uxori, & luxui.
Vxorique ſuos geſtit ſervire labores.
Maxima pars huc verſa opera, ſtudiique virilis.
E ferro procudit acus, radióſque rotandis
Textilibus penſis: pectuntur vellera ſylvis
Serica; pérque caſas jam plurima pendet Arachne.
Bombycum evolvens mutatis ilia moris. — Laniciū, Bombyces.
INGENIOSVS *amor ſummittit ad omnia mentem,*
Et parit innumeras artes quæſita voluptas.

X 3 *Iam-*

Digitized by Google

Veſtium luxus. *Iámq; viri curas omnes averterat uxor.*
Iámq; maritales una haurit cyclade cenſus:
Nunc muliebre viros vitium pervaſit; & ipſi
Proh pudor! incedunt compto ceu fœmina cultu.
8 *Fervet opus, Brontéſq; ſuos, Steropéſq; Tubalcan*
Incitat in numerum; reſonant incudibus antra;
Ferrariæ, & citharæ inventio. Geneſ. 4. 20. *Ipſe notat frater numeros, fidibúſq; ſonoris*
Intendit citharam vacua teſtudine Iubal;
Et fidibus cantum digito plectente maritat,
Atque rudem admotâ concentum temperat aure.
Intereà latis paſtores tertius agris
Iaël paſtor. *Cogit agens niveas Iaël in paſcua fœtas,*
Compactáq; docet ſilvas reſonare cicuta;
Intenditq; caſas, plauſtriſq; mapalia transfert,
Latiùs herboſis ubi ſurgunt pabula campis.
Iam volitant fluviis lintres, alniq; cavantur:
Nautica. *Diviſa pelago jungunt commercia gentes:*
Diſſociata fretis committunt littora puppes.
Iam tellure jugo domita maris æquor arandum,
Miſcendæq; procul peregrinis mercibus artes.
Concurſu ſtupet ingenti, ſtrepitúq; laborum
Vriades: nam plena operis ergaſtula cernit,
Oliabus ſocius. *Vndantémq; foro turbam; quos inter & ipſum*
Oliabum adventare videt, ſtudióq; tuendi
Intentum varias operum percurrere cellas,
Iámq; propè ipſa ſequi ſecum veſtigia Divæ
Orantem dignari adytis, & munere cœli.
9 *Illa tenens dextrâ pateram potabilis auri*
Sapientia aurea patera propinat ingeniis artes. *Illecebrâ, mentiſq; aciem inſpicantibus herbis*
Spumantem, ad ſeſe gratis properantibus offert,
Metitúrq; ſacros pro captu pectoris hauſtus,
Vt capiat, quod quiſq; poteſt: hinc pondera nata
Ingeniis, nulla ut careant cultoribus artes:
Et propenſiones. *Vile putetur opus nullum momenta ſequenti,*
Queis ſe quiſq; trahi, prona velut indole, ſentit.
Phidiaco burim calo præponit arator,
ET NVLLA *invitâ ſuccedunt penſa Minervâ.*
Omnibus hinc venit utilitas, artéſq; perennant;
Nec vita officiis ullis defecta laborat.

Quò magis Vriades admirans talia fatur.

Diva, precor, quando tanta hac me ad munera mittis

Beſeleel ſibi, & ſocio pateram cupit.

Molitorem operum ſanctorum, & conſcia noſti
Pectus iners, ſtupidámq; manum, ſenſúſq; ſupinos,
Da ſolidum cratera mihi, ſocióq; bibendum
Oliabo: da, Diva, ſitim, quam proluat auri
Iſte tuus liquor, ingeniĳ prædivite venâ,
Vt ſit opus, Regina, tuum quodcunque paramus,
Cui meritò inſcribi jubeas: SAPIENTIA FECIT.

Audiit orantem Mater, totáq; liquenti 10
Perfuſis pateræ præcordia colluit auro,

Potantur largiter.

Pérq; operoſa domus conclavia circumducit
Omnia, demonſtrátq; artes, inventáq; nondum
Edita, quæq; jacent noſtris jam mortua ſæclis,

Artes veteres, novæ.

Quæq; reviviſcent aliis: NAM VIX novus uſquam
Exercet ſub Sole labor mortalia corda.

Eccleſ. 1. 10.

Cuncta ferè reditura cadunt, lapſuráq; rurſus
Interitu, magnus donec ſeſe explicat orbis,
Omniáq; immensâ mundi cum mole fatiſcant
In cineres inventa hominum, vaníq; labores.
Heu! ſimul & Muſæ, vos, & divina Maronum,

Pereunt omnia.

Mæonidúmq; opera, haud longè poſt funera Vatum
Ibitis in cineres! tot jam cecidêre ſepulta
Ingeniĳ tam nobilibus monimenta ruinis!
Tot jam adeò tenebris merſêre ſilentia Muſas,

Etiam carmina Muſarũ.

Tótq; tacent Vates, Phœbo haud indigna loquuti.
Ne mihi ne veniat famæ tam læva cupido,
Vt mea victuros ſperem poſt funera verſus.
Laomedontæis humana induſtria fatis
Laſſatur ſtudiis, caſuráq; mœnia ponit.
ÆTERNIS ſed enim formis Sapientia ſervat
Omnia, nec quicquam divinæ intercidit Artis.

Ac primùm duplices immani mole columnas 11
Oſtendit, quas prima hominum ſolertia ſculpſit,
Illam de ſolidi deciſam marmore montis,
Quæ vaſtis obſtaret aquis, ſolviq; negaret
Fluctibus, Oceano ſi quando involveret orbem
Ira Dei, & ſummos operirent æquora montes.

Columnæ duæ cælatæ artibus invẽtis.
Lapidea.
Lateritia.

Coctilis hanc operâ vaſtis fornacibus igni
Invictam, ardentis, quæ contra incendia terræ
Duraret cinerum in cumulis, mundique favillâ.
Hæc monimenta duo primis mortalibus artes
Inventas rudibus ſignis inſculpta docebant.
SED LONGVM *mortale nihil: jam pulveris alto*
Aggere, longinquiſque jacent oblita ruinis.
Literæ à Cadmo allatæ ad Græcos. *Eraſit titulos Authorum, & nomina tempus:*
Fama tamen reſtat Sethi poſuiſſe nepotes,
Texeret irriſo Vates cùm robore puppim.
Græcia jactavit Cadmæas vana figuras
De Syria veniſſe Tyro, deſculptáque primos
Phœnicas croceis mandaſſe vocabula ceris,
Aut volucrem tonsâ vocem appinxiſſe pápyro:
Hebrææ, ſicut & lingua, primæ. *Iam dederat linguam ſaxis prior illa vetuſtas,*
Quæ materna fuit, primóque æquæva parenti;
Beſeleel legit Hebræas in marmore voces,
Hebræámque manum, interitu quæ vindicat artes:
Omnibus hinc elementa libris, & ſemina linguis.
Improbus inde hominum labor, & deterrima cura
Scribendi cœpit ſtudium: hinc Libraria tranſtra
Libraria opera. *Mentibus in pœnam cupidis inventa; quibus tot*
Ingenia implendis pallent inhiantia chartis,
Millia tot ſudant volvendis; it ſine metâ,
Siſyphius ſine fine labor: repetendáque rurſus
Scribentes atrâ recoquunt lolligine crambem;
Inficiunt chartam, atque animis faſtidia miſcent.
Ecclef. 1. 19. *Nec finis ſcribendi ullus, nec meta legendi,*
DOCTRINAMQVE *parit dolor. & Doctrina dolorem,*
Æternúmque duo hi partus volvuntur in orbem.
12 *Cuncta avidis hæc Beſeleel monimenta priorum,*
Ad artes neceſſarias vertenda ingenia. *Oliabúſque oculis legerent, niſi Diva moneret,*
Inſtandum ſtudiis aliis, penitúſque ſonantes
Panderet aurificum numeroſâ incude cavernas,
Et miſcenda focis Ephyræa oſtenderet æra,
Aurificũ, & metallicæ artes. *Electrique modos, rutilantiſque igne pyropi:*
Exeat obryzum, quibus è fornacibus aurum,
Argentúmque ſuis, qui purgent fæcibus ignes:
Vtq; gravem fumo ſpumæ ſolvantur in imbrem,

Vt

Vt doceat torquere rotis in fila metallum,
Atque per anguſtas chalybis producere rimas
In tenues tractum philyras, & volvere fuſo, Lentum in fila aurum.
Purpura ut intexto pretioſius ardeat auro.
Lemniſcos alij tenuant, & verbere crebro
In teretes maſſam cogunt gracileſcere frondes.
Explorant Lydâ genuinum cote colorem,
Pondus aquâ, & fraudes auri palloribus arcent.
Nam varia adrepunt fraudes, & adultera flantum, Fraudes auri.
Radentúmque fames uncos ægrè abſtinet ungues.
Ergo fabros ſic Diva monet: Procul impia ſacris
Abſit avarities, procul omnes ſunto rapinæ: Fraudem in ſacris odit Deus
Pura manus puro promat de pectore dona,
Vt ſincera meis urantur munera flammis
Mente hilari, & læto pariter ſpontanea vultu.
Diſcite divinis purgandum altaribus aurum,
Et prohibete dolos aris. Sic fata trahendis
In partes, quæ mixta jacent fornace metallis,
Igne vaporatam forti medicamine lympham Chryſoſulca, aqua fortis.
Oſtendit, quam cuncta timent vano oblita fuco
Chymica adulteria, & cantati pulveris artes.
Illæſum flammis ea ritè examinat aurum Segregat metalla.
Lacteus argenti natat humor, & ænea circum
Protinus albenti veſtitur lamina muſco.
Sic ſua diſcreta redeunt ad pondera maſſæ,
Monſtrat & in teretes, terſáque capedine diſcos Capedunoula purgando auro.
Formandum cinerem bibulis ex oſſibus igni,
Queis eat in fumos argenti virus & auri,
Glebáque conſumpto niteat puriſſima plumbo.
At procul obſcuro ſpeluncæ, imóque receſſu 13 Chymica fallaria.
Oliabus deprendit Anum, cui ſordida fumo
Canities, ſulcata oculis ſtillantibus ora,
Nigrantéſque genis rugæ, ſquallente favillâ:
Semuſtos laceris ſuccingens veſtibus artus
Illa tamen, rapidis avidè fornacibus inſtat;
Nec paucos in partem operum, fumique miniſtros Sectatores plurimi.
Illecebris Arabiſſa trahit; ſpes omnibus ardens,
AVREAQVE è foculis naſcens Fortuna renidet. Aureæ
Inventam taciti in denſâ fuligine volvunt

Digitized by Google

fortunæ myſteriũ. Aurifices, ne præterea ſpectetur ab ullo,
Indoctiſve ſinat manibus ſe in lumine tangi.
Oliabus, dic, Diva, inquit, quæ condita monſtrat
Folles & fumi. Illa Anus arcanis veluti myſteria ciſtis?
Quidve docet? quæ tanta Senum vigilantia tractat
Carbones? aut quorſum animas tot follibus efflant,
Inſania. Lethaléſque bibunt ſpumis, & ſulphure fumos?
Quærenti ſic Diva refert: Ne quære doceri
Decoquit etiam Planetas. Stultitiam, quam cæca auri commenta cupido,
Cui placuit cælo venas tellure relictâ
Quærere, & errantes foculis intrudere ſtellas,
Vt de Mercurij procudat ſidere Lunam,
Æráque in auricomam convertat Cypria Solem.
Naturam migrare ſuis à finibus auſi,
Fucum ſibi facit, aliis venditat. Semina tingendis fuderunt apta metallis,
Et fucum fecêre ſibi, captíque priores
Arte ſuâ, mox fuco aliis illudere certant;
Pulveris exigui jactu miracula ſpondent,
In tetros quibus ampla volant patrimonia fumos:
Semper eſuriens. Cúmque alias quaſvis artes alat hoſpita tellus,
Hanc licet invento ſummam ſpem venditet auro,
Conſequitur ſolam eſuries, utrumque ſub axem
Inſania ultra canos inſanabilis. SAEVIT, ET IN PVTRES uſque, hæc inſania canos:
Et vix ulla ſenes ad frugem adduxit egeſtas,
Aut ſpem magnanimam acciſis jam rebus ademit.
At procul hæc arcete meis mendacia templis:
Fucata Religio. Nulla mihi fucata placet medicamine virtus,
NEC PIETAS ulla è fuco cenſenda colorum.
14 Hæc ubi dicta fabris, Tyrij conchylia monſtrat
Purpurariæ officinæ. Muricis, in niveas primùm liventia lanas,
Quas agitat tepido prudens infector aheno,
Ac ſemel imbutas repetitos ducere ſuccos
Dibapha. Imperat, ut nullo palleſcat purpura fluxu.
Nulla iterum accenſas extinguunt nubila flammas,
Coccinea Ardent illa magis, coccóq; incocta coruſcant.
Blandiùs hæc ferrugineo torpent hyacintho
Hyacinthinæ. Vellera, nigrantéſque roſas imitantia lucent,
Hæc Tyrio pendunt amethyſtum pota veneno.
Purpura- Nec minùs ingenij eſt pelago conquirere conchas,

Viq;

Digitized by Google

Vtq; vorax avidâ capiatur purpura linguâ,
Indita vimineis includunt oſtrea naſſis,
Saxoſiſque vadis alto ſub gurgite mergunt;
Ilicet ad prædam productis purpura roſtris
Spiſſa natat, duráſque acuens in ſpicula linguas,
Vt patulas ſugat trajecto vimine pinnas;
At ſimul ut ſtimulis ſenſêre voracibus illas
Oſtrea, dentata ſtringunt munimina teſtæ,
Hærentémque tenent linguis mordacibus hoſtem,
Captivúmque trahunt naſſâ redeunte ſub auras.
Piſcator potitur prædâ, majoráq; carpens
Corpora, candentem deſecto gutture venam
Eximit; illa micat pretioſo turgida tabo:
Quæ minima, elidit ſubjectis fracta trapetis;
Purpureæ erumpunt eliſo murice guttæ,
Quâ ſanie cortina tepet, Mileſia florent
Vellera, Majeſtáſque olim ſe conſecrat oſtro,
Purpurei quo ſe dirimunt à plebe Tyranni;
Nunc tegit indignos nullo diſcrimine luxus,
Infaméſque fovent vulgo latera hiſtrica larvæ,
Roribibæ poſtquam rorantia ſanguine conchæ
Herculeus tulit ora canis, cane doctus amator
Alcides dominæ florentem murice pallam
Donavit, meretrixq; ſacro proceſſit in oſtro.
Textrinas hinc Diva aperit, carpendáque lina
Obiicit, ac duplici torquendam ſtamine byſſum.
Diſcite, ait, pexæ varios lanuginis uſus,
Quam mittant in fila manus poſt pectinis ungues,
Carbaſa ut in validas coëant molliſſima telas,
Et Phrygias imitentur acus, inſcriptáq; textu
Multiplici ducant radio currente figuras,
Omnia lina tamen ſacris haud veſtibus apta;
Ad byſſum mittenda manus, fuſóque trahenda
Lutea penſa colu, liquidis candeſcet ab undis
Stamen, & intactas vincet ſplendore pruinas,
Purpureum ut caſto cingat candore pudorem.
Hæc ait, & vario pandit Babylonia textu
Aulæa, Attalicas nondum cognomine veſtes,
Spirantéſq; feras vivis in ſtamine ſylvis,

Ac

[Margin notes:]
rum piſcatio.
Sacra & regia olim purpura.
Luxus ea abutitur. Herculeo eam proſtituit.
15 Lanificiũ & textrinæ.
Byſſus retorta.
Babylonia. Attalica. Belluata.

Ac ſilicata inter pictas fructeta volucres,
Aut per acu picti libratas cærula cæli,
Materia ſtaminis varia. Fluminàque herboſis argento undantia ripis.
Multiplicem dein materiam concerpere monſtrat
Corticibus, foliis ſylvas tondere comantes,
Carpendæq; modos Indæ ad velamina palmæ;
Villoſis adeò muſcum depectere conchis,
Lapis Cariſtius. Et lapidem tenuare colu mirante Caryſto.
Amiãtus. Invicta in mediis Amianti ſtamina flammis.
Textrina ſed opes inter lini illa videtur
Linum Asbeſtinum. In primis miranda ſeges, quæ Sole ſub Indo
Vſtis nata plagis in Regum funera quondam
Creſcebat pretio ingenti, quod adulta per ignes
Æthereos, buſtis ſine damno incendia ferret.
Funereos ergo Regum prima inter honores
Tela fuit, flagrante pyrâ, quæ tuta ſacrandos
Servaret cineres, impermiſtámque favillam.
Iam ſeges Asbeſti nuſquam eſt; ergo ignibus atris
NVNC populi & Regum cineres Proſerpina miſcet.
16 Scalptoria gemmaria. Hinc digreſſa viros opera ad ſcalptoria vertit,
Gemmarúmque domum, & naturæ luxuriantis
Delicias, quas aſtra ſinu telluris in imo
Æthereo de rore creant, & luce colorant
Siderea, ac vires radiis cæleſtibus addunt
Mirificas. Furit hinc etiam inſatiabilis ardor
Luxus illecebræ. Luxuriæ, quam nec prohibent immenſa profundi
Clauſtra maris, neque ſaxa jugis immania terrent,
Nec vallata feris Gryphum ſerpentibus antra,
Quin petat Oceani è fundo per pallida baccas
Naufragia, & ſcopulis Indo ſub Abingare pendens
Adamantes Indici. Gemmiferas ſuperet per mille pericula rupes,
Et ſilicum hærentem fibris adamanta revellat.
Heu! magis indomitam tot per diſcrimina rerum
Veſtigato adamante ſitim! meritámque repertâ
In gemmâ fallente mero potare venenum!
Ergo Deus ſcelerum procul incentiva removit,
Tellurìſque cavis pretioſa alimenta malorum
Anagogia. Infoſſas abſcondit opes. Sed in alta Sionis
Fundamenta parat ſculptas Sapientia gemmas.

Biſſe-

Digitized by Google

Biſſenos totidem in portas, in mœnibus urbis Portæ 12.
Ingentes opere immenſo diſponit Elenchos; ex gemmis ſingulis.
Ternáſque adverſo quovis a cardine mundi Apoc. 21.
Largè aperit, cœlo ſubeant quibus undique gentes,
Quas Euri, Zephyrique vocat de partibus, & quas
Auſter, & à gelido mittent ſeptem axe Triones.
Ac totidem pretio inſignes, & mole ſtupendos
Immenſa, lapides firma in fundamina muri Apoſtoli, lapides pretioſi.
Demittit, duodena virûm, qui nomina ſcripti
Oſtendunt opere eximio, ſtructique cohærent
Summo imo Lapidi, quo devincitur uterque
Angulus, ut vivo conſiſtant omnia ſaxo,
Et ferat immenſam Lapis unus ad æthera molem.
Horruerant gemini artifices ad fulgura tanta Cœleſtis Solyma gemmis ædificata.
Gēmarum, & lapidum flammas per ſtrata micantum
Omnia cœleſtis Solymæ: nam compita cernunt,
Ardentéſque vias gemmis; calcantur ubique
Chryſolithique, onychúmque nitor, flammæq; pyropi;
Et ſimiles ſapphiri aſtris, roſeique amethyſti,
Dulcéque berilli ſua per ſegmenta micantes:
Quótque aliis lucem, & pretium dat gratia gemmis.
Perculſos tot luminibus ſic Diva miniſtros 17
Affatur. Non hæc primi nunc gloria templi, Tabernaculum, typus Eccleſiæ gemmeæ.
Quod molimur erit; ſatis eſt, ſi pinguibus umbris
Illius æterni faciem portendat imago,
Cui tanta ſervantur opes in gemmea muri
Fundamenta polo; tamen hoc umbratile fanum
Reſpondere decet veris ſub imagine rebus, Gemmæ 12. in Rationali, quid.
Sacrorúmque Patrem quoties acceſſerit aras
Biſſenas inferre Tribus, pretioſáque gemmis
Nomina, & electam geſtare in pectore gentem.
Nunc igitur capite hinc ſpeciem duntaxat honorum,
Aurea quos poſt ſæcla procul ventura videbunt.
Intereà Hebræus deſignet veſte Sacerdos,
Indutum importans Sanctis penetralibus orbem.
Sic effata legit biſſenas ordine gemmas,
Quæ duodena gerant inſculptæ nomina Regum, Sardonyches duo Epomidis
Aroniſque ſacro irradient geſtamine pectus.
Tum ſaguli fibras humeris ubi fibula mordet

Sardo-

Sardonychas grandes geminos includere monſtrat,
Qui dextrâ, lævâque vomant ceu fulgura flammas,
Fatidicóque palam doceant ſplendore litatum;
Ac biſſena ducum partiti nomina geſtent.

18 *Dein primas myrrhæ lacrymas ſtacten, onychénque,*

Vnguentariæ officinæ, & aromata.

Galbaneas, Libaniq; pices, calamiq; medullas,
Cinnamáque, & caſiam, & quidquid felicibus arvis
Tondet Arabs; ſylviſq; niger metit Indus odoris.
Quod Ierichuntinis ſudatum vitibus, & quod
Oceani iratis ſpumatum fluctibus Ambar
Promit odoratis ferulis, intritáq; miſcet

Narthecia.

Suffimenta oleo, confuſa aut pulvere ſpargit
In flammas, petit aſtra vapor; purúſque per auras
Spiritus, ambroſium cælo ſubvexit odorem,
Quo cadit ira Deo, & facili placatur acerrâ.

19 *Talia volvebant in ſomnis munia fabri,*

Abrupto ſomno mittuntur ad opus.

Nec ſtudij labor ullus erat fingente Minervâ
Oblatas animis ſpecies, quas poſtulat urgens
Summa operis: quamquam ardeſcunt, cuperéntq; per omnem
Ire domum monſtrante Deo, cunctáſq; per artes
Ferre oculos, ſtudium Pallas compeſcit inane,
Vtilibúſq; jubet mentes advertere curis.
Nunc pueri, nunc, inquit; opus, quódque inſtat agendum,
Prima Dei ſit cura domus, poſtremáq; vobis:
Huc redeat labor omnis; ubi pleniſſima merces
Ingeniique fabris decus omne, æternáq; fama,
Et ſtatio, & felix requies in fine laborum:
Ite, movete manus, palmámque ambite merendo.
Sic effata graves repulit de pectore ſomnos,
Quos dederat, dubiáque infudit luce feneſtras,

Pleni ſapientia.

Aurora referente diem; tum pectore pleno
Evigilant ſummi artifices, latiq; retractant
Viſa animo, impreſſa vivunt per ſomnia normæ:
Palladio cratere ollis tumet aurea vena
Ingenij; crebris ſcintillant vivida flammis
Lumina, pérque acres oculos è mente profundâ,
Pérq; manus habiles certant erumpere formæ,

Vix

Digitized by Google

Vix adeò meminere ſui, aut nova pectora credant:
Sic Gabaon vidit Regem puerilibus annis 20

Salomon ſapientia donatus in ſomnis

Munere cæleſtis ſomni prævertere canos
Afflatum Salomona Deo; Sapientia votis
Empyreo ſummiſſa throno, regale tribunal
Adſtitit; inſeditque repens, puerique ſiniſtrum
Stipatura latus, leges condebat in alto
Pectore jura docens, animamque ingentibus actis
Aptabat, cumulans dignis præcordia curis.
Ergo manum ſceptro teneram firmavit, & enſem
Præbuit; ambiguus matri, quo conſtitit infans,

Iudicium in lite de infante.

Ius tenuit naturâ ſuum; pietaſque reperta,
Quo fora divino expaverunt pallida ferro.
Ille pater Salomon pacis, princepſque togati
Imperij, cujuſque manus à ſanguine pura
Bellorum, poſuêre ſacris faſtigia tectis,

Ædificavit templum.

Fundatamque domum ſtabilem ſtruxêre Tonanti
Impenſis operum tantis, ignique litarunt
Æthereo, compoſtâ aureis penetralibus Arcâ.
Felix, ô nimium felix, ſi cana ſenecta
Incanam pueri ſervaſſent tempora mentem!
Heu! ſenium avertit mores: exoſaque amorum

Sapientia illius evanuit.

Infamem maculam, fugit Sapientia canos,
Et ſimilis ſomno in volucres evanuit auras.
Nunc de Rege etiam tanto ſub judice lis eſt:

Fabri tabernaculi ſapiant ſibi ipſis.

Non ſic artifices, non ſic, quibus aurea cordi
Fabrica Sanctorum, atque æterni machina templi;
Seu vos materiam, ſeu vos confertis ad artem
Ingenium, doctaſque manus, Sapientia vobis
Duret in extremos ſcena verſatilis actus,
Et cœptum conſummet opus. Mihi, Diva, pudicos
Da ſenſus, mihi, Diva, tuo de fomite mentem,
Inque tuo ſomnos gremio: neque enim ampliùs amnes
Caſtalios turbare juvat merſâ altiùs urnâ:
Hi licèt Aſcræos faciant per ſomnia Vates,
Da fontes mihi, Diva, tuos tua ſacra ferenti. 21

Concio populi ad munera offerenda.

Iam Proceres Aurora foro, populúmque vocabat
Primitiis hilari pompâ in delubra dicandis,
Auguſtam ductura diem; delecta ferebant

Dona

Dona Duces, purum pateris cumulantibus aurum,
Sardonychas pretio inſignes, atque omnia apertis
Fulgura gemmarum blandè radiantia thecis,
Oſtrúmque, & gemino lucentia vellera cocco:
Omnis adeſt manibus plenis lætiſſimus ordo:
Nec quemquam ſua paupertas altaribus arcet;
Nec Numen ſtipis exiguæ duo reſpuit æra,
Caprarúmque pilos etiam inter munera cenſet.
Ergo ubi confertos certatim dona ferentes
Conveniſſe videt Moſes, ſic incipit ore.

Hortatur Moſes ad munera.

Macti opibus cæli, Iſacidæ: certate volentes
Muneribus cum magnificâ, quæ hæc omnia confert
Dona manu: hoc ſemper ritu contendite vinci:
Vtile ſic certare Deo, vincique decorum
Promeritis: quis enim prior illi munera vovit;
Aut quis ei poſtrema dabit, quem nulla ſequatur
Gratia, quæ in pulchro referat certamine palmam?
Ille oculos ad veſtra favens donaria flectit;
Reſpectat corda, atque manus: ſperate beatum
Fœnus, ut in mediis præſenti Numine caſtris.
Hîc jam illi condenda domus, formã ipſe, modúmque
Deſignavit, & ipſe ſuo fabrum ore vocavit
Præficiendum operi tanto, quem largiter ornant
Beſeleelem Vri, divinæ Pallados artes:
Daniadem Oliabum ſocias illi addere curas
Edixit, ſacrúmque ambos ductare laborem.
Omnibus huc conferre operas, quicumque poteſtis,
Fas eſto, quibus ingenium, aut ſolertia dextris,
Nullius hinc excluſa manus: Deus advocat omnes,
Quorum animos huic ipſa operi Sapientia fingit;
Et faveant ſaltem linguis, queis dextera torpet.

22 *Talibus exarſit pietas, populique, ducúmque,*

Dant omnes liberaliſſimè.

Delecta cumulantur opes; ſtipantur acervis
De ſacro capitum cenſu congeſta talenta,
Excuſſa digitis gemmæ, de crinibus aurum
Detraxêre nurus: pretioſa crepundia collo,
Sponte ſua bullata omnis ſibi diripit ætas:
Hæ lanas, hæ lina ferunt, illi ærea dona,
Hi ferrum, chalybémque vovent, hi ligna, & olentes

Conve-

Digitized by Google

Convectant humeris ſylvas, illi hiſpida tondent
Hircorum menta, & rigidis centonibus aptant.
Vltrò operas ſpondent alij, vigilandáque gratis
Munia; fervet opus ſtudiis, ſinceráque plaudunt
Gaudia. Floriferæ quales in vallibus Hyblæ
Sollicitas invitat apes jam mollior annus, — Apibus ſimiles laborantibus.
Et Zephyri, Chloriſque vocant ſudantibus herbis
Rore novo; volitant pictis læta agmina pratis,
Nec temere incurſant flores, ſed olentia thymbræ
Germina, fragrantéſq; crocos, mollémve amaranthū
Veſtigant, avidæq; legunt meliora repertis
Mella roſis, onera intexunt lectiſſima villis,
Stipatúmque ferunt ſuris ſtillantibus imbrem
Ambroſium; ut purum condant, alvearia nectar:
At placidi ad portas Reges, primique Senatus
Accipiunt florum ſpoliis & veris onuſtas.
Sic illi Pharaonis opes, & opima ferebant
Taneos, exuviáſque Arabum lectiſſima templi — Liberalitas omnium.
Dona tholo. Admittunt Moſes gratiſſima gentis
Munera, divinâque Aron jam ſorte Sacerdos
Delectus; gaza immenſis ſacra ſurgit acervis;
Et pietas cohibenda tubâ eſt: nam filius Vri
Congeriem admirans. Inopes nos copia fecit, — Moderanda præconio.
Exclamat, ſatis, ô ſatis eſt; jamjam obruit artem
Materies; tantùm chaos, intractabile menti
Turbat opus, ne conſilio ſua digerat orſa.
Parcite jam donis, cives, dum flagitet uſus,
Séque iterum effundat pietas. Sic ille monebat:
At Moſes clangente tubâ compeſcere pompam
Cogitur, ac populi ſtudiis immittere frænos.
  Summotâ jam plebe fabri donaria cellis 23
Digerere aggreſſi variis, primordia tentant, — Initium operis, & fabricæ.
Beſeleel, quæ cuique dedit deſcripta figuris,
Oliabúſque Duces: poſitis incudibus illic
Arma parant operi artifices; hic ſerra ſecandis — Partiuntur opera officinis.
Sylvarum ſtridet trabibus; niger inde caminis
Volcano vapor exundat ſolvente metalla;
Fuſilibus creta induitur formata columnis, — Columna fuſilis.
Cælatæq; ſuper currunt dorſa aſpera ſpira,

Figendaq; ſolo ſolidis mucronibus horrent
Baſes mucronatæ. *Dentatæ imâ parte baſes; pars ære coruſcant,*
Argento pars magna nitent; capita aurea ſurſum
Criſpantes volvunt filicas, vel vitice frondent.
Bracteæ. *Illis in teretes excurrit bractea cruſtas,*
Quæ vectes, tabuláſque tegat circumdata cedro;
Plurimus his puro procuditur annulus auro;
Fibuláque anſatis ſagulis, quæ vela per oras
Committant, ſacráque intentis tentoria fundent
Funibus, affixis firma ad retinacula clavis;
Fœminæ lanam carpunt. *Sidonio lanas alij moderantur aheno:*
Carpere fœmineus labor eſt, aut vellera fuſo;
Aut byſſum torquere manu, vel fingere plumas
Veſtibus, aut radio pictos intexere flores;
Ac velut ingentem nactæ cùm farris acervum
Similis labor formicarum. *Formicæ properant vacuis inferre cavernis,*
Luna favet, faſtúſque dies; atque horrea longa
Hauſit hyems; nigrum portis effunditur agmen,
Haſtipulam, & putres immundo pulvere glumas
Ejecêre cavis; purgant in pabula cellas:
Illæ avidæ populant meſſes, & grandia roſtris
Farra vehunt; aliæ immani ſub pondere anhelant
Obnixæ; refluis bullit via nigra catervis,
Increpitántque moras, quibus eſt cenſura laborum:
Nulla vacat tanto è populo, dum ſufficit æſtas,
Aut ſegetes campis, aut tritas area fruges;
Poſt genialis hyems clauſis aget otia tectis.
Cicadæ ceſſant. *At ſtreperæ intereà ceſſant per rura cicadæ,*
Quas modò juſta famis premet inclementia brumâ.
Caſtigant ſic ambo moras, deſcriptáque cunctis
Vrgent penſa Duces, ac tota in mole laborant
Beſeleel & Oliabus intenti ubique. *Conſilio primi atque manu; queis cuncta retractant,*
Expoliúntq; opera, ut cum normis ſingula quadrent.
Præcipuas ipſi partes atque intima tecti
Haud aliis credunt manibus; ſed protinus ambo
Committunt, tractántq; ſuis; quamquã ipſe recenſet
Arcam curat Beſeleel. *Omnia Beſeleel, fabricanda totus in Arca eſt,*
Totius; quæ ſumma domus, auguſtáque ſedes
Numinis, Æternique intus theca aurea Verbi.

Quo te ſancta canam, quo pandam carmine Thenſa? 24
Auguſtale Dei immenſum, textúque, typóque;
Materiáque, & Cherubicis ſuper aurea pennis
Oracla illapſum cœlo geſtantia Numen?
Æternam tabulis Legem, & mirabile Manna;
Frondentémque ſuo præciſam à ſtipite Virgam;
Pontificis ſummi monimentum, & vindicis iræ
Horrendum, procul abſtineat, quo ſe ambitus aris,
Sola utero complexa foves; aut ſola tueris;
Te juxta poſitum Manna; & venerabile Sceptrum
Pontificis; tibi Spirituum Deus incubat alis;
Extruitur tibi tota domus; tibi lampades ardent;
Menſa calet libis; & bina altaria fumant:
Téque tegunt triplicis circum tentoria ſepti;
ET TEMPLVM TV SOLA FACIS; *quod Summus in anno*
Poſt tot ſacra ſemel pavitat penetrare Sacerdos,
Et tantum ex ipſo venerari limine Numen.
Denique Beſeleel ſummam in te collocat artis,
Theſauróſque omnes in te Sapientia confert.
Æterni ſalve ô ſimulacrum in corpore Verbi,
Patre Deo genita; & nata de Virgine prolis;
Mortali æternóque ſatu, bis quæ edita partu
Miſcuit æternum germen cum ſanguine mater:
Sic hominis, ſic vera Dei proceſſit imago,
Materiámque rudem ligni conveſtiit aurum;
Secretâ quam Beſeleel fabrefecit in umbrâ
Spiritus ille Opifex, fuditque in Virgine Numen.
Dumoſis Arabum ſcopulis notiſſima quondam 25
Arbor erat; Settim indigenæ dixêre vocantes;
Floribus alba comas, foliiſque ſimillima ſpinæ;
Ac niſi tam craſſo ſe ferret in aëra trunco
Spina erat alba; teres, rugoſo cortice, lignum
Vndantes venis maculas ceu ſcutula ſpargit:
Duritie ſylva æquat ebur; cariémque peroſa
Nec rimis unquam, nec putri humore fatiſcit,
Apprimèque habilis torno; ſed plurima ferro
Scinditur in tabulas; multo quæ pumice raſa
Nativis ſplendent maculis, & marmora vincunt

Arcæ majeſtas, & laus.

Verbi incarne typus.

Arbor Settim qualis.

Digitized by Google

Synados, & ſparſas Cybeleio ſanguine rupes,
Aut Nomadum certant ſaxis, ea Settina ligna
Hebræis, donec Libani de vertice cedros
Cedri in templo. *Contextas ratibus Tyriis templo invehat Hiran.*
Inde trabes, inde in ſolidas tornata columnas
Materies, hæc ſola ſacris in poſtibus arbos.
26 *Ex his auguſtum tabulis compegerat alveum*
Arcæ forma. *Cæleſti ſimilem exemplo, quem protinus auro*
Induit Vriades, ac fulvis undique lamnis
Incruſtat, ligni pateat pars ne qua recluſi.
Aurea per ſummas laterum prætenditur oras,
Compagémque toris decorat, firmátque corona.
An habuit pedes? *Inferiore etiam circum quadrangula limbo*
Nectuntur latera, & quatuor ſtant inſita fulcris,
Ne tangat pars ima ſolum, pedibúſque rotandis
Fuit ſine pedibus humi poſita. *Incluſi ex auro globulis volventibus orbes.*
An potiùs fulcris caruit, lapsûque rotarum?
Nec niſi trajectos cyclis eſt mota per axes?
Nec ſuſpenſa ſolo pedibus, ſed ceſpite ſtrata
Hæſit humo, & terram cælorum gloria preſſit,
Tantáque majeſtas dignata eſt pulvere ſterni
Vectes auro recti. *Pellibus, & ſub Cyniphio ſe condere textu.*
Sic reor, atque ideo trajectos aurea ſemper
Servat utrinque ſuos ad motum fibula vectes,
Veſtitos auro vectes, & utrinque paratos,
Quos humeris ſubeant Myſtæ, cùm caſtra moveri
Imperat, & templo excedens præit agmina nubes.
Operculũ Arcæ. *At ſuper inducto tegmen perducitur auro*
Menſura, & paribus cubitis, intráque coronam
Inſeritur cinctu, & laterum compagibus hæret,
Cardinibúſque, ſeráque aureis, claviſque revinctũ,
Solæ tabulæ in Arca. *Vt tegat incluſam cælato marmore Legem;*
Autographum æterni quod fœderis inſtrumentum,
Teſtatore Deo Abramidis hæredibus actum.
27 *Cherubicæ ſuprà ſpecies utrinque tremendis*
Propitiatoriũ, ſeu oraculũ. *Vultibus adſiſtunt teſtes, tabuláſque tuentur*
Adverſi, & junctis velant oracula pennis,
Empyreo quales vidit ſuper æthera curru
Buziades adſtare Deo, circúmque ſonantes

Fulgu-

Fulguribus ſtridente rotas ſe volvere vento, Cherubini Ezechielis.
Conſertiſque thronum auguſtum contexere pennis
Vectantes humeris Numen, ſoliúmque tegentes
Aulæo alarum, & radiato fulminis auro. Quales.
Humana facies illis, juba fulva leonum
Colla, armóſque tegit, criſpatáque pectore inerrat:
Aſſurgunt humeris aquilina ex ignibus alæ,
Et manuum tenus hirſutis it pluma lacertis
Flammea, bina alia lumbos plumantia velant
Ad genua uſque; pedes bifidos ſubſuta tuetur
Vngula, & ad pugnam taurinis calcibus armat.
Hoc habitu bini juvenes altrinſecùs extant
E tecto, ſéque obverſis cum vultibus alis
Contingunt, medium pennis ut Numen adorent: Sedē Dei faciūt cōtiguis alis.
Ac velut exceptum ſolio inter brachia geſtent,
Se quoties Deus oraclo placabilis infert,
Alternáſque homini dignatur reddere voces.
Ductilibus cuſum ut lamnis venerabile Moſes.
Vidit opus, velut infuſo jam Numine menti,
Aut quaſi jam aſpiciat, juvenum inter colla ſedentem.

Ergóne digna Deo ſedes mortalibus, inquit, 28
Hæc erit? huc ad nos ſeſe demittet Olympo Maieſtas Dei in Arca, & Propitiatorio.
Majeſtas, geminos nutu quæ ſuccutit axes?
Involvitque pedum pulſu caligine montes?
Hic medius volet Iſaciis adſiſtere caſtris,
Conſtantémque dies, noctéſque expandere nubem:
Hinc & in hoſtiles horrorem immittere turmas? Dignatio Dei.
Pérque triumphatas hoc curru incedere gentes?
Ite Philiſthæos, mures, vaſtate colonos:
Ite mali in furias genii pulſate nefando Arca Philiſthæos vaſtabit.
Vlcere fœda Ducum & populi immedicabilis exta;
Cogite, ut infamem fateantur munere morbum, Bethſamitæ percuſſi.
Viſceráque ut fulvo prodant obſcœna metallo.
Heu! cohibete oculos, nimis heu temeraria turba
Meſſorum, néve effuſis tranſcendite fines
Lætitiis: heu! quot mediis proſtrata maniplis
Ante domum Solis fœdabunt millia meſſes! Ozæ percuſſio.
Quid video? caſúmne Dei cortina minatur?

Succutiunt pilenta boves, plauſtróque verendum
Nutat onus; ne tende manu fulcire, Sacerdos.
Heu pietas incauta! cadit percuſſus ab alto
Antiſtes, faciétque loco Percuſſio nomen.
Reverentia ſancita exemplis. *Sícne etiam luit heu! pietas improvida pœnas?*
Nec ſatis Heliada percuſſi ob crimina fratres
Sacrilegi metuenda dabunt documenta miniſtris
Ophni, & Phinees. *Sacrorum, quam caſta tuis, Sanctiſſime, templis*
Debita relligio, quam puro pectore mentes?
His Deus exemplis tua ſe præſentia prodet?
LUSTRANTO, *luſtranto manus, & pectora vivo*
Flumine, qui veneranda adeò myſteria tractant.
29 Altare thymiamatis. *Sic Vates ventura canens, quæ prodita ſerò*
Sancirent caſtum in ſacris exempla timorem.
Exin Panchæos exhalatura vapores,
Indutis auro tabulis contexitur ara:
Aptatúrque focis crates, quæ nutriat ignem
Aurea: tranſpirant auræ, ſubtérque laceſſunt
Flamine torpentes prunas, cinerúmque favilla
Cancellis dilapſa, cavo tranſmittitur alveo.
Reticulata ſuper cratem, prætenta batilli
Corona aurea. *Vallat zona focos, torulíſque altare coronat.*
At quatuor totidem è laterum compagine ſurgunt
Cornua, & obtenti ſuperextant retia limbi:
Et gemini vectes quatuor nectuntur ad anſas.
Acerra inferenda in Sancta Sanctorũ. *Ex auro phiala, atque ingens accedit acerra*
Importanda adytis; quoties trans intima templi
Pontifici fas eſt penetrale inſiſtere limen,
Et nebula, & denſo ſuffitu abſcondere Thenſam;
Stant procul attonitæq; Tribus, trepidique miniſtri;
Exundat vapor, horrendúmque Oracula fumant,
Cherubicas Numen quoties inſederit alas.
Hæc auguſta precum ſedes, hinc fervida cœlo
Tropologia thymiamatis. *Vota volant, faciléſque Dei tolluntur ad aures,*
Optatámque reis referunt audita ſalutem,
Igne calent ſacro mentes, & corda vaporant
Thure polos, cadit in cineres pars terrea molis
Concreta; deſideriis mens ſurgit ad aſtra,
Mortales nec enim ſenſus ſuſpiria tardant,

Ne

Digitized by Google

Ne trans ipſa ferant cælorum concava mentes
Et videant ſuper Aligerûm capita alta ſedentem,
Promentémque ſacras concuſſo pectore ſortes. Mens caſta votis penetrat cœlos.
NAM MENS CASTA DEO THOLVS EST, & *currus*, & *ara*,
Hoſtiáque, & Vates, puráque in veſte Sacerdos,
Et quidquid tot priſca docent ſacri ectypa cultus
Vriadæ formata manu; ſed pectora ſenſim
Craſſa rudimentis faciles ducenda per umbras
Ad ſummum pietatis opus. Menſa ergo paratur 30
Aurea, ſubjectique pedes, atque aurea fulcra, Mēſa panum propoſitionis.
Quæ biſſena ferat puro de polline liba,
Propoſiti monimentum epuli, ſempérque parata
Annona, quam caſta ſuis cultoribus auget
Relligio, reparátque Deus per tempora fruges, Significatio, corona, anni annona.
Munificam inducens anno labente coronam.
Triticeas imponit opes, & adorea menſa
Munera, perpetuáque dapes, animúmque coronat,
Hanc dapifer Sol ipſe onerat, famulantiáque aſtra; Menſa Solis.
Quippe Dei menſam, æterno, quæ ſplendida ſumptu.
Vnde petit tantum grates, & thurea dona,
Quæ phialis ſervant poſita ſuper azyma lances. Thus ſuper azyma, quid.
NVLLA PIIS METVENDA FAMES: *nam ſemper abundat*
Farre domus, famuliſq; dapes dat Numen inemptas; Altare alit ſuos miniſtros.
Nec tantùm famulos paſcunt altaria Myſtas;
Inconceſſa etiam Reges hinc munera poſcunt.
Hinc expertus opem profugo cum milite Princeps Et Davidem.
Iſaïdes: quippe ille Dei Rex bella gerebat,
Et Vates & Cantor erat: ditaverat ille
Templa Philiſthæo raptis ex hoſte trophæis.
Qui ſic plectra movent, qui nunc ſic prælia Reges,
Sic Cererem attrectent ſacram, menſáque fruantur.
Candelabrum ingens ſequitur, ſeptenáque ſupra 31 Candelabrum, & lucernæ.
Sydera, ceu totidem ſacris laquearibus ignes.
Stat baſis ima ſolo, laterúmque triangula nixu
Strata premit, ſurgit media velut arbore truncus,
Qui ſenos circum ramos, ceu brachia fundens
Alternis geminos ſpatiis, paribúſque diremptos

Fert ſegetem calamorum, & ab uno ſtipite ſylvam.
Curveſcunt calami, mediúmq; æquantur in orbem,
Quos ſuper una pares ſinuatos linea claudat,

Media lucerna altior & major in trunco.

Altius at medium ramis caput exerit arbor,
Vt ferat extantem ſocios ſuper ardua lychnos
Lampada, præcipuúmq; jubar; nam preſſa lucernis
Stant ſeptem capita, & flammas ardentia geſtant,
Æternámque vomunt, ſacra in penetralia lucem.
Materiam vicêre manus; pretioſior auro

Ductile malleo.

Ars erat; inductis opus haud imitabile lamnis
Malleus, ut volucri contexuit omnia torno

Partes illius.

Et ſcapum, & calamos, caliceſque, & lilia, & orbes

Scapus.

Ordinibus nexos juſtis, ſeſéque viciſſim

Calami.

Perpetuo nexu, trunco, ramiſq; ferentes.

Calices.

Panduntur calices, nucibúſq; patentibus exeunt

Nuces,

Lilia, quæ ſtirpem, & calamos amplexa repando

Lilia.

Circuitu effundunt baccatos frondibus orbes.
Ducitur ad ſummas conſtans hic lampades ordo

Crater imus ſuper baſim

Ex imo cratere, baſim qui ſe ſuper altè
Exſinuans quatuor trunci internodia fundat.
Nodantur calami in ſcapo, ſphæriſq; cohærent,

Ordo partium.

Naſcentéſque ſcyphi è nodis, mox panda profundunt
Lilia, quæ rurſum ſphæras, ceu poma, remittunt:
Tum patuli in ſummo ſupra poma aurea Lychni
Scintillant: ſcirpi liquido paſcuntur olivo,

Veſpere, & manè concinnatæ lucernæ.

Quos veniente die, quos decedente Sacerdos
Concinnans, fungos à fomite decutit aureis
Forficibus, tetrúmque auro præfocat odorem,
Fumantes olidâ avertens fuligine myxos.

Talento appensū.

Omnia quæ magno ſunt auri appenſa talento.
Beſeleel, præſentit enim præſagia tanti
Lychnuchi, artificum ad turbam ſic ore loquutus.

Candelabri ſignificatio. Planetas 7. vel aplanem.

32 *Ne mihi, ne ſeptena polis palantia quiſquam*
Hîc totidem fingat ſimulantes ſydera lychnos,
Nec ſpatiis quæ fixa meant conſtantibus aſtra,
Humentique vehunt ſtellatas lumine noctes:
Sanctior hæc cœlo facies, longè altera fulgent
Lumina, diſpoſitæq; faces, & ſydera templo,
Quæ conjuncta gerens ramis amplectitur arbor.

Septem

Digitized by Google

Septem illas memorate animis ſuper æthera mentes, Anagogica.
Ante Dei ſtantes ſolium, invariabile lumen 7. Spiritus ſtãtes ante ſolium Dei.
Fundentes radiis, oleo quos ipſa liquenti
Paſcit, & æternâ flammat Sapientia luce.
His aderunt etiam templis, & limpida ſpargent Plenitudo luminum in Eccleſia.
Lumina, quæ vincant Erebum, noctémque malignam.
Illa Sacerdotum manibus tractata, pudicis
Moribus, & linguâ, & purgati pectoris auro
Diſcutient tenebras errorum, & lubrica vitæ Sacerdotes filij olei, & miniſtri lucis.
Monſtrabunt, tránſque ipſa viam velamina pandent.
At quicunque ſacrum manibus contingitis ignem,
Vos quibus officium linguâ diffundere lucem,
Concinnate animis, & manè, & veſpere lychnos Attenti doctrinæ, & verbo.
Aſſidui, & dociles ſtudiis attendite Verbo.
At procul à ſacris probroſam avertite famam: Sine ſcandalo.
Crateres liquidis habeant de fontibus undas:
Candida dent niveos, & odoros lilia mores:
Parturiántque nucem flores, ut fructibus ignis Lumbis præcinctis lucernæ in manibus.
Splendeat, illuſtréſque ferant exempla lucernas.
Sic rigido renes ſuper ilia ſtringite cinctu.
Sic ait, atque alias confeſtim advertitur artes,
Nec patitur ceſſare operas. Ex ære cruentum 33
Altaris molitur opus, quo viſcera fument Altare holocauſtorum.
Taurorum, & largo circum ſit lubrica tellus
Sanguine, perpetuo cineres cumulentur ab igni.
Abdita nam medium ſecat intus ahenea crates Forma.
Suppoſitâ ſubnixa baſi, quæ inſerta ſupernis
Induitur tabulis, ceu pyxidos unius ambæ Crates ænea in medio.
Altaris coëant partes; huc arida condunt
Nutrimenta focis Myſtæ, ſubſtructáque ligna,
Vt medio exſurgens ſummas pyra creſcat in oras,
Accipiátque molâ mactatos deſuper artus
In cinerem flammis ſenſim intra ſepta fluentes.
Haud tamen hac formâ deſcriptum altare, modóque Non fuerunt duæ altaris partes.
Crediderim: nam, quæ tanto non ſolveret igni
Æra vapor, mediâ laterum de crate ſub auras
Exundans? tot ligna vorans, tot viſcera carpens,
Tanto adipe, & ſubter ſtimulans incendia flatu,

Quem forulis, uterique cavo fert ventus hiatu?
Aut qua candentes perferrent Settina lamnas
Ære ſub ardenti? quis circum ſumma Sacerdos
Stans latera, in cratem pronus toto ore profundam

Incōmoda nimis ea forma ſacris.

Exta manu, aut crucibus poſſet componere ligna
Cancellanda focis, & flammâ avertere barbas?
Nam neq; per forulos, & apertā in ventre feneſtram
Solis ad exortus tractari hæc munia ritè
Forcipibus poſſint æreis, quâ crate ſub ipsâ
Ad cinerum egeſtus patuiſſe hæc oſtia fingunt:
Nec tranſverſa queant illuc intrudere ligna,
Quando etiam ſaxis uterum, vel ceſpite complent,
Aut aptare dapes, ſolidóſque imponere flammis
Cum vitulis hircos, niſi porriciantur ab alto
In flammas, uterique cavum, cacóque tumultu
Hoſtia cum lignis temerè confuſa ferantur.

Vix portari poſſet.

Denique, qui ferrent homines tot pondera binis,
Vectibus, & tantum Temeſæo ex ære caminum,
Atque graves adeò Volcania retia clathros?
Sic igitur ſtatuo, niſi ſi mea me quoque fallunt
Auguria, & tantâ merſi caligine ritus.

34 *Vriades viridi cubitis à ceſpite ternis*

Alia forma altaris commodior.

Surgentem, in quinos infra, ſupráque patentem
Ex tabulis cyprio tectis hinc inde metallo
In latera æquato ductu contexuit aram.
Aptantur duplices laterum munimina coſtæ,
Juncturáſque tegunt tabularum, & cornua geſtant,

Cornua quatuor.

Quæ ſuper in rectâ defixa coronide ſurgunt:
Cingitur adverſæ pars ima toreumate zona,
Ceſpitibúſque ſedet poſitis arata crepido;
Quam ſubter cineres vacuo labuntur ab alveo

Cavus alveus ad cineres.

Egeſti: ſubeúntque cavis compagibus auræ
Sub cratem, flammámque foras ad ſydera trudunt,
Ne nimius laterum in muros deſæviat ardor.

Crates fuſilis ænea ſuperpoſita.

At ſuper, atque inter quatuor ſurgentia crates
Cornua, fuſilibus ſuſpenditur ænea clathris,
Qui flammas, & ligna ferant, extructáque ſupra
Viſcera taurorum, libandáque munera cœlo.

Rete ro-

In ſpeciem conchæ, cancellos cogit in orbem,

Vt

Vt medio coëant ignes, exceptáque ligna
Retibus, & patulo tranſmittant ære favillas,
Quæ ſe uteri cæco ſubter fudêre meatu.

tundum inſtar conchæ.

Quippe intra flores, & frondea ſepta coronæ
Deſuper inſeritur crates, uteróque patente
Abſcondit clathros paulùm depreſſa per aram,

Corona altaris ad ornatum.

Quâ mediam gemini ſtipant ad fercula vectes,
Quos æris quatuor ſuſpendunt fuſilis orbes.
Nam quatuor crates etiam portanda per oras,
Fuſilibus cyclis trajectas commodat anſas,
Altari quibus ipſa cavo detracta feratur:
Æternúmque ſinu ſemper circumvehat ignem.
Parcit flamma focis, cratémque innoxia ſervat.

Vectes duo, annuli 4. Crates habet ſuos annulos, & vectes.

35
Perfectum vix ſtabat opus, jam ſorte vocati
Leviadæ accurrunt, lætique altare frequentant,
Quos ſic affatur concuſſus Numine Moſes.
Hæc domus, hæc vobis inter fauſtiſſima ſortes
Sors data: ne fratrum campos optate, nec urbes
Leviadæ, Deus hanc vobis hæredibus aram
Attribuit, cultúſque ſuos, & munera mandat,
Immunémque aliorum operum vos ducere vitam
Hinc jubet, ac ſumptus vobis hinc ſufficit omnes.

Levitarũ patrimonium, Altare.

HIC VOBIS DEUS OMNIA ERIT: *contendite tantùm*
In ſanctos ſtudium ritus; ſolvantur honores,
Quos poſcit meruitque; illi ſua gloria conſtet
Integra; ſit merces, quam vobis ille remittit
Vtilitas. O FELICES! *quibus ubera cælum*
Exhibet, ac mundi exſortes altaria paſcunt!

Deus ſors & pars Levitarũ.

O Ariel! ô quantâ Ariel graſſabere flammâ
Cæde boum? quantus tua tinget cornua ſanguis,
Vt pandas in ſacra ſemel penetralia portas?
Hircorum non ille cruor, ruſſæq; juvencæ
Hoc poterunt cineres; gregibus non millia lectis
Eximia agnorum vela interiora reducent.

Altare holocauſtorum Ariel.

Illius labor hic agni, qui cornua dextris
Comprendet, pedibúſque tua, & ſuper hoſtia flammis
Intemerata dabit defectum ſanguine corpus,
Vretúrque volens cæli conſumptus ab igni,
Et victrice manu moriens vela ipſa revellet,

Chriſti in Cruce typus. Introiit in Sancta in ſuo sãguine.

Cunctá-

Digitized by Google

Cunctáque bullati relinet ſacra ſymbola libri.
At vos intereà ritè hîc mactabitis hircos:
Balantum jugulis ſuccincti mergite cultros,
In primiſque animi motus jugulate ferinos,
Hoſtiæ viventes, Deo placentes.
Illa Deo quæ præcipuè placet hoſtia vivens
Hæc litat, optatúmque adytis importat odorem:
Introitum in cælos ea ſolùm victima pandit.
36 Labrum æneum.
Hæc Vates; ſed jam artifices Ephyræa metalla
Deficiunt; tot quippe baſes, tot fulcra columnis
Oliabus, ſociique parant, tot ahena coquendis
Viſceribus, tantos tripodas, tanta ignibus arma,
Tótque ſacris pelves, & tot ſolido ære lebetas.
Labri uſus, & fines.
Reſtat adhuc pars una tamen non ultima cultus,
Quâ ſine nec potuêre manus contingere ſacra,
Limina nec calcare pedes auguſta; nec ulla,
Quæ non lota priùs componi altaribus exta,
Labrum ingens, largique undante capedine fontes.
Excubiæ mulierũ in tẽplo.
Mos erat Hebrææ genti, cùm patria primùm
Sacra Pharo invexit cogentibus advena fatis
Iſacides, rerum ut feſſa, vel prolibus orbæ,
Aut viduæ ſacra excubias ad limina matres
Suſciperent, caſtiſque addicta cultibus ævum
Quæ exercitatio earum.
Exigerent. His cura fuit jejunia templis
Protrahere, & longo Numen placare precatu;
Conciliare ſuis cælum; formare minores
Moribus antiquis; intendere floribus aras,
Devotáſque manu ſacris contexere veſtes,
Virgineiſque praeſſe choris, quos poſtera deinceps
Secretis templi thalamis exercuit ætas.
Sara anus.
His ſe Sara parens curis intenderat olim,
Poſtquam pulſa domo ſecuram ancilla reliquit,
Vt laribus ſolus patriis adoleſceret hæres.
Rebecca.
His etiam ſeſe ſtudiis Rebecca tenebat
Orta utero geminos inter cùm jurgia fratres
Formidans cælo expeteret per munera pacem,
Succeſſúmque daret per fraudem callida fato.
Pietas mulierum antiqua.
Poſt aliæ trivêre viam pietatis eandem
Pertæſa ornatus vanos, & inania rerum
Matronæ, quibus aut ſenio mors vulſerat aurem

Proxi-

Digitized by Google

Proxima; vel primo quas ſpes deluſit amore,
Deſeruitque toris viduas florente juventâ.
Vt quam pollentem formâque, opibúſq; paternis — Anna, filia Phanuël.
Ante diem fato raptus Phanuëlida conjux — Luc, 2.
Deſtituit; quæ ſe Solymæis tradidit aris;
Suſceptam pietas formâ florentibus annis,
Canitie inſigni compſit, claráque ſenectâ
Illuſtrem, dedit Hebræa promiſſa Sibylla,
Cernere monſtrato populis cum Virgine Chriſto.
SIC PER LONGA facit pietas jejunia Vates.
Excubiis jam tum tales ſacra limina multæ
Servabant, lanámque colu, byſſúmque trahebant,
Dona Deo, & vario nentes florentia textu — Maria ſoror Moſis.
Stamina, quas inter Princeps Iocabethia fatur.

37 Quò ſtudium formæ nobis? quonam uſque petentur — Speculorum fallacia, formæ lena.
Conſilia à ſpeculis? ſic pro ſtatione comarum,
Pro ſtibio, & cretâ, terſo deludimur ære?
Non dabit argenti nitor, aut Brunduſia cruſta,
Quos vultus natura negat. MENTITVR IMAGO,
Si non à ſpeculis eadem redit, oráq; rugis
Reddit arata ſuis, quamvis medicamina ſulcos
Æquarint, & creta genas oblimet hiantes. — Fallax forma.
Heu! mentiri etiam veracia cogimus æra!
Diſſimulant oris culpas: vitiúmque tacetur,
Quod volumus, gypſóque tegi, fucoque latere: — Speculum mentiri docet.
Sic & adulantes vitiis opponimus orbes;
Blandirique placet nævis; & conſcia fraudum
Mens intus ſibi fuco etiam mentitur inani.
CENSENDA EST ANIMO SPECIES: hinc forma relucet — Forma animi à virtute vera.
Digna Deo: hîc vivi ſplendent in pectore vultus.
AT SANIE FLVXVM putri, tabóque cadaver
Corporis eſt verax ſpeculum: neque gleba tuentes
Decipit, aut radios obliquo lumine reddit.
MOX ERIMVS PVLVIS. Quid adhuc hæc Iſidis arma — Spolia vanitatis, & arma ſacranda Deo.
Pulveris oblitæ gerimus, tumulique propinqui?
Quin hæc dona Deo potiùs, templóq; ſacramus
Has Venerum fraudes? hæc formæ alimenta ſuperbæ?
Accipiant meritis jam juſta piacula flammis;

Iámque

Iamque alios noſtris manibus tradantur in uſus?
Beſeleel eget ære; Deúſque hæc munera poſcit.
98 Dixit, & inſigni gemmis, auróque coruſcâ
Incluſum cruſtâ ſpeculi prima obtulit orbem.

Vovet & offert ſpeculũ Maria.

Exuvias inter Pharias Regina Lycoris
Vtendum dederat triduana in ſacra petenti,
Spe deluſa ſuâ: mox idem matribus ardor

Imitantur aliæ.

Omnibus: exſolvunt aureis cryſtallina zonis
Sidera, vermiculóque argenti picta per oras.
Quæ thalamis grandes ſtant ante cubilia quadras
Diripiunt, lataq; Dei in donaria portant.

Materia Labri, ſpecula.

Beſeleel cumulo è tanto lævore nitentes
Præcipuo in Labri fontes ſpeculares, & urnam
Segregat; ac pingui cretam jam mollit amurcâ,
Molitúrq; altâ Nymphæi mente figuram
Fuſilis, & ſummæ ſubjecta ſedilia conchæ.

Digitized by Google

LIBRI DVODECIMI

Argumentum, & Synopſis.

NOTVS *in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomen eius.* Nec dubium eſt, quin illuſtriſſimam illam ſui nominis notitiam in domo Jacob Deus eſſe voluerit, hoc etiam conſilio, & fine, ut cùm alias latè gentes ac populos impietatis, & errorum tenebræ nefariis ſuperſtitionibus implicarent; ſi qui eſſent veræ lucis amatores, qui eam in dubiis expeterent, oculos eis liceret intendere, tanquam ad Pharum lucis, ac religionis in domo Iſraëlis tot, tantiſque prodigiis à Deo excitatam, & veri Numinis cultu illuminatam: ut illud confeſſæ nationes aliæ exclamarent, quod præſagiit Moyſes Deuter. 4. 6. *En populus ſapiens & intelligens; gens magna: nec eſt alia natio, &c.* Spectavit Synagoga hunc gentium ſenſum, in Regina Saba obſtupeſcente ad ſapientiam Salomonis; nunc in ſuis initiis experitur in Jethrone, ſeu Raguele, ſocero Moſis, ejúſque universâ familiâ. Ille ut proditum eſt, Exodi 18. rerum in Ægypto geſtarum, ac poſteà in Erythræo mari, & ſolitudine mirabilium famâ excitus, non generi viſendi causâ magis accurrit, quàm teſtatiſſimæ lucis, quâ patrocinium Dei, & Majeſtas ingerebatur ipſa ſpectantibus, per oculos ſuos hauriendæ. Itaque hoſpitio acceptus perhonorifico, ſub illa ipſa luminosâ nube, & columnâ, rerum mirabilium ſerie auditâ & cognitâ, inſpectis etiam, quæ perennabant miraculis, confirmatur in veri Dei cultu; quem, ut probabilius eſt, antè cognorat, coluerâtque, naturalem ſequutus legem. Et poſtquam ſcrupulos illi aliquot Moſes eripuit, diſſerens de vocatione gentium generali ad ſalutem: de paterna Dei, & ſynceriſſima in omnes Adæ filios voluntate; quâ nullum reſpuit, niſi, qui ſe ipſum ſuâ culpâ exclu-

excluſerit regno Dei, vocatione repudiatâ, & gratia, quæ omnibus primùm in protoparente oblata eſt, & poſteà in Chriſto inſtaurata, continuata vocatione hominum omnium plurimis, & maximis naturæ, & gratiæ operibus, & ſignis à mundi exordio; his, inquam, exemptis Moſis oratione ſcrupulis Jethro, tametſi non initiatur Hebræis ritibus, neque fit Synagogæ Proſelytus; Deo tamen per fidem veram, ſicut Abrahæ filius verè inſitus in illas veræ confeſſionis voces erumpit: *Nunc cognovi, quia magnus Dominus ſuper omnes Deos.* quam fidem pluribus hoſtiis Deo palam immolatis profeſſus, aliquot menſibus hoſpitij in ſolitudine cum Iſraëlitis verſatur: quamvis Moſes illius adventum ſcribere anticiparit cap. 18. Exodi; ſatis tamen conſtat ex rerum geſtarum ſerie, non ante datam legem veniſſe, cùm ex illius edicto jus populo dicentem Moſem invenerit occupatiſſimum. Neque accipi potuit hoſpitio, quale illo capite narratur, niſi poſt tertium Moſis in monte dierum quadraginta jejunium. Venit igitur in caſtra Raguel Sephoram reducens ad Moyſem, ſororem, ſcilicet, deinceps ad fratrem, pari cœlibatus utrinque conſenſu; poſt tertium Moſis è monte reditum, cùm certatim jam in caſtris elaboraretur Tabernaculum: neque, niſi poſt illud dedicatum, ad ſuos eſt reverſus, ut valde probabiliter opinari fas eſt.

1. Nuntiato in caſtra Jethronis adventu, Moſes modeſto cum propinquorum comitatu occurrit, ſocerúmque excipit.

2. Mutua gratulatio ex Moſis ſenſu, optantis gentes ad veri Dei notitiam, cultúmque cum ſocero, & Æthiopiſsâ Sephora accedere.

3. Radiatam viri frontem admirans Sephora, divino impulſu conjugalem amorem, probabiliſſimum eſt, in venerationem, religionémque vertit, abſtinentiâ thori utrinque deinceps religioſiſſimè obſervatâ.

4. Gratiis Deo primùm ritè actis in templo Raguel accipitur hoſpitio & convivio, vocatis populi princi-

pibus

pibus viris, & fœminis: miratur perpetuum Nubis intentæ caſtris miraculum.

5. Epuli ordo, Moſis comitas Carpi munere fungentis.

6. Raguel ſtupet ad memoriam rerum in Ægypto, & ſolitudine geſtarum præſentiáque ipſa divini favoris pignora ſatis laudare nequit, Manna, Nubem, Columnam &c.

7. Menſis remotis, gratiiſque Deo actis, quæſtionem ponit de cauſis tanti in Iſraëlitas favoris: cur illam gentem ſic prætulerit Deus, ut cæteras nationes etiam Abramio, & Iſacio ſanguine editas neglexiſſe videatur, prælato Iſmaëli, & fratribus, Iſaaco: exhæredato Eſau, & translato in Jacobum primigenij jure. Vnde tanta ſortis inæqualitas hominibus, uno omnium parente Deo?

8. Quæſtionis difficultatem profeſſus Moſes, oſtendit ſummam Dei in omnes homines benevolentiam: ſinceram voluntatem, quâ omnibus vitam expetit, ad quam facti ſunt: omnes ad ſalutem re ipſa vocat: neminem perire niſi ſuâ culpâ, & eo ipſo perire, quòd oblatam cum gratia Dei ſalutem reſpuerit: quot aliquot exemplis confirmat. Si verò quidam inſigni gratiæ prærogativâ à Deo bonorum ſuorum Domino illuſtres, aliis præferantur, non ideo fieri injuriam cuiquam mortalium, quibus omnibus, quod ſatis fuerit ad ſalutem vel oblatum, vel re ipſa datum ſit in protoparente primùm; deinde gratiâ, vitáque in Chriſto inſtauratis. Nulla enim cuiquam, niſi ex Dei gratia, ſalus ſperanda unquam.

9. Deus Adami lapſu, & Diaboli invidia bene uſus; neque enim Sapientiam vicit unquam malitia, lapſos in Adamo omnes, erigit in Chriſto: quem jam tum promiſit mundo, & oſtendit protoplaſtis, & poſteris ad pœnitentiam, & ſpem ſalutis.

10. Sed arbitrij humani libertas, ut in primis parentibus, ſic & in eorum liberis abit in divortia: vitam, aut mortem optare liberum cuique. Quod exemplo Abelis & Caini fit perſpicuum.

11. Caini malitia inſignis, & oculis apertis in exitium ruens ſpretis tot, tantíſque gratiæ revocantis luminibus parricidium deſignat.

12. Fratrem innocentiſſimum occidit: neque ſanguinis clamore terretur ad pœnitentiam; neque Dei gratia invitante revocatur; non ullo conſcientiæ latratu deterretur, aut imminente pœnâ.

13. Caini durities cordis, & obſtinatio animi: ſolam corporis mortem ſtultè timet, & deprecatur: ſtigmate trepidantis conſcientiæ, manifeſto ſigno inuritur ad exemplum. Sortes Abelis, & Caini diſſimillimæ: Gratiæ, ac bonitatis divinæ munus; voluntatis humanæ plena ad electionem vitæ, vel mortis poteſtas ac libertas, illo fratrum exemplo perſpicuè cernuntur.

14. Eadem Dei bonitas, & gratia vocans & invitans omnes ad ſalutem oſtenditur in denuntiato generali diluvio: centum viginti annis deſignatis ad pœnitentiam, cujus præconem Noëmum eſſe voluit, dum toto illo tempore Arcam ædificaret ſervandis paucis mortalium reliquiis.

15. Gigantes, & cæteri eodem ingenio, reſpuunt vocantem gratiam, irriſo, exploſóque pœnitentiæ præcone.

16. Pauci gratiam audiunt: octo tantùm animæ præſidio illo Arcæ ſervantur; quod incluſis animantum generibus, Deus claudit: ne pœnam præterea ullus vitæ mortalis effugiat.

17. Imbres improviſi, continui: venti fluvios eiicientes ſuis è fontibus & alveis, ipsúmque adeò Oceanum, contractâ in ſe tellure, aut aëre ſubeunte in ejus cavitates, excuſſis foras aquis.

18. Horror præſentis ubique periculi: mortalium irriti ad fugam conatus.

19. Arca ſublata fluctu, altéque, & tutò innatans; ad quam ſerò contendunt fatui clauſâ januâ.

20. Sera ſtultorum ſapientia in ſenſu pœnarum, & conſpectu horrificæ mortis: non tamen omnibus inutilis; pleriqueſalutarem inde pœnitentiam concipiunt,

Digitized by Google

unt, & timorem Dei caſtum, cum ſpe veniæ, vitæque melioris, obitâ morte, quam Dei juſtitia infert in pœnam ſcelerum: ſic vocati reſipiſcunt.

21. Audit, recipitque pœnitentium lacrymas, & preces Dei miſericordia, quæ maluiſſet integris utramque vitam dare: plures ſine pœnitentia pereunt, repudiantes etiam tunc ſupremam gratiæ vocationem; quam alij audiunt, & ſequuntur ad ſalutem

22. Eadem Dei vocantis gratia oſtenditur in Pentapoleos incendio, & conflagratione Sodomitarum, quos per advenam Lotum ſatis admonuerat diu dilato ſupplicio Deus.

23. Angeli duo hoſpites à Loto accepti infandam totius gentis nequitiam ſatis oſtendunt.

24. Loti conſilium minore flagitio excuſat utcumque furentium violentia, quæ hominem vehementius conturbarat: nefarium ſtuprum ſaniore conſilio avertunt Angeli hoſpites, excæcatis ad horam impiis queis ſuæ jam libidines rationis oculos confixerant.

25. Exitium populis, agriſque imminens denuntiant: hortantur ad migrandum: hoſpiti ſuo propinquos donant, ſi migrare pariter velint. Vocantem & hortantem Lotum delirare arbitrantur; ipſique adeò, quibus pactæ virgines filiæ, generi, & domeſtici gratiam repudiant.

26. Lotus ipſe cunctabundus ad fugam: gratiæ inſigne beneficium fidem firmantis, & Angelorum manibus extrudentis domo hoſpitem cum uxore, & duabus puellis.

27. Conditio ſalutis in fugâ imperatur, perſeverantia nuſquam retrò reſpiciens ad flammas ardentis patriæ.

28. Ignes improviſi è cœlo, terráque Sodomam, totúmque Pentapolis agrum ſubruunt.

29. Sodomæ clades velut imago generalis incendij orbis totius proluſit, antequam Judex armatus in nubibus veniat, cujus arma ex *Sap.* 5. & *Eſai.* 59. oſtenduntur.

30. Quæ fortuna uxoris Loti reſpectantis? Meta-

morphoſis horrenda in ſtantis ſimulacrum ſalis; quod nulli imbres, nulla vis loco movent. Inde Salis micas Sapientia præbet omnibus ad perſeverantiam in gratia oblata durandam, atque obfirmandam.

31. Ex his liquet vocatio gratiæ pertinens ad omnes, quam ſerò fatentur à ſe repudiatam ipſi gratiæ contemptores, Sap. 5. & Pharao cum ſuis in mediis fluctibus.

32. Inſigni gratiâ conſpicuos toti mundo quoſdam præfert Deus, ut aliorum duces, & virtutibus prælucentes: quod publicum bonum ſine cujuſquam injuria eſt: cùm nulli propterea deſit gratia; ſed contrà potiùs abundet tantis illorum exemplis.

33. Gratiarum, & munerum magna diverſitas, ut vaſorum in officina figulina ab eadem argilla, rotáque, arbitrio ſolo figuli, ſtellæ etiam mole, & claritate differentes ſunt arbitrio Conditoris, & Domini.

34. Ejuſdem corporis diverſiſſima membra diverſos uſus, & actus habent: vivunt tamen eodem ſpiritu, quo in unum coaleſcunt corpus: ac ſi aliquod vitio corruptum, urendum, vel ſecandum poſt tentata fruſtrà medicamenta omnia leniora, non abſcinditur ſine ſummo ſpiritus dolore ingemiſcentis ad jacturam: ſic Deus in reiiciendis à ſe impiis, quos nulla gratiæ medela, quemadmodum maluiſſet, ſanavit.

35. Finem diſſerendi facit Moſes multâ jam nocte, dilato in tempus aliud ſermone de Patriarcharum prærogativis. Jethro confirmatur in veri Dei religione, fidéque, cujus Pharum erectam in domo Iſraëlis agnoſcit, & profitetur: plurâque per otium diuturnioris hoſpitij cognoſcit: & illius conſilio audito Moſes Judices tributim inſtituit ſpectata virtute viros.

LIBER

Digitized by Google

LIBER DUODECIMUS.

JETHRO SOCER MOYSIS, HOSPES IN Caſtris apud generum in veri Dei fide, cultúque confirmatur.

Exod. 18.

ATque *ea dum ſummis opera conatibus urgēt,* 1 Nuntius de Iethronis adventu.
Incudéſque ſonant caſtris, argutáq; penſa
Telarum, limiſque fremunt mordacibus æra
Splendida, nec cœpto requies datur ulla labori,
Excitum generi famâ, rebúſque ſecundis
E Madianaâ Iethronem nuntius urbe
Ducentem Sephorâ binos cum matre nepotes
Adventare refert; thalami quæ dulcia Moſes
Pignora reddiderat patriis cum conjuge tectis;
Et ſoceri optarat potiùs ſervare penates,
Cùm Pharias vindex iret legatus ad arces.
Spargitur extemplò gaviſa per agmina rumor.
Stipavêre Ducem Proceres, totaq; caterva
Progreſſum voluêre ſequi; vetat ipſe, propinquo
Contentus comitum cœtu, ſoceróque modeſtus Modeſtia Moſis.
Occurrit, rutilóque ruens, ante oſcula, vultu
In terram avertit radios, & pronus adorat
Auguſtum ſenio, & vittis, pacémque precatur.
At ſenior nihil aut radios, aut verba moratus, Occurſus, & ſalutatio.
Colla ſuper generi lacrymans complexibus hæret
Implicitis, preſſóque refert longam ore ſalutem.
Perfudêre ſimul cunctos pia gaudia fletu,
Et pietas lacrymis meliùs manantibus arſit,
Vt primùm potuit Raguel ſic incipit ore.
Téne ego per tantos jactatum denique caſus 2 Iethronis gratulatio mutua.
Aſpicio? túne ille Phari modo finibus exul,
Hoſpes eras meus, & generi mox nomine paſtor?

Nunc populi tanti Princeps! ultróq; ſubactâ
Ægypto, æquoreis ſepelis ſic fluctibus hoſtes?
O ſummis tute auſpiciis! quem protegit æther,
Et Deus ipſe ſuo fulgentem Numine vallat!
O mihi productæ ſenium pars optima vitæ!
Vt fruar ipſe tuos felix ſpectator honores,
Vſurpémq; ſacros vultus, ſumámq; meorum.
Gerſan, & Eliezer, filij Moyſis. *Ecce mea tibi de Sephora tuus Advena Gerſan,*
Auxiliúmq; Dei, quod ſpondet nomen, Elizer,
QVOD FAVSTVM; *geminæ coëant hoc ſanguine gentes,*
Et veſtras venerer vobis ſic inſitus aras.
Sic ſenior: Contrà retulit cui talia Moſes:
Sic velit, & faciat Deus, ut tam candida fauſto,
O Pater, iſta dies nobis illuxerit ortu,
Noſter ut eſſe velis: fructus mihi maximus ævi
Iſte ſit, ut geminæ conſpirent fœdere gentes;
Abramidûm ſitque una domus! ſic ipſe precabar,
Gentes proſelytæ Synagogæ. *Sic etiam fore ſperabam, cùm transfuga veſtris*
Mutarem patriam regnis, Sephoræq; Hymenæos
Expeterem, & dulces veſtro de ſanguine natos.
Aude igitur, Pater, Iſacidum ſuccedere ſcenis,
Et Madianæos paulùm obliviſcere muros,
3 Moyſis ſplendor pueros territat. *Auratáſq; domos Arabum. Sic fatur, & omnes*
Ordine complexus, ſuſcepit ad oſcula parvos.
Illi horreſcentes radios rutilo ore ferentem,
Cum lacrymis trepidi in gremium ſe condere matris.
Heu! ſua nobilitas pueros incognita terret,
Infantúmq; metus vani movêre parentes.
Aſſueſcent luci, ut diſcant cognoſcere patrem.
Quin etiam auguſto ſtupefactam fulgure vultus
Relligio avertit Sephoram, ceu Numine viſo;
Sephora veneratur Moſem. *Dejecitq; oculos; manibus contenta mariti*
Extremos tetigiſſe pedes, dedit oſcula dextris
Ipſa ſuis; Divûm libaret qualia ſignis,
Libatiſque, manum venerata referret ad ora.
At ſubitò illapſum frigus tremefacta per oſſa
Contactu Cyprios expreſſit pectore fluctus;
Cœlibatus pro- *Extinxitque faces, fregitque Cupidinis arma,*
Inq; ſacros cultus reverentia vertit amores;

IAM

JAM SOROR EST SEPHORA, ET MOSES DE CONIVGE FRATER. poſitum utrinque.

Mutatas ſenſêre faces per corda viciſſim,
Gaviſi majore Deo; qui pectus utrique
Religione ſacrum flammis melioribus urat.
Confirmat trepidam Moſes, tacitiq; loquuntur
Luminibus: pudor in tuto eſt, paribúſq; pudori
Stat votis utrinque fides; par corde voluntas.

Lætior hinc Vates, ſoceri latus ipſe ſiniſtrum 4
Interior tegit, ac primùm in tentoria ducit Iethro
Sacra Deo, quæ Nunniades ad limina cuſtos ducitur
Extra caſtra loco ſervat ſeducta patenti. ad templum.
Laudibus hîc cœlo primum de more ſolutis
Hoſpitij expoſcunt pacem, & communia caſtris
Gaudia, lætitiámque Dei: micat ignis ad auras
Veſpertina ferens incenſi munera thuris,
Permiſtæq; volant grates, plauſúsq; canentum. Grates
Poſtera lux aris indictum expectat honorem: Deo actæ.
Inde domum ductus Senior, tectíſq; paratis
Per medios vadit populi plaudentis honores.
Poſt tantas operum ærumnas, tot millia gentis,
Caſtrorúmque ſtupet ductum, ſeriémque, ſitúmque, Miratur
Directáſq; vias, adverſáq; limina portis: caſtrorum
Pura adeò in tanto vulgi, pecorúmque meatu ordinem.
Compita; nec tetrum quidquam, quod ſpiret odorem: Et nubis
Illa ſed abſorbet mentem ſuper omnia Nubes, velum.
Quæ ſuperimpendens totis umbracula caſtris
Expandit, noctémq; ſuâ jam luce propinquam
Nuntiat, ac blando ſenſim ſeſe induit igni:
Vix oculis capit ipſe fidem; greſſúq; reſiſtit
In medio, & noctem cuperet quàm longa, morari:
Hærentem gener hortatur ſuccedere tecto,
Defeſſúmq; via menſis optare quietem.
Feſtinant famuli menſas, epulæq; feruntur, Convivij
Quas Sinæa, procul luxu, dumeta tulerunt, lautitia
Et ſcopulis ſylva horrentes: quibus invia nuper unde.
Saxa ſequens arcu juvenum manus expulit altis
Sylveſtres latebris capreas, & grandia centum
Corpora cervorum ſtravit turbata ſagittis,

Et partem poſuit Ducibus; cùm fama tuliſſet
Adventum, in ſoceri Moſes ſervarat honorem,
Venatio caprearum.
Hoſpitiique dies, & publica gaudia caſtris.
Quò magis incenſi juvenes, ne ſplendida deſint
Lautia, venatu rupes, nemoroſáque montis
Exercent, ſtratáſque feras in tecta reportant
Hoſpitis, accumulantque dapes: neque victima caſis
Armentis, gregibúſque deeſt; at pocula lymphis
Vina Iethro attulerat.
Dilutum dat manna merum vincentia nectar,
Quæque Maronæo liquuntur palmite vina:
Prælàque, queis multos Raguel oneraverat utres,
Dona Pharanæo Ducibus gratiſſima tractu.
5 *Diſcumbunt Proceres: medius componitur altè*
Epuli ordo.
Extructâ ſenior ſpondâ, & ſupereminet hoſpes.
Secreta adverſis matres convivia lectis
Inſtituunt, Sephorámque loco, & mantilibus ornant.
Vt mediam ſtatuêre toris, tum blandus, & adſtans
Moſis comitas.
Invitat ſocerum Moſes: Tu fauſta precatus
Excuſare inopes, inquit, Pater, incipe terras,
Frugaléſque Dei ſumptus; qui tractibus aſpris
Exercere ſuos ſtatuit; ſed fronte ſerenâ,
Prolixiſque animis, & largo corde tuorum
Compenſa faciles epulas: neque parce paratis.
Vivimus in lucem: deerit neque craſtina menſis:
INSTRVIT *ipſe penum Deus, & convivia curat:*
Nos ſopor altus habet, fruges dum nubibus undant.
Carpus liberalis Moſes.
Hæc ſimul, & Cererem aëriam, quadráſq; recentes
Subiicit, ac cæli donum mirabile frangit
Ipſe manu, ferróq; epulas, & fercula carpit;
Hortatúrque omnes, hilarans convivia vultu.
Inſuetas Raguel fruges, inſuetáq; liba,
Miratur manna Raguel & nubem.
Inſuetámque loci, poſt lapſa crepuſcula, lucem
Miratur; nam nulla fugant funalia noctem:
Non ulli appenſi lychni laquearibus ardent,
Sed tenebras vincit nubes infuſa feneſtris,
Perpetuátque diem per tecta illuſtria flamma,
Ni denſa obnubant intenta cubilia pelles.
6 *Adſtupet his Raguel, epularúmque immemor infit.*
Quæ ge-
Audieram; nam quò veſtros jam fama labores

Non

Non tulit? audieram, quantis labefacta procellis
Memphis, Erythræo tandem ſit funditùs hauſta
Gurgite, quo vobis ſciſſas via ſtrata per undas, — ſta in Ægypti plagis.
Qui cruor in latices, altóque tumentia tabo
Fluxerit, extinctóſque vomentia flumina piſces.
Quas dederint fluvij ranas, queis bulliit alta
Memphis, & infeſtis excuſſa cubilibus aula.
Nec culicum nimbi, nec me latuêre volantum
Armata ſtimulis acies: non pulvere ſparſa
Vlcera, non alij caſus; tenebræq; per urbes
Tartareæ, & noctis ſuprema infanda per omnes
Tempeſtas impulſa domos, ferróq; coacti
Æthereo Hebræas Pharij dimittere turmas.
Sæpiùs hæc narrata mihi; ſed jam ore minorem, — Fama rebus geſtis minor.
Et parcam te, fama, queror; pro rebus, & iſto
Tantarum cumulo laudum, cœliq; favore.
Quid video? quænam hæc fixas miracula leges
Perpetuata tenent? curſum natura reliquit,
Alternáſque vices umbrarum, & fœdera lucis.
Hîc vobis æterna dies illuminat almum
Aëra: collucent mediæ ſine lampade noctes — Nubis luge miraculum.
Phœbeâ, Lunæq; globo: quæ ſidera nubes
Occulit obtentu; radios quæ Solis opacat,
Nocturnos eadem flammis illuminat axes.
At quas deinde dapes, quænam hæc compendia cerno?
Tot miſtos uno in lagano, ſuccóſq; natantum, — Deliciæ in manna omnes.
Altiliúmque dapum, terræ, cœlique ſapores,
Tot pelagi? aut quibus hæc veniunt muſtacea terris,
Squalenti, vaſtóq; ad ſaxa Pharania tractu?
O fortunatos, quibus hanc tam larga laborant
Aſtra dapem, & fruges Deus has immunibus addit.
Talia miranti certatim Ægyptia teſtes — Menſæ remotæ, grates actæ.
Acta viri, caſúſq; viæ, & diſcrimina laudant,
Et menſas ſermone trahunt; queis deinde remotis,
Depulsáque fame, poſt dictas carmine grates,
In generum intentus Raguel ſic quærere pergit.
Haud equidem ſatis hæc unquam tam grandia poſſim — 7 Iethronis dubia, & ſcrupuli.
Prodigia admirans animi comprendere motu,

Queis ſalvos Deus Iſacidas his intulit oris.
Illius hæc manus immenſa eſt, ea ſumma poteſtas;
Quam contra nil ſtare queat: ſed me illa fatigant
Attonitum miranda magis, ſecretáq; cauſis
Conſilia arcanis, quibus hæc ſe gratia fundit
Jacob di- *In veſtrum collata genus, ſolámq; minoris*
lectus, E- *Iſacidæ ſtirpem, cur hæc fortuna ſequatur.*
ſau reli- *Nos etiam ſumus Abramidæ: nam ſanguine ab illo*
ctus. *Exortus Madian, noſtra qui gentis origo:*
Primúſque Agarides illo ſe ſanguine jactat,
Abrahæ *Quóſq; tulit Cetura parens, quæ poſthuma Saræ*
filij alij. *Connubiis, tædas tanti ſortita mariti,*
Gen. 25. *Implevit fœcunda domum: nam, ſi unicus hæres*
6. *Iſacus; at reliquos ornarunt munera fratres,*
Argentúmq; patris memores, aurúmque tulerunt;
Ille greges, patriúmq; larem. Quid deinde duorum
Iſacus ipſe pater? quem caligante ſenectâ
Decepit Rebecca dolo, votiſq; minorem
Prætulit, ac primum genituræ avertit honorem.
Iacob *Callida ſi patrios genitrix eludere tactus*
ſupplan- *Hirſutis potuit manibus collóq; caprino,*
tat fratrē. *Num ſimul, & furto patriam deflectere mentem,*
Gen. 27. *Majoriq; erepta poteſt dare jura minori?*
Qui patrius ſic erret amor? tamen aſpera Seïr
Inde colit dorſa in deſertis montibus Edon;
Eſau ne- *Ceu meritus matris diras, odiúmq; paternum.*
glectus. *Frater habet campū, & pinguem Chananeïda ſperat.*
Malach. *Nunquid non fratres Iacobus & Eſaüs? uno,*
1. 2. *Nempe, ſalutarunt progreſſi ſidere lucem.*
Vnde igitur tam diverſo via ducit utrunq;
Tramite, & infeſtis adeò diſcordia ſignis
Corda gerunt, atque ex utero primordia pugnant?
Illa mihi interdum dubiam divortia mentem
Suſpendêre, rato quamvis mortalia flecti
Cuncta Dei nutu haud dubitem; tamen illa profundis
Malach. *Abdita conſiliis animum mihi quæſtio turbat,*
2. 10. *Cur adeò imparibus fratrum ſtet ſortibus urna?*
Cur adeò varij jactent mortalia caſus?
Deus pa- *Nónne Deus pater ex æquo eſt? legémq; cadendi,*
Naſcen-

Naſtendiq; dedit cunctis mortalibus unam, ter unus
Quos dirimunt tanto vita diſcrimine ſortes? omnium.
Hos animis ſi fortè potes, precor, exime ſcrupos;
Fortunamq; mihi veſtra, cauſáſq; favorum
Pande domûs: refert noſtros id ſcire minores.
His animi erecti dictis, atque omnibus ora 8
In Moſem converſa, jubar qui frontis abacto Quæſtionis difficultas.
Sipario in lævam, mulcens, vultúmq; ſerenans
Temperat ipſe manu radios, ac talia fatur.
Immenſum, ſocer alme, jubes tentare profundum,
Quo vix ulla regunt audaces ſidera curſus;
Et vix ulla tenent optatos carbaſa portus:
Pugnantéſq; tamen circum exerrantia venti
Vela ferunt, cæciſq; impellunt Syrtibus auſtri:
Sed quia jam fractúmq; viâ, feſſúmq; ſenectâ
Invitat nox alta thoris, ingentia curſim
Corripiam ſpatia, & te ſumma per æquora ducam.
Principio figenda animis ſincera voluntas Deus vult ſalvari omnes. 1. Timot. 2. 4.
Illa Patris, qui ſidereos nutu extudit orbes,
QVA IVBET HVMANVM GENVS OMNE OPTARE SALVTEM,
QVAM *parat, atque offert cunctis, nullúmq; perire*
Expetit, ac cælo, niſi nolint, aſſerit omnes.
SED SVPERARE GRADVS, & *Divûm ſcandere in arces*
Non opis humanæ labor eſt, niſi Gratia dextri Sine gratia nulla ſalus.
Numinis, inceptétq; viam, greſſúſq; ſecundet,
Ac totum decurrat iter comitata volentes.
ET NVLLI TAMEN ILLA DEEST, *ſempérq; laceſſit* Nulli deeſt.
Hortatrix, ſtimuliſq; movet contendere curſus.
Quin præpandit iter: comes it: tum fronde virenti
Confectâ jam læta viâ capita inclyta cingit.
Humani generis Princeps, & prima Virago, Multiplex eſt.
Heva parens, illam campis vidêre beatis
Egregiam, & tota cum poſteritate vocantem Adam cũ toto genere vocatus.
In cælos, rectáſq; vias, faciléſq; docentem.
Invidit Stygius Coluber, linguáq; venenum
Fudit in excelſas vitiato ſemine ſtirpes, Diaboli invidia mors.
Vnde mali virus ramos irrepſit in omnes.
Sic letho patefacta via eſt: ſic clauſa SALVTI.

Digitized by Google

9 *Quid tibi vis, Orcine Draco? Deus increpat: at fraus*
Deus bene illâ uſus.
In caput hæc reditura tuum eſt; quod fœmina franget
Vna tibi; ſpargétque eliſum calce cerebrum.
Vos inter flammabo odia; hoc de fomite bellum
Inimicitiæ poſitæ.
Æternis inimicitiis ardebit: & iras
Veſtri exercebunt damnatâ pace minores.
Tu veſcéris humo poſthac, quam pectore verres,
Et tecum luteas animas, quæ pulvere ſerpunt,
Sponte tibi ſcelerum ſocios cum pulvere mandes.
Electi in Chriſto Sancti.
Gens Electa virûm, mulier quos illa videbit
Progenie eximiâ genitrix, quóſque ille creabit
Virginis exortus partu jam Victor & Infans,
Bella gerent, regnúmque tuum, invidiámque prementes,
Rurſus iter cœlo invenient, tutúmque tenebunt
Victores Erebi, & mortis. Sic fatur, & omnes
Gratia, & vocatio inſtaurata in Chriſto.
MORTALES VOCAT AD VITAM, *rurſúmque ſalutem*
Orditur miſeris; tantùm non libera cogens
Arbitria humana mentis; ſed blandus amicè
Allicit, invitátque bonis, ac munere vita.
Qui rejecti.
Heu! MORTEM PARS MAIOR AMAT. *Iámque impia flagrant*
Diſſidia, infeſtántque Electam prælia gentem:
Vitæ additus labor Virtutis.
NAM NEQVE *per nullos vita illis pacta labores,*
Nec levibus Virtus olim explorata periclis,
Sed ſpectata diu, longíſque exercita pugnis.
10 *Fraternis placuêre odiis exordia bello.*
Bonos mali affligunt.
Prima duos inter primos diſcordia fratres
Extitit. INVIDIA *anguſtum jam fecerat orbem.*
Abel, & Cain ſacrificant.
Iam cumulanda ſacris ſteterant altaria donis;
Iunior hinc Fidei præſtans, lectiſſima tollit
Munera caularum, poſitiſque altaribus offert.
Grandior hinc natu macro de mergite culmos
Dat tenues, parcóque ſinu temerè admovet aris.
Ecce ferens flammam cœlo fax miſſa ſereno
Abelis dona grata Deo.
Electas cadit in pecudes, & munus Abeli
Clara vorat, cœlóque affirmat teſte litatum.
Inderatus ſua dona Deo contempta Cainus

Subiicit

Subiicit invidia ardentem jam triſtior ignem, Caini triſtis invidia.
Incenditq; leves, & amaro corde maniplos: Querelæ impiæ.
Non animum carpſitve metu, veniámve popoſcit;
Mærorem ſed fronte gerens, liventiáq; ora
Dejectus fremit in ſupremum murmure Numen
Infando; queritúrq; ſuo ſine crimine curam
Neglexiſſe ſui Superos: ſine jure minorem
Prælatum: mera dona Dei falsò arrogat annis: Iniquus æſtimator gratiæ.
Nec videt illa ſuâ prohiberi munera culpâ,
Ex æquo ne fonte fluant in pectus iniquum.
Cui Deus occurrens; NEC ENIM *mortem ille reorum*
Expetit, aut quemquam mavult dependere pœnas, Cain arguitur à gratia.
Quàm veniâ vitâq; frui, quam protinùs offert
Hoſtibus occurſu. Quorſum tibi triſtior, inquit,
Tabeſcit luctu facies! quâ livida causâ
Lumina? dejectaq; genæ, vultúſq; rigentes?
Nónne tui eſt juris facinus? Num juris honeſtas
Ejuſdem arbitriiq; tui? Num ſubdita virtus
Ex æquo, vitiúmque tibi? at MAGIS OBVIA VIRTVS,
QVAM VITIVM; *quam pœna omnis, quam præmia ſuadent,*
Et natura petit. Vitio deterret iniquos
Pœna ſequax, ſceleriſq; admiſſi conſcius horror.
Quid palles? mæſtúmq; animum quid lividus angis?
Fortè ſuo virtus pretio tua ſola carebit?
Pro meritis neque juſta feres tu præmia ſolus?
Tuta tibi merces, ſeu te delectet honeſtum,
Seu vitij ſectere vias; nec præmia caſtis
Differo, nec lento ſequitur pede pœna ſceleſtos.
Te quoque ſi mala mens recto de tramite vertat, Conſcientia latratrix dira.
Protinùs ante fores rictus latrator hiantes
Obiiciet, qui pectus atrox conterreat ore,
Accumbénſq; reum laceret latus. Ergo age frænis
Flecte animos, irámq; doma: tibi ſæva cupido Arbitrii libertas in libidines.
Omnis ad arbitrium mentis ratione regenda
ACCIPIET FRAENOS, *neq; quidquam injuſſa nocebit.*
Quem voluit lenire, auxit cenſura dolorem: II
Ægreſcitq; magis leni medicamine virus; Caini ira
In fratrem vertére mina: ſed callidus abdit in Abelū.

Conſi-

Conſilium: hortatur, vicina novalia viſant;
Seducit in agrum.
Nuperq; invento digeſtas vomere meſſes:
Clàm ferro accinctus, validam de more ſecurim
Fert humeris, falcémq; manu; quibus occupet ictum,
Vt ſors cumq; feret. Conſultò jurgia captans;
Deq; Deo illato miſcens ſermone querelas.

Blaſphemia in providentiam.
Vanus, ait, quiſquis Numen mortalia fingit
Aſpicere, aut humiles orantum audire vocatus.
Si qua foret cœlo miſeris mens provida rebus,
Longè alio prorſus fluerent noſtra ordine fata:
Nec cæci ingruerent caſus, nec cæca labores
Obtererent campis tot tempeſtatibus aſtra:
Quò mihi relligio vanos mentita timores?

Rixæ occaſio quæſita.
Sic colimus fruſtrà Superos? Non paſſus Abelus
Plura queri ſcindit lacerans à pectore veſtes,
Abel impietatem arguit,
Et ſupplex. Heu parce, precor, parce impia, frater,
Verba Deo præſente loqui; quin intima mentis
Ille etiam viſu penetrat; cave corde volutes
Talia; namque ubi non ſpargit mens provida curas?
Omnia plena Deo; & ſummi veſtigia Patris
Cernere ubique tibi, ac manibus contingere fas eſt.

Dei bonitas, & juſtitia recens.
Non adeò à nobis abiêre exordia mundi:
Juſtitiam experti ſuperant utrique parentes,
Nos etiam pœna exilij, mortiſque ſequuntur:
Spectamus patrias lacrymas, partúſq; labores
12 *Maternos. Quid? tu me etiam, tumido ore Caïnus*

Cain occidit fratrem.
Auſus, ait, dictis, monitor vaniſſime, terres?
Et ſimul improviſa ruens in jurgia ſternit
Incautum valido impulſu, ſtratóq; repentè
Diffiſâ duplicat mortem cervice bipenni
Turbidus: at gemino ne fortè erraverit ictu,

Clamor ſanguinis, & querelæ.
Quo fuit accinctus, reſerat vitalia ferro,
Scrutatúrq; animæ latebras: fluit undiq; rivis
Horrendo clamore cruor. Tua gratia, frater,
Hæc erat? hæc patrii commercia ſanguinis iſto
Abrumpenda ſacri ritu? ſic victima cador
Prima tibi? Heu! triſtes avertunt ſidera cœli,
Et tremefacta meum tellus, avido ore cruorem
Haurit hians. Heu! quàm metuo tam triſtia ritè

Ne

Digitized by Google

Ne tibi ſacra litent, ſintq; inſtauranda nepoti;
Diráq; tute cadas incauto victima telo.
At nihil ille ferox odiis clamore movetur
Sanguinis horrendo, nec dum fera verbera ſentit
Carnificis ſævi, & ſævos ſub pectore morſus.
Cui Deus incutiens ſtimulos: Vbi junior, inquit, Gratia Cainum revocat.
Frater abeſt? aut quâ ſolum tellure relinquis?
Ille ferum dictis facinus ſic ſævus acerbat:
Quid me, inquit, de fratre rogas? mihi forſitan uni Reſpuitur vocatio.
Creditus obſes Abel, & eget cuſtode Caino?
Infelix, quid diſſimulas? Deus excipit, ultrò Deus minis vocat.
Mentirisne etiam ipſe tibi? necdum illa cruoris
Fraterni tellure ſonans te terrificat vox?
Cujus & in cælum venit mihi clamor, & aſtra;
Ipſaq; horreſcunt reſperſa ſanguine cautes?
At tua te impietas profugum tellure ſequetur,
Et trepidantẽ animis, & quercera membra trementẽ, Caini tremor perpetuus.
Quò te cunque feres: ſterilíſque, & inhoſpita tellus
Omnis erit: titubata tibi veſtigia ſubter
Horriſono triſtes agitabunt carmine Diræ,
Exemplúmq; dabit mundo execrabilis horror.
Sed non in lacrymas oculos; aut pectora luctu 13
Tam triſtes ſolvêre minæ: non crimen apertum Duritiea cordis Caini.
Confeſſus pudor, aut animum pupugêre dolores.
Quid faciat duro Numen, neq; corda ferenti
Summiſſa in veniam, neq; pacem voce precanti?
Ah! quantò precibus, quantóq; benignior aures
Supplicis adiiceret lacrymis, qui tanta minatur
Vt reus exorare velit, ſperétq; ſalutem?
Quod petit infelix mortalem extendere vitam, Solam mortem corporis timet.
Vltricéſq; procul profugo depellere pœnas;
Conceſſum: mediámq; inſigni ſtigmate frontem
Fert vagus; impreſſúmq; gerit trepido ore pavorem, Signum quale inuſtum.
Quem meruit mala mens; nimis & quia ſæpe paterni
Poſteritas hæres ſceleris documenta nepotum;
Ac ne quis tetigiſſe velit, quem perculit ictu
Numen, ut attonitum cæleſti fulminis igne.
Heu! fugit infelix deſperabundus, & erro:
Nec revocantem audit Nemeſim ſub pectore ſurdo,

Non

Digitized by Google

Obſtinatio duri cordis.

Non illum exilij ærumna, non ſæcula flectunt,
Henochiam intentus fundat dum mœnibus urbem.
Hæ fratrum geminæ ſortes, exempláq; mundo
Propoſita abſolvunt ſummi juſtiſſima Patris
Arbitria, & meritis pœnas, aut præmia ponunt.

Iuſtitia Dei in rejectione.

Et quiſquam de judiciis, aut lege queratur
Præterea? aut quis non ſimilem ſe malit Abelo,
Vivere quem tantus perhibet poſt funera clamor,
Elyſias meruit primus qui ſanguine ſedes.
HAE GENVS *humanum geminæ in divortia ſortes*
Omne ferunt: ea cuique datur, quam ſponte ſequutus

Electio poſt oblatã gratiam.

Optarit; vitium, aut virtus; vel flamma, vel unda;
Mors, aut vita, pares meritis; ut crimina, mortem
Debet quiſque ſibi; VITAE LVX DEBITA, *cœlo eſt.*
Reſpuit oblatam peccandi ſola libido.

14 Idem oſtenditur in diluvio.

Quod tibi ſi planum fieri per plurima poſcas
Facta virûm, & placeat repetentem exempla malorũ,
Cum turba, numero exiguo componere caſtos;
Aſpice merſa, Pater, reparantem ſæcla Noëmum,
Formantémque, Deo ſpeciem tradente, carinam
Immanem, quæ relliquias pecudúmque, hominúmq;

Noë arcã ædificat.

Acciperet clauſas utero, laterúmque cavernis.
Centum annos tenuêre ſenem molimina tantæ
Puppis, & ingentes exhauſit machina ſylvas.
Interea trabibus coſtas dum firmat acernis,
Et fartos pice contextu defendit hiatus,
Aſphaltoq; trabes foris, & ferruminat intus,
Quàm ſæpe ex alta mortales puppe vocatos,
Hortatúſq; manu, & clara ſic voce repreſſit?

Noë præco pœnitentiæ.

Quis furor? heu! cæcas mentes quæ tanta libido
In brutas vertit pecudes, cœnóq; volutat
Libatas è cœlo animas, ſpirantiáq; ora
Artificem, & ductos ſimiles à Numine vultus?

Gigantũ mores.

Effera ſæcla hominum, genus heu infame gigantes!
Speratiſne Dei mole hac evadere dextras
Corporeâ, & cœlo extructos opponere montes?
Imminet ille ultor vobis, jamjámque ruinas
Imbribus impellet cœli: jam funditùs antris
Eruet Oceanum, & fluvios, montéſque refuſis

Supre-

Digitized by Google

Supremos abſcondet aquis, altéque ſepultâ
Tellure extinguet luxus incendia veſtri,
Delebitque notas ſcelerum, & veſtigia faſtûs.
Dum licet ô tantos lacrymis avertite fluctus: Vocantur omnes.
Obruite infandos animis mœrentibus ignes
Luxuria, & mores planctu damnate ſceleſtos.
Quod ſupereſt, ex quo hanc tabulis contexere puppim
Iuſſus, opus cœpi vobis ſpectantibus, annos 120. anni dati ad pœnitentiam.
Biſdenos centúmque Deus promiſit: & ultrà
Nil erit, aut terræ vobis, aut temporis uſquam;
Iam tantum de ſumma abiit! venit hora, ruitq;
In veſtrum vindicta caput: jámque ardua cœli
Aſtra fremunt, glomerántq; ignes, & fulmina venti.
Talia jactantem nequicquam, & voce minantem, 15
Hortatúque operas, & luce & nocte prementem Vocatio gratiæ reſpuitur.
Circumfuſa rati riſu inſultante corona
Excipit ut ſenio delirum, aut bile nigranti
Concuſſâ tantos agitantem mente labores.
Quæ tam longa, ſenex, te Vatem inſania fecit? Noë irridetur ab impiis.
Quis modus hic, aut forma ratis? nec remigis alas
Nuda ſuper tabulata ferunt: nec cornua malo
Vlla tremunt, nec vela tument, non clavus in altâ
Puppe, nec adverſo quæ pendeat anchora roſtro.
Quo molem hanc feretri immanem? queis fluctibus arcam
Objicis? ut clauſus tenebris, & mole ſepulcri
Expectes mortem mediis tumulatus in undis?
Iam morere, aut vivum feretro compone cadaver,
Et tibi jam cane, ſis, carmen ferale ſepulto;
Floribus at nos intereà, vinóque fruemur,
Voluemúſque hilares tua circum buſta choreas. Sap. 2. 6.
SORS HAEC *ſumma, brevis ſola hæc ſapientia vitæ.* Coronantur roſis.
Ille iterat ſcelerum diras, monitúſque ſalubres:
Inſtaurant iſtique epulas, & vina frequentant.
Heu! verum ſerò ſenſuri carmine Vatem,
Quem modò ſuſpendunt naſis, cuique ocyma cantant,
Donec ſumma dies, & ineluctabile noxis
Naufragium involvat terras atque omnia mergat.
Vndique collectos animantûm in ſemina cœtus,

tes cogũtur in arcam.

Connubiis quæcunq; ſuam liquido aëre gentem
Certâ lege creant, & egent ſpiramine vitæ,
Nec ſub aquis poſſunt pelago ſtagnante teneri,
Aligeri clauſêre cavis; nam pabula Vates
Omnibus intulerat, ſtabuliſque inſtruxerat alvum
Ingentem, & plures dederat per triſtega cellas.

Octo tantùm ſervati.

Octo animas, tot de populis, quas caſta coëgit
Puppe Fides, patrem & natos, matrémque nurúſq;
Connubiis junctos quatuor, Deus abdidit alveo,
Oppoſuitq; fores, & pinea mœnia clauſit,

Angelorũ cuſtodia.

Cuſtodéſq; ſuper Genios circúmque locavit
Excubias, ne quâ poſſent vi ſcandere muros,
Aut violare ratem, ponto exundante gigantes,
Néve exaudiri gemitus; neu ſæva viderent
Naufragia, & miſeras mortes, caſúſq; ſuorum.

Matth 24. 37. Dies Noëmi.

Veſper erat, blandum occaſu rutilante ſerenum,
Ducta dies de more epulis, paſſimq; Hymenæis
Producta in ſeram ludi, & convivia noctem;
Poſtera lux eadem ſomno ſperata ſepultis.
Heu ſurdas monitis mentes! QUIS TEMPORA NOVIT

Tempora & momẽta gratiæ vocantis.

Numinis? aut quis conſilio, quas temperat horas?
Quis lapſas revocare queat? momenta ſupini
Reſpuimus, quibus æternum mercarier ævum
17 Fas erat, æternúmq; decus. Media ecce fragores

Improviſum diluvium.

Horrendos de nocte: poli porta omnis utroq;
Axe tonat, tellúſque ſono concuſſa remugit,
Excuſſique ſuis fontes, & flumina ripis,
Littoribúſque mare elato jam gurgite ſpumant,
Ceu ſpecubus venti ſubeant, & flamina fluctus,
Ejiciant illapſa cavis, fræniſque ſolutos
Ire foras undis jubeant ſpumantibus amnes.
At ſimul emiſſi rumpuntur nubibus imbres,
Continuiq; ſonant tectis, neque nubila tanto

Imbres continui.

Fluxu exhauſta cadunt, ipſum ſe in nubila cælum
Infundit, gravidáſque fovet denſo aëre nubes,
Perpetuátque hiemem nimbis, & Pleiadas auget.
Rareſcunt auctu fontes: ebullit ab Auſtris

Terra in ſe contracta.

Oceanus; tellúſque cavum in ſe contrahit orbem,
Compreſſóque ſinu pelagi vomit abdita fundo.

Quid

Digitized by Google

Quid moror? abrupti ſomni, ſonitúq; coruſco, Terror ubique.
Torrentúmque vadis ſylvas, & ſaxa rotantum.
Principióq; rati de tempeſtatibus unam
Ferre hiemem aſſuetam campis, reditura ſerena
Mox, imbri exhauſto ſudum referentia Solem.
Expectant thalamis clauſi, aut ſi fortè feneſtris
Quaſivêre diem vanos riſêre timores. Spes fallax.
SIC LACTAT mens dura malos, ſpéſq; improba falli.
Vt totam tenuit lucem fœda imbribus atris
Eluvies, lucémque ſequens nox horrida nimbis 18
Auxit aquas, & jam poſitos ſuperantia fines Horror periculi ubique.
Flumina, torrentéſque ſonant, tectiſq; minantes
Excidium, ac ruptis urbes jam molibus intrant,
Tum verò audiri gemitus, diriq; timentum
Clamores, rurſúſque inopes, inopéſque regreſſus.
Quis memoret, quæ tum illa fuit generalis imago
Naufragij? aut poſſit verbis æquare laborem?
Queis fuga non tentata modis? pars ſcandere tecta Fuga in montes.
Principio: pars in celſos contendere montes.
Sed jam tecta vadis, aut fluctu avulſa feruntur,
Aut inſtantem undis metuunt labefacta ruinam. Nulla tuta.
Iam pontes rapidi mediis in vallibus amnes
Tranſcendêre ſuos, & quamvis vaſta Gigantum
Corpora vorticibus terrent, rapiúntq; natatus Natatus irriti.
Tentantes: fruſtrà in ſcopulos, proceráque nixi
Robora ſylvarum, ſaxorum aut vertice pendent:
Conveniunt mixtæq; feræ, laſſæq; volucres
Montibus; & quò quemque tulit fortuna, vel audax
Conſilium, invenêre famem, quæ triſtior ipſis Fames in fuga.
Naufragiis: membra areſcunt immania tabe:
Aut gelido concuſſa metu: jam flumina curſus
Amiſêre ſuos, aut tantùm ad ſydera ſurgunt.
Iam ſine littoribus furit æquor, & omnia pontus.
Attollunt molem fluctus, natat alta carina, 19
Quódque ferè mundi ſupereſt onus, æquore librat. Arca attollitur undis.
Vndarum tumulos circum latera ardua frangunt
Vinci indignantes ſine clavo, & remige fluctus.
Spectantur miſeris ſua paſſim errantia ponto:
Naufragia, in tabulis lacera, & divulſa ſuorum Naufragi

ubique in tabulis. *Membra vident, ſparſáſq; domos, ut quiſque periclo,*
Aut tabulis temerè junctis opponere cymbas,
Aut raptis equitans potuit conſiſtere tignis.
Volvuntur, paßimque fluunt ſub ſtagna, gemúntque
Defecti, ratibúſque vagis eliſa teruntur
Corpora; fatalem nequicquam adnare carinam
Serò petunt Arcam. *Contendunt pars magna fretis, recipique precantur.*
Tendentes clamore manus, contíſque petentes.
IT PELAGO VATES ET INEXORABILIS ALNUS.
Clauſa eſt janua. STANT ADAMANTE *ſeræ, & ſurdo ſepta oſtia ferro,*
Excubiæq; ſuper vigilant, miſeróſq; repellunt.
20 *Tum verò accuſant ſurdas ad ſeria mentes*
Sera ſapientia. *Conſilia, & ſpretos monitus, quos navita Vates*
Eloquióque, manúque dabat, cùm tempore tanto,
Centum annis, ſolidas in puppim jungeret alnos
Fata canens, cœlique minas, ut vertere vellent
Ad lacrymas, & vota animos, luxúque remoto
Caſta per oblatam jejunia poſcere pacem.
Querelæ ſeræ pœnitentiæ. *Heu miſeri! ſua quos huc tandem inſania vexit,*
Conclamant, quibus hos riſus peperêre dolores,
Has Veneres lacrymas, atque hos Feſcennia planctus!
Sap. 5. 4. *En morimur, rapimúrque fretis! jam perfida merſit*
Spes irritæ. *Ah! cæcum fortuna caput, merſámque ſecuta*
Spes pariter fluxêre omnes fallacibus undis.
Serò inopes curas damnamus, & impia vota.
Multorū pœnitentia ſalutaris. *Nunc tu ſola ſalus, cujus tam longa vocantis*
Adveniam, tam laſa diu patientia ſurdis.
Nec petimus vitam, rapiant hæc corpora fluctus,
Quos fœda eluvies, ſcelerúmque licentia tollit:
Tantùm animas miſerare, Pater, tua IUSTA *fatentum*
JUDICIA; *& meritos graviora piamina Manes*
Accipe placatus, pelagique piantibus undis
Purgatos, ne Tartareis rurſum objice flammis.
21 *Talibus orantes lacrymis, plerique feruntur*
Dei miſericordia in pœnitentes. *Fluctibus, hiſque animas ſupremis vocibus efflant.*
PRONA PATRIS *miſereſcere mens, nulla edere mavult,*
Quàm venia exempla, & triſtes compeſcere pœnas.

LAETA-

Digitized by Google

LAETARI NEC MORTE POTEST IPSISSIMA VITA,
IN STYGIIS *mortem ſcelera invenêre cavernis,*
Et dura accerſunt, poſt ſpreta piacula, noxa. Mors &
Sed varios vita caſus mortalis, & horam, pœnæ ſa-
Qua rapit extincti vitalem corporis ignem, lutares.
Commiſſis ſtatuit Deus eſſe piacula noxis,
Purgarique jubet ſontes benè cladibus uſos.
Ergo Pater, quoſcunque imo ſic corde dolentes
Audiit, effuſos quamvis non reprimat imbres,
Nec ſcelerum ultrices pœnas, tamen ore benigno,
Placatóq; ſinu tranſmiſſos æquora Manes I. Petri
Accipit; intereà tutos ſpes carcere condit, 3. 19.
Libera ſperatam advolvant dum ſæcula lucem.
At plures, longè plures, neque territat horror Plures
Oceani: neque tot ſparſæ ſuper æquora mortes obſtinati.
Admonuêre; fremunt animis, atque ora natantes
Indignata mori, cœlóque adverſa ſupinant,
Ac tumido ejectant illapſos gutture fluctus,
Sed fruſtrà: querulas fauces ſuper obruit unda;
Sic ſub aquis gemebunda jacent ſæcla illa Gigantum:
Sic culpâ periêre ſuâ, qui fluctibus hauſti, Gigantes,
Et ſprevêre Dei monitus, horámque ſalutis. Iob. 26. 5.
Cum Patribus rapti infantes, pœnáque parentum
Impliciti: ſed cauſa reos ſua ſegregat omnes,
Mox alio dirimenda foro, quo crimina tantùm Innoxij à
Quemq; gravant ſua, quo repetit ſua præmia virtus. noxiis di-
Quid referam tibi quinq; urbes, quas flamea merſit rempti.
Eluvies, & nitroſis è nubibus imbres? 22
Nec ſcelerum labes toto ſatis æquore lavit Pentapo-
Oceanus: ſuperant ſpargenda incendia cœlo, lis exem-
Quique vorent terras ignes, elementáque ſolvant plum pa-
Omnia, conſumptis ſcelerum omnibus incentivis. tientiæ Dei.
Proluſere orbi Sodoma, infamiſque Gomorrha,
Damnatáq; rogis ſaxa ipſa liquantibus urbes:
Servat adhuc nomen lacus, & veſtigia durant
Mortis, inacceſſæ vivis animantibus unda, Mare
Et ſcelera expirans vapor, & cinis omnia circum, mortuũ.
Pomáque Tartareis ſub fuco farta favillis.
O valles! nemorum quondam ſylveſtribus umbris,

Et medio irrigui fluxu Iordanis amœna,
Cultáque Edenei ſpeciem referentia campi!
Nunc infanda palus cœlo execrabilis unda,
Infamiſque lacus, facies fœtentis Averni.
Quàm cunctata diu ſummi clementia Patris
Pertulit horrendis pelli clamoribus aures?

Peccatorum clamor.

Continuitq; manus, donec rumpentibus aſtra
Vocibus, ac tandem irato deſcendere cœlo
Cogitur, utque oculis propior dum crimina quærit,
Diſceptatque tuens, conſultóſque audit amicos,
Differat excidium, & veniam det, fortè rogatus.
Heu! quàm dira luem latè ſpargebat Erinnys.
Quàmque diu obtendi veniæ indulgentia cauſam

Dei miſericordia.

Quæſivit? contenta decem concedere caſtis
Tot ſontes animas, ſcelerúmque remittere pœnam
Supplicibus: pudet Abramum certare querelis
Vlteriùs; ponítque preces, & ſupplicis ora:
Iuſtitiæ favet attonitus, tot in urbibus exſpes
Integras reperire decem. Vix impia bini

23 Angeli duo hoſpites.

Mœnia contigerant aulæ cœleſtis alumni.
Protinùs hoſpitiis invitat Lottus Ephebos,
Lottus Araniades, Sodomæ qui tum advena muris
Immenſas cumularat opes; ſed largus apertâ
Dona manu paſſim in miſeros ſpargebat egentes:
Æternùm memoranda domus cæleſtibus olim
Hoſpitiis, tanta domino mercede redempto!
Ibant ætherei juvenes, queis lactea colla,

Formæ angelicæ dignitas.

Candentéſque humeros criſpante everberat auro
Cæſaries: roſeus malis pubentibus altè
Ardet honos, ſimiléſque Deo ſtant lumine vultus,
Seria majeſtas ſedet, & reverentia fronte.
Vnde faces non concipiat tam cæca libido,

Sodomæ libido.

Quam nulla jam lege tenet natura, nec ullus
Calcata ratione pudor? nova præda notatur:
Deſignata oculis ædes, peregrináque forma:
Exarsêre faces animis: ceu ſæpè propinquâ

Vt lupi prædam notant.

Nocte lupi, quos dira fames, & ſanguinis ingens
Ardor agit, vidêre gregem, quem paſtor ab alto
Monte domum lætus declivi Sole reducit.

Illi

Digitized by Google

Illi ex inſidiis avidi veſtigia ſervant:
Ductoréſque notant geminos capita alta ferentes
In mediis, niveóque extantia vellere terga;
Obſcurà mox ſepta ruunt ad ovilia nocte,
Exululántque truces, ſignatáque corpora poſcunt.
Excitus fremitu propugnat ad oſtia paſtor, **Sodomitæ ad oſtium domus.**
Armatiq; canes magnis latratibus obſtant.
Haud aliter rabie infandâ ſuadente globati
Circum tecta fremunt omnes, omni ordine cives,
Et prædam clamore petunt, Lottóque minantur **Hoſpites ſuos tuetur Lotus.**
Exitium. Fruſtrà ille foras progreſſus, amanter
Obſecrat ardentes, præſenti aut Numine terret,
Infandum ſi fortè nefas leviore refelli
Flagitio queat: at ratio jam nulla paratos
Ad facinus, neque vis incepto abſterreat ulla.
Ergo virgineo præſtantes flore puellas, 24 **Filias furentibus offert.**
Quæ ſpes ſola patris, geminas perſtantibus offert,
Hoſpitibus tantùm parcant, & tanta verentes
Dedecora, abſiſtant furiis immanibus, ipſa
Naturâ monſtrante vias, luménq; receptent:
Cæca tamen circum, cæciſque ardoribus inſtant
Tecta cohors; rapiántque virum, illudántq; monenti,
Ni juvenes revocent intrò, retrahántq; furentum **Vocantur pœnâ excæcati.**
E turbâ, ac valido objiciant munimine poſtes.
Ac ſimul emisêre manum caligine densâ
Offundunt oculos; geminâque in nocte relinquunt
Implicitos tenebris: nequicquam ad limina nota
Explorant aditus tactu, totáque vagati
Vrbe ſuos quærunt greſſu pendente penates.
SIC INFANDA *ſuis tenebris mulctata libido,*
Inq; oculos caligo animi ſuffuſa reſedit,
Ne videant ignominiam, flammáſq; ſequentes.
Namque indignati juvenes tam cæca furentum 25 **Exitium imminens urbibus.**
Pectora, quin, aiunt, laribus te protinus hoſpes
Proripis, inceſtáſq; procul fugis impiger urbes?
Imminet exitium populis, campiſq;: quid hæres?
Accelera; gravida igniferis tibi nubila nimbis
Suſpendêre faces, & adhuc ſua fulmina frænant;
Erumpent jam, jámque ignes; age, c[illegible]oge propinquos,

 Celle-

Collectámq; domum, & generos his eripe muris
Lotus amicos monet, vocátque. Ocyus. Egreſſus tectis hortatur amicos
Præcipitare fugam, jam jam impendente ruinâ
Tectorúmque, hominúmque: inſtare incendia cælo,
Terrarum inſuetos motus, atque ignea ſtagna.
Irridetur vocatio. Inſanire putant, aut fingere ludicra ſomno
Illuſum, aut vino, aut curis nigrantibus ægrum.
26 Albeſcit jam luce dies; telluris amore
Loto quæ remoræ. Cunctabunda fides in primo limine torpet:
Plena adeò migrare domo, tot linquere campis
Divitias, tantóſque greges, ſecuráque paſſim
Otia, triſte viro; facies nam nulla pericli
Terret adhuc: dubitat ſolus: nec credula conjux
Hoſpitibus: geminas angunt ſua vota puellas,
Nubilibus pactas annis, generíque morantur.
Ipſi adeò dominum famuli riſêre timentem.
Fugæ impedimenta. Heu quid agat? quas ille domo pereunte reſervet
Relliquias? quæ certa fugæ ſolatia tollat?
Virginibus quæ ſit miſeris fortuna? quid uxor?
Incomitata fugam capiat? quas tendere terras?
Cunctantem, neque conſiliis ſat certa moventem
Educunt morantē Angeli. Aligeri extrudunt tectis, manibúſque prehenſos,
Vxorémque, duáſque ſimul cum matre puellas
Extraxêre domo, ſubitóque è mœnibus urbis
Emiſêre, ſupérque hæc trepidis mandata dederunt.
27 Eripe te; tibi, quid ceſſas? via tuta ſalutis
Fugā jubent. Vetant reſpicere. Sola fuga eſt: vitámq; tuam, vitámque tuorum,
Dum licet, abde fuga, montiſque abſcondere dorſo.
At cave verſa retrò fugiens huc lumina flectas
Ad Sodomæ fumantis opes, excuſſáque cælo
Fulmina; neu conjux, néve hîc peccanto puellæ,
Ardentémq; velint patriam ſpectare retortis
Luminibus, caſúſque oculis haurire ſuorum,
Tantiſpérque fugam lacrymâ miſerante morari.
Haud impunè retrò quiſquam reſpexerit; olli
Pœna ſequens æterna ſolo veſtigia figet.
Lotus petit Segor in perfugium. Vix dederant ea juſſa viro, tutóſque receptus
Vicinam in Segorem, ſenior quam poſcit aſylo,
Diffiſus ſpatio in celſos evadere montes.

Atque

Atque utinam, montis potiùs longinqua petiſſes
Fraude alios pater infelix impulſus in ignes!
Non facerent vina inceſtas Segoraa ſorores.
Hæc quoque culpa tamen madido præſtanda parenti.
SIC ETIAM INFANDAE *gentis conſortia fœdant*
Innocuos. Sodomâ quiſquam vix integer exit: Conſortia malorum.
Nam matris labefacta fides; corrupta puellis
Ingenia: & falli facilis per vina maritus.
Iam Sodoma tecta alta flagrant, tecta alta Gomorrha, 28
Iam Seboim piceis, Adamámque è nubibus imbres Imber igneus è cœlo.
Corripuêre: tonat tellus, cœlóque furenti
Reſponſat concuſſa cavis, rivéſque flagrantes
Sulphureis laxat venis: ſonat ignea toto
Æthere tempeſtas, & nitro flammeus imber,
Quo ſylva, quo rura flagrant, liquefactáque celſis
Saxa jugis volvunt rapidum torrentibus agmen;
Omnibus unda vadis bullit: jam terra dehiſcens Ignis è terra, & aquis.
Faucibus abſorbet quatuor cum collibus urbes,
Atque domos mediis ſparſas in vallibus haurit:
Phlegræámq; infert hauſtâ convalle paludem Vrbes merſæ incendio.
Eructans Phlegetonta Erebo, cæcique meatus
Committunt Stygios undis infamibus amnes.
Mortua nunc etiam poſt tanta incendia fumant Mare mortuū. Quā horrēda ſtrages.
Stagna vadis, tetrúmque exhalant gurgite ſulphur.
Quid referam triſtes furias, ſævóſque dolores
Tot pariter populorum horrendâ in clade vlulantum?
Effugiique vias altis circum ignibus omnes
Vndique præcluſas? infrà, ſupráque vomentes
Flammarúmque globos tellurem, & fulmina nubes?
Non crypta, non antra tegunt, non frigida rivis
Flumina, non ullo tellus defendit hiatu.
Vndique prorumpunt ignes, merſíque profundis
Gurgitibus ſenſêre rogos, elixáque ſtagnis
Corpora defluxêre: cadunt vacua artubus oſſa
In cineres, rapidúmque ſtatim ſolvuntur in ignem. 29
Talis erit mundi facies ſuprema ruentis, Allegoria Mundi cōflagratio.
Extremúſque dies ſummo quando æthere Iudex
Sontibus inſtabit populis, altóque tremendus
E ſolio, armabit cœlos, elementáque ſolvet

Luc. 17. 28.
Legibus, ac Furiis omnes immittet habenas,
Chriſtus Iudex armatus.
Cui lorica triplex tegit implacabile pectus,
Et ſurdas ad vota aures premit horrida caſſis,
Nutantéſque vibrant criſtarum à fronte pavores;
Sap. 5. 18. Iſa. 59. 17.
Iuſtitiæ in læva riget impenetrabilis umbo:
At dextra horrificis criſpans ſtridoribus haſtam
Contorquet, certum exitium, æternúmque ferentem.
Virgatum ſuper ardenti tegit ignea zelo
Arma ſagum, & ſævi præeunt veſtigia faſces,
Horrendaq; micant in colla inimica ſecures.
Nullum effugium.
Heu quis ab occurſu fugiat? qua terra? quis axis
Accipiet, fac velle, fugam? concluſa ruinis
Omnia: convulſaq; ſuis ſtellæ axibus errant,
Stellæ cadent de cœlo.
Palantéſque cadunt; & mundi ingentia fumant
Mœnia: comparent redivivo è pulvere ſontes,
Compulsique adſtant trepido clangore tribunal.

30
Quæ fortuna uxoris Loti.
Dum tantos confuſa cient elementa tumultus
Vndantémque globis volvit fragor undique fumum
Quæ fuerit profugis forſan fortuna requiras?
Semineces terrore, caput ceu cæca ſequantur
Fulmina, neglexêre ſuos tantúmque ſalutis
Quiſque ſuæ meminêre: fugam nataq;, patérque
Corripiunt; fugit ipſa etiam mœſtiſſima conjux
Fides lapſa amore patriæ.
Principio. Heu cæcum patriæ pereuntis amorem!
Hærentéſque opibus curas! diſcrimine rerum
In tanto, concuſſa Fides, quam ſtare cadentis
Tot Sodoma clades, tam certa eventa jubebant.
Reſpectat patriam ardentẽ.
Non tenet infelix oculos; paulúmque morata
Reſpectat miſerans ſimul & ſale viſcera ſentit
Aſtringi: ſale anhelantis concreſcere fauces:
Mutatur in ſtatuã ſalis.
Et conata fugâ ſtantes divellere plantas,
Pondus iners, ſcabrúmque ſtupet per crura rigorem.
Iam ſale ſtant defixa pedum veſtigia ſaxo,
Quo ſteterat viſura rogos: gemit anxia monſtris,
Et lacrymæ ſalis imber erant, guttæq; rigentes.
Stant ſale tabentes oculi, lucémque ſupremam
Veſtigant, ſurſúmque adverſis orbibus albent.
Veſtis etiam in ſalem verſæ
Ipſæ adeò traxêre ſalem cum corpore veſtes,
Concretique ſinus, tunicæq;, & pallia ſervant.

Per

Per rigidos luctata artus è marmore vita
Evolat, erectúmq; animâ fugiente cadaver
Perſiſtit monimentum ingens, triſtéſque ſalinæ,
Vnde ſalem fatuis ſacrum Sapientia præbet,
Et memores jubet inſulſos aſpergere mores
Exemplo, ac ſtantis ſimulacri advertere formam
Fœmineâ in pœnâ, fideique ad juſſa morantis,
Ne quem pœniteat miſiſſe ad grandia dextras;
NEU COEPTUM virtutis iter mens languida carpat.

Cadaver ſibi conditura, & conditorium. Luc.17.32.

Proptereáque ſalem hunc non ullus diluit imber,
Non ullæ abſumunt hiemes, aut damna figuram:
Vivit in exemplum pœna immortale cadaver,
Acciſóſque ſale æterno ſibi ſufficit artus.
Res loquitur per ſe ipſa palàm documentáq; ſervant
Engaddis, mare ſulphureum, & ſtans fœmina ſigno,
Nitroſóque ſinu tetrum halans terra vaporem.

Statua ſalis æterni.

Sal vivax ſeſe reparat.

Monimẽtum incõſtantiæ.

His igitur rerum tantis, Iethro optime, cauſis, 31
Sic equidem reor, illa Dei conſtare voluntas
Clara poteſt, vitam cunctis quâ gentibus offert,
Et dare vult; æternæ omnes jubet eſſe ſalutis
Conſortes, miſeránſq; omnes invitat; & infert
Propterea tantùm pœnas, plectitque ſuperbos,
Quòd ſua ſit contempta ſalus, neglectáque vita,
Et cæcis toties oblata occaſio fruſtrà.

Colligit Moſes vocationem gratię generalem.

Id Pharao infelix ſerò, & Pharaona ſequuti
Fluctibus in mediis tandem clamore profeſſi,
Et decies confeſſa Dei ſub verbere Memphis
Spectavit, ſenſitque manum ad meliora vocantem.
SOLA IGITVR ſua ſit miſeris culpanda voluntas.
At, ſi quos Deus integros communibus uſquam
Cladibus involuit, vita mortalis abundè
Iacturam ſic parta ſalus cum fœnore penſat,
ET PROPERATA LVCRVM MORS EST; ET FORTITER HAVSTA
GLORIA: VIRTVTVM SEGETI SORS ASPERA CAMPVS.

Quam fatentur ipſi gratiæ contemptores, Ægyptij, & Pharao.

Calamitatum ſocietas lucroſa integris,

Iam verò quòd præcipuos toto agmine quoſdam 32
Eximio ſupra turbam dignatur honore,
Illuſtrátque Deus donis; quis jure queratur,
Quòd populis creat ille duces? quòd præficit orbi

Electi quidam inſignes quare.

Signi-

Signiferâ virtute viros, impenſiùs ornans,
Déq; ſuis cumulans opibus? quæ injuria cuiquam
Hinc cauſanda venit? MUNDI EST EA PUBLICA VIRTUS;
Et nulli officiens paucorum gratia, ſervit
Omnibus, oſtenditque vias, & lumina præfert.

Bono publico naſcuntur magni & electi viri.

Sed, pater eſt Deus? Et Dominus, rerúmq; ſuarum
Arbiter; utq; pater, Dominúſq;, æqualis in omnes,
Qui patrẽ, Dominúmq; vocant, redamántq;, timéntq;.
Sed tamen arbitrio ſortes moderante paterno,
Ipſe ſuas partitur opes, & munera cunctis.

Deus gratiæ ſuæ Dominus.

ET MODÒ quiſq; habeat ſibi quod ſatis, ac ſuper, uſquã
Nemo queri de patre poteſt, dominóq;, niſi quis
Degener in patrem & dominum verba impia jactet
Invidus in fratres idem, ſimiliſq; Caïno,
Atque hæres, ſociúſq; fugæ, fratérque Gigantum:
Aut gerat incudes animo, Pharij aſſecla Regis:
Involuique lacu dignus, flammáq; Gomorrhæ.

Querull Caïno ſimiles.

33 Et figulus tot vaſa rotâ molitur eâdem,
Axe uno tam diſſimiles volvente figuras;
Argillâq;, manúque unâ, nunc urceus exit,
Amphora nunc; uſus varij, diverſáq; poſcunt
Munera diſtantes, variáque capedine formas;
Majorémque refert artis prudentia laudem,
Quo plures ſimul illa vias inſiſtere formis
Vna poteſt, atque ingenij comprendere curâ.

Gratiarũ & donorũ varietas. Officina figuli. Rom. 9. 20.

Quid memorem tam diſſimili fulgentia mole
Sidera, nec paribus radiis & lumine ſtellas?
Quæ, quanta tamen arte ſuos alto æthere curſus
Nocte regunt? atque ut vigilum cuſtodia ſervant,
Muneribúſq; ſuis lætatæ, & ſortibus omnes
Concentu aſſurgunt Domino laudántq; ſatorem,
Qui tamen haud æquos cunctis deſcripſerit orbes.

Stellæ inæquales mole, & luce.

34 Quid tam diſſimiles unius corporis artus?
Quid referam tot membra tibi, quæ ſpiritus intus
Vnus agit, vitámq; ſuam per ſingula miſcet,
Et replet, & juſtos aptè contorquet in uſus,
Quantùm non hebetes ſtupidâ torpedine nervi
Obſtiterint? tum ſi qua lues fortunáve cogat

Membra corporis varia, ſpiritus unus

Abſcin-

Abſcindi, membrúmq; aliquod compage revelli,
Aut ægrum ferro, & ſtimulis candentibus uri:
Heu! quantos membri unius jactura dolores
Fert animo? triſtem ille fugit, nollétq; medelam
Horreſcens ferrum, & flammam: mæſtiſſimus altè
Ingemit; & partem, vitio quæ mortua, perdit
Invitus. Sic illa patris clementia ſummi,

Nullum abſcinditur, niſi invita anima, & gemente.

Quæ ſibi mortales, velut uno in corpore membra
Aptat habens, vegetátque intus vitalibus auris
Spiritus ille Dei, vitámque per omnia fundit,
Partitúrque vices cunctis, & munia mandat:
Hoc agit irrupto ut conſtent ſibi ſingula nexu.

Deus invitus punit malos.

NIL MAVULT, quàm ſe integros ſpirare per artus:
VIVERE SE UNO OMNES, ſe vivere in omnibus unum.

Mallet dare veniam.

At ſi fortè aliquam vitij contagio partem
Corripiat, poſtquàm ſuccis pollentibus herbas
Admorit, ſimili in morbo quas ſæpe ſalubres
Experti ſenſêre artus: poſtquàm omnia fruſtrà
Lenimenta mali tentavit: & ulcera dudum
Blanda nihil medicina juvat; tum cingitur igni

Cũctatur juſtitia.

Et ferro; triſtique abſcindit vulnere membrum
Multa gemens, procul integris à partibus arcet,
Æternóſque luem duram compingit in ignes,
Invitiſque aperit rictu fumante Gehennam.
Sic illi cecidêre olim, nupérque rebelles:
Sic quicunque cadent deinceps, ſpernéntque malignâ
Mente medentis opẽ, & patris medicamina vincent.

Reprobatio quomodo fiat.

Gehenna aperta quomodo.

Hactenus hæc ſatis, alme Socer, neque longiùs ire
Hoc pelago mihi vela jube, neque littora curſim
Abramidum ſtringam, Patrúmque ingentia facta;
Quod ſupereſt de nocte, legam: ſine carbaſa paulùm
Feſſa cadant, téque ad ſomnos hoc littore ponam.
Noſtrarum te adeò capiat ſi gloria rerum
Iſacidûm, cras ſi jubeas, luſtrabimus æquor.

Moſes perorat.

Sic ſocerum ſera Moſes jam nocte docebat,
Et ſummi memoranda Patris benefacta ſequutus,
Nequitiámque hominum inſignem, ſic ſponte ruentũ
In ſcelera, & ſcelerum pœnas vincebat apertè,

Nec

Digitized by Google

Scopus illius. *Nec cælo arceri niſi per ſua crimina quenquam;*
Nec quenquam niſi præſidio, ductúq; patentis
Ætherei ſibi poſſe viam munire ſalutis!
Tum patrio nullas excludi pectore gentes:
Viſceribuſq;, ſinúque Deum geſtare paternis
Mortales, niſi ſe excutiant, ipſique furentes
Exitium, & diram affectent per crimina mortem.
Queis Raguel victus ſignis hæc edidit ore.

Iethro cõfitetur Deum. *Iam mihi jam certâ conſtat ſententia mente*
Iſaciis Numen, quod ſolum inſcribitur aris,
Et ſolum regnare ſolo, cælóque tremendum.
Notus in Iſraël Deus. Pſal. 75. *Hac Deus ipſe domo claram ſibi condere gentem,*
Et mundi excelſam tenebris attollere turrim
Conſtituit, cæciſque vadis accendere lucem,
Quam videant longè pelagi jactantibus undis
In dubiis puppes brevibus, certaq; prehendant
Optatos Fidei portus, ad lampada cæli;
Extantémque Pharum Oceano. Tua ſigna, tuúmque
Iam video, lux alma, jubar: tua lumina ſector
Protinus oſtenſámque viam, Ter maxime lucis
Arbiter; inque tuis mereo, Gens inclyta, caſtris:
Sum veſter, ſancti Iſacidæ, ſum veſter, ad aras
Mox orto cum ſole manu hac cadet hoſtia veſtras,
Et confeſſa meos ſummo de Numine ſenſus
Obſtringet geminas æterno fœdere gentes,
Vt coëant animis, & eodem in lumine vivant.

Iethro ſacrificat Deo. *Sic ait: Vtque brevi ſtratis recreata ſopore*
Corpora, confeſtim Solis redeuntis ad ortus
Plurima ſolenni properatur victima ritu,
Vota Deo ſolvit Raguel, Proceréſque vocati
Epulum corã Domino. *Veſtibulo in templi caſis in ſacra juvencis*
Extruxêre dapes latis tanto hoſpite menſis.
Inde dies, aliúſque dies ſuccedit, & ardet
Relligio magis atque magis, creſcitque viciſſim
Collatis hinc conſiliis atque inde, remotâ
Invidia, & ſe judiciis Reſpublica format.
Iudices tributim inſtituti. *Conſilium ſoceri Moſes, mentémque ſequutus*
Spectatâ virtute viros, uſúque valentes
Conſtituit, qui compoſitis ex jure tributim

Liti-

Litibus, inſtituant cives, & jurgia tollant
Arbitriis Æqui, atque Boni : tum cætera ſummo
Iure ſecet, dirimi nequeant, quæ maxima, Princeps.
Sic poſitæ legéſque foro, legúmque miniſtri.
At legum ambigui ſenſus in Principis ore,
CUIUS CORDE SIBI *poſuit ſapientia ſedem,*
Vt pectus linguámque movens oracula promat;
Quantùm non prohibent ſacros præcordia motus,
Séque ſinunt duci juſto moderamine Reges:
IPSI SEQUE DEI *agnoſcunt in parte miniſtros;*
SUPREMÓQUE FORO MEMINERE EXAMINIS URNAM.

LIBRI DECIMITERTII

Argumentum, & Synopſis.

ABSOLUTUM Tabernaculum ſub anni primi finem recenſet Moſes ad amuſſim reſpondens exemplari demonſtrato in monte. Collaudatis artificibus, illud erigitur Dei juſſu ineunte ſecundo anno ab exitu, prima die menſis primi; qua die dedicationis initium fit, ac ſimul Aaron in Pontificem Summum, quatuor ejus filij in Sacerdotes incipiunt conſecrari. Tabernaculi Encænia, & miniſtrorum conſecratio ſolenni poſteris ritu, ex Dei edicto ſeptem totos tenuit dies. Octava die juſſus Aaron cum filiis primùm ſacrificat; cœleſtis ignis prodigio divinitùs in altare immiſſi, quemadmodum promiſerat Moſes, primitiæ honorantur à Deo cui litatum prorſus, & ratum cœlo Pontificis, Sacerdotúmque delectum, populus omnis perſpicui miraculi aſſertione cognoſcit. Tam fauſtam populo diem, tam magnificam Pontifici tot, tantíſque familiæ prærogativis, improviſa duorum Sacerdotum Nadabi & Abij ſideratio funeſtavit in tabernaculi veſtibulo; quòd igni cœleſti minùs attentè parcentes, qui novus in Altari ardebat, ad ſacrificia deinceps æternùm alendus veterem, & profanum è coquinâ ignem, ad incendendũ thymiama temerè uſurpaſſent. Efferuntur è templo & caſtris eorum cadavera, magno omnium luctu, præter Aaronem, & ſuperſtites duos fratres conſecratos; quos ſevera denuntiatione territans jubet Deus ſiccis oculis, & eodem in veſtigio ſpectare tam cara funera ſine gemitu. Tam levi, ſcilicet, in culpâ, vel errore potiùs juvenum Sacerdotum, & rudium adhuc in ipſis commiſsâ

miſsâ primitiis ſuos Deo cultus ſancire viſum, tanto ſeveritatis exemplo: ut illis initiis oſtenderet, nihil quãvis exiguũ, in tantæ majeſtatis honoribus & religione negligendũ: & ab ipſo ſuo Sanctuario, ut præcipit Ezech. 9. 6. velle exordiũ fieri vindictæ, ut aliis exemplo utrinq; præluceant Sacerdotes, religione videlicet attentâ, & neglectæ vindictâ. Cætera, quæ ad tabernaculi fabricã, ad Pontificias, & Sacerdotum ſacras veſtes à Moſe multis Exodi & Levitici capitibus, aut alibi tradita, hoc libro explicantur, & finiuntur cũ Exodo & Levitici capitibus 8. 9. & 10. quæ huc pertinent.

1 Tabernaculum abſolutum recenſet, probátque Moſes, ponendum in mediis caſtris ut Auguſtale DEI, & præſidium populo, præcipuâ religionis curâ.

2. Laudantur Artifices publicè: benéque illis precatur à DEO Moſes.

3. Inſtante novâ Lunâ menſis Nizan paratur area tabernaculo in atrij ſeptum, patens ab ortu in occaſum centum cubitos, latum à meridie in ſeptentrionem quinquaginta, baſes & columnæ inferuntur ſexaginta, quarum viginti utrinque in lateribus longioribus ſtatuuntur: denæ autem in fronte, & tergo latitudinis: baſibus æreis mucronatis, ut probabiliùs: ſcapis, vel æreis fuſilibus, ut quibuſdam placet, vel ſettinis, ut veriſimilius, ſed argento bracteatis; capitellis argenteis. Columnæ atrij altæ cubitos quinque, firmatæ funibus, & clavis æneis ſolo fixis, ad velum ſepti continendũ contra ventos, & excludẽdos oculos circumfuſi ad latera populi. Sed humiliore ſepto atrij, extabat, & videri poterat tabernaculi tectum, ac fortè etiam interdum altare holocauſtorum; maximè à fronte, ubi ad quinque ſepti medias columnas ſuſpenſum velum viginti cubitos longum attollebatur interdum, ut populus introſpiceret atrium, ubi miniſtrabant Sacerdotes nudis pedibus. Per hoc velum aditus patet in atrij ſeptum.

4. Tabernaculi area in medio atrij ſepto patens in

longum ab ortu in occaſum triginta cubitis, in latum decem à mediâ atrij areà in occaſum porrecta, à tergo & per latera diſtans à ſepti columnatione viginti cubitis, & ab ortu quinquaginta: quod ſpatium ſacrificiis liberum ſub dîo ad miniſteria. Baſes argenteæ tecti in valli utroque latere quadraginta longiore, ut binis baſibus ſingulæ tabulæ inſererentur, vicenæ utrinque: ad occaſum in tergo baſes ſexdecim, tabulæ octo; quarum duæ, quæ latera ad angulos committunt, habent unius tantùm tabulæ latitudinem, altæ cubitis decem, junctæ, nexæque omnes in vallum trajectis per annulos vectibus, cinctu, ſeu Zonâ quintuplici, totidem, ſcilicet, vectium ordinibus, quos probabilius fuiſſe externos omnes & nullum latentem in mediis tabulis: probabile etiam ſupernè tabulas habuiſſe aliquam coronidem, quæ regulæ inſtar omnes in ſummo æquaret, & intus ſpectaretur ſub intentis cortinis tecti.

5. Domus interior ad occaſum, ſeu Sancta Sanctorum decem cubitis in quadrum patens: columnis quatuor ab exteriore dirempta domo velum intimum ferentibus, capitellis aureis, baſibus argenteis, ſcapis ſettinis auro veſtitis, & cælatis; ex quibus velum polymitum Cherubinis, & floribus, varium pendebat ante Arcam.

6. Domus exterior, ſeu Sancta, longa viginti cubitos, lata decem; quam dirimunt ab atrio Sacerdotum columnæ quinque, capitellis, & incruſtaturâ aureis, baſibus æreis: appenſo ad capitella velo polymito, picturato, florido; per quod ſubirent Sacerdotes ex atrio in Sancta illaturi thymiama, propoſitionis panes, & ad lucernas manè, & veſpere concinnandas.

7. Vela tecto intenduntur quatuor, ex cortinis per anſas, fibulâſque connexis compoſita. Primum, quod infimum, byſſinum, variegatum, ex cortinis decem, longis cubitos viginti octo, latis quatuor, totum vallum tabularum operiens, & ad tria latera ambi

ambiens, ac pertinens prope ad tabularum baſes. Supra quod ſecundum ductum velum è cilicinis ſagis, ſeu centonibus: cujus cortinæ longæ erant triginta cubitos: undecim autem ſimul connexæ tendebantur in quadragintaquatuor cubitos: ita cortinæ undecimæ exceſſus tanquam lacinia partem anteriorem tecti protegebat: & excurrens in tergum, & latera cilicinum velum operiebat etiam baſes columnarum. Vela duo alia huic centoni inducta, è pellibus arietum rubricatis tertium: ex janthinis, aut hyacinthinis quartum. Certè, ſi quod fuit tabernaculo tectum præter illa duo priora vela hærentia tabularum vallo ad arcendos imbres ut quidam putant, probabile eſt duo hæc poſteriora è pellibus vela tentorij ingentis inſtar toti tabernaculo ſuperintenta, & non cohærentia tabulis pependiſſe ad defendendos imbres. Neque id laborioſum valdè fuit, cùm tabernaculum cubitos tantùm decem altum eſſet. Et quamvis rari, non tamen nulli eſſent imbres quadraginta totis annis, ac poſteà in Silo, & alibi ante ædificatum templum.

8. Erecto tabernaculo, Arca fœderis infertur in domum interiorem, & in meditullio collocatur: ſuperque eam Propitiatiorum, ſeu Oraculum, ita ut ſecundùm ſuam longitudinem Arca obverſetur velo, & extremi ad latera utrinque vectes ingredientibus occurrant in velum directi.

9. Collocatur in exteriore domo, ſeu in Sanctis Altare thymiamatis prope velum oppanſum Arcæ, in medio coram Arcâ, & oraculo. Ad medium latus meridionale valli candelabrum: è regione menſa panum propoſitionis ad Septentrionem: domus enim Dei, domus orationis eſt, & lucis, annonæque penus.

10. Importatur in atrium medium Altare æreum holocauſtorum: cúmque gradibus ad illud aſcendere nefas eſſet, ſtatuitur in umbone aggeris è ceſpitibus ſubſtructis acclivi undique in orbem, & camino hiante occulto ſub ipſo altaris cavo alveo, & crate, ad deri-

derivandos, & exportandos cineres. Circum altare pelves, & lebetes, Volcaniáque arma: & furcæ jugatæ ad ſacrificiorum lanienam: abſurdè enim quidam ſuſpendunt hoſtias ad columnationem ſepti, ad pelles cæſis & jugulatis detrahendas.

11. Labrum æreum de mulierum ſpeculis cum ſua baſi ponitur in atrio inter altare holocauſtorum, & velum domus exterioris cavatis ſubter ſcrobibus, ut veriſimile, lapidibus infoſſis, quos inter elaberentur atque haurirentur aquæ, ne circum baſim ſtagnaret pavimenti lutulenta area.

12. Vocato Kalendis prima luce populo ad tabernaculi dedicationem, & Pontificis, Sacerdotúmque conſecrationem, principibus intra atrium acceptis, ut publicis fidejuſſoribus, hortatur omnes ad dicandas Deo mentes, quæ templa illius ſanctiora.

13. Perfuſis omnium animis pietatis unguento orditur dedicationem ab unctione: totámque domum, per ſuas partes, & vaſa omnia perungit.

14. Manifeſto miraculo Dei Majeſtas nube, & columnâ è vetere tabernaculo, quod erat extra caſtra migrantibus in novum, ſe ſe infert ſpectabili gloriæ, & ſtabilis præſentiæ clariſſimo, certiſſimóque pignore: undante undique è penetrabilibus copioſiſſimâ luce.

15. Deſignatus à Deo Pontifex Aaron, & deſtinati ſacerdotio ejus filij, & Levitæ cæteri in tabernaculi miniſteria poſtulantur: ut deinceps in ſola Aaronis familia ſit ſacerdotium: & cæteri ex familiâ Levi omnes pro Iſraëlitarum primogenitis à Deo vindicati, traduntur Aaroni, & filiis ejus, ut illis miniſtrent in ſacris.

16. Aaronacum filiis oblatum Deo docet Moſes, quanta ſit ſacerdotij ſummi majeſtas, quanta Ordinis dignitas: tum ritè luſtratum aquâ obtento ad fontem velo ſubligaculo & tunica ſtrictâ byſſinis induit, zonáque textili floridâ, tanquàm longo ſerpentis ſpolio præcingit: ita productum ad populum docet, quos illa tunica, & zona flagitent forméntque mores.

17. Tuni

17. Tunica hyacinthina induitur coram populo, pendentibus in limbo inter mala granata textilia tintinnabulis aureis: cui, ſi præter oram textilem in fiſſurâ, quâ capiti injecta collo hærebat, capitium pileoli inſtar fuit non turbinati, ſed rotundi medios in humeros rejecti, & vacantis ad ſolum ornatum.

18. Superhumerale inducitur, ſeu thorax Sardonychatus utrinque, ſuper humeros grandibus gemmis duabus, ſena ſingulis Patriarcharum nomina ordine natalium inſculpta ferentibus, balteo ad thoracem addito; non obſcura ſignificatione Pontificiæ majeſtatis, in qua elucet imago divinæ portantis Orbem, & omnia, quæ Verbo condidit.

19. Rationale quadratum opere textili duplex: ad firmitatem Doctrinæ, & Veritatis: quas præferunt gemmæ duodecim, quatuor digeſtæ ordinibus, & inſcriptæ duodecim Ducum nominibus. Thoraci in pectore inſeritur, & appenſum ab humeris duplicibus catenulis aureis duabus, & infernè fibulis connexum ſagulo, cohibetur cum thorace baltei cinctu. Doctrina, & Veritas, in lege exponenda, & formandis populi moribus ab aſſiſtente S. Dei Spiritu certitudinem ſummam fidei, & morum ſanctitatem, ſine ullo prorſus errroris periculo promittunt Synagogæ, exhibent in ſummo Potifice Eccleſiæ. Et Deus hoc Oraculum Regibus, ac populis omnibus aperit, & audiri imperat.

20. URIM, & THUMMIM in Rationali nihil aliud quàm in pectore, & ore ſummi Pontificis Doctrinæ lux, Veritatis, fidei, ſanctitatis & morum in ſpectabili regulâ, & Doctoris cathedrâ ſplendor. *Labia enim Sacerdotis cuſtodiunt, ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus; quia Angelus Domini exercituum eſt.* Malac. 2. 7. Reges ac Principes, ut prima Dei cura, gemmis inſcripti paterno Pontificis pectori præcipuè traditi, & commendati.

Digitized by Google

21. Tiaræ pontificiæ majeſtas capiti Aaronis imponitur, adoranda vel ipſis Angelis inſculpto ineffabili Dei nomine in lamina aurea, quam conectit vitta hyacinthina. Forma pileoli rotundi, hemicycli, & cohærentis verticí ſine cucullo, aut recto turbine Perſicæ tiaræ. Sed texta hyacintho vitta polymita per ſpiras in orbem dimidium conſutas, in verticem uſque ducta ſuper pileolum interiorem byſſinum volvebatur, ad tiaram, ſeu cidarim concinnandam in modum aſſurgentis per ſpirales orbiculos coronæ intextis calyculis, floribus, ſtellularum inſtar: ita corona cum cidari in ſummo vertice Pontificis, tanquàm in cœli axi vertex circulus finiebatur; hæc enim maximè forma facit ad illam ſignificationem Orbis totius, & cœli repræſentati pontificiis veſtibus.

22. Pontificis ſummi Majeſtas imago divinæ in terris toto Orbe indutæ, & Naturam rerum geſtantis: quâ tanquam ex habitu, & veſte cognoſcitur. Aaronem, quæ ejus ſint partes, docet veſtimentum.

23. Aaronis filij loti à Moſe veſtiuntur tunicis & pileolis byſſinis, zoníſque cinguntur. Aaron cum filiis ùngitur: vitulus pro peccato eorum immolatur; cremandus extra caſtra.

24. Aries in holocauſtum mactatur, & in altari crematur. Aries alter in hoſtiam pacificam cæditur: cujus ſanguine infima dextra auricula Pontificis, & Sacerdotum & pollices manuum pedúmque dextri tinguntur. Eodem cum oleo unguenti miſto, ipſi, veſtéſque eorum aſperguntur, & conſecrantur. His ritibus continuatur initiatio ſeptem diebus totis, quibus Aaroni, & filiis capitale ſit extuliſſe ex atrij ſepto pedem.

25. Octava demum die peracta inauguratione, jubetur Aaron cum filiis initium ſacrificandi facere: ratam cœlo illorum conſecrationem, divino mox teſtimonio confirmandam ſpondet populo Moſes.

26. Sacrificat Aaron, remoto ab altari vetere igni.

Lignis

Lignis in crate purâ ſtructis, cæſarũ ſuper hoſtiarum artus ponuntur. Pontifex ab altari ad tabernaculum converſus orat pro ſe, & pro populo.

27. Inde ubi deſcendit, preces infert in Sancta cum Moyſe, ſtatímque regreſſus ad populum benè precatur toti multitudini: auditas cœlo preces, & ratum potificatus honorem præſentis Dei gloria immïſſo in hoſtias cælitùs igne teſtatur; quo conſumptis hoſtiis, manifeſtè litata ſacra,

28. Nadabi & Abij mors imminens occulta adhuc Moſi; quare?

29. Peractis jam propè omnibus, cum dimitti cœpiſſet concio, Moyſes Aaroni, & filiis promulgat, ut probabile, legem de cœleſti Igne æternùm alendo, eóque ſolo adhibendo ad ſacrificia, & thymiama; ejúſque myſticam ſignificationem docet: communi igne rejecto, ut alieno à ſacris, & prohibito: quid enim committerent in ſacris vitij Nadab, & Abiu, niſi vel nunc primùm, vel antè fuiſſent hoc de ritu edocti?

30. Coruſcante vehementiùs in altari cœleſti igne, vel perterriti ut rudes in primitiis illis ſuis, & adhuc novitij, vel religione aliquâ perturbati, patre & patruo non advertentibus, ignem obvium communem ex coquinâ proximâ raptim tollunt in ſuas acerras, & thymiamate injecto properant ad tabernaculum. In ipſo aditu erumpente è penetralibus flammâ momento extincti, veſtibus illæſis concidunt, ad omnium terrorem, & cæterorum miniſtrorum exemplum.

31. Aaronem & filios ſuperſtites duos Eleazarem & Ithamarem lugere vetat Moyſes, ne lacrymis, & luctu ſacra non impunè polluant; nec niſi ſuo magno, & publico populi damno; tanquam illam tam ſeriam, atque in principiis ſanciendæ religioni neceſſariam animadverſionem ſuo planctu improbare videantur. Cadavera juvenum efferri extra caſtra, funúſque curari per Miſaëlem & Eliſaphanem propinquos jubet Moyſes.

Digitized by Google

32. Sepeliuntur extra caſtra, ut probabile, in byſſinis tunicis, in quibus erant de cœlo tacta ad exemplum corpora, & cœleſti ſalita igne, conditáque. Inſcribitur tumulus ad exempli memoriam.

33. Eliſaphan excurrit brevi epicedio in cauſam mortis tam improviſæ. Unde novi Teſtamenti Sacerdotes, & miniſtri Altaris Chriſti informentur ad religionem, & reverentiam.

34. Confecto Exodi cum Moſe tractu, modica Muſis quies indulgenda, vel ad inſtaurandas fides, vel reficiendos cothurnos, in viam longiorem.

Digitized by Google

LIBER DECIMUSTERTIUS

DEDICATIO TABERNACULI: AARONIS ET FILIORUM EJUS CONSECRATIO.

SED volat intereà, volat, ac jam vertitur annus 1
Primus ab egreſſu Phario: jámq; omne redēptor
Vriades abſolvit opus; perfectaq; cuncta
Iudicio exploranda dedit Mosiſque, ducúmque,
Materiâ, formâque operum num ſingula conſtent,
Artificúmque fide, quales caſtiſſima poſcit
Relligio, Exemplárque typis in monte notatis.
Iámque diem Deus indixit, quæ prima dicando,
Prima eadem primi menſis celeberrima templo,
Metatúſq; locum ſeptis. Ergo ampla paratur,
Quæ tectum accipiat mediis pura area caſtris;
Quippe illam populo mediam præſentiùs arcem
Præſidium Pater eſſe jubet, circúmq; tueri
Relligione, metúque ſuos; huc undique vota
Confluere; auxilium hinc omnes ſperare precando,
Mirarique ſuper ſacra ſtantem tecta Columnam,
Et vigiles Patris curas de Nube loquentis.
Ritè recenſitis igitur, meritóque probatis.
Omnibus, accitos Moſes jam laudibus ornat
Artifices, largáſque illis à Numine grates
Expoſcens cœtu populi ſpectante precatur.
Beſeleel, túque Oliabe, & quorum inclyta tanto 2
Nomina ſunt inſcripta operi ſudoribus iſtis
Ingenij, doctæq; manus, tótq; artibus extant,
Quæ nulla è cœli tabulis aboleverit ætas.
Non opis humanæ meritis perſolvere veſtris

Tabernaculum abſolutum ſub finem anni.

Ponendũ in mediis caſtris.

Moyſes laudat artifices.

Mercedem: labor iſte Dei eſt, & copia, qui vos
Ingeniis adeò inſignes, atque artibus auxit,
Dignatúſq; manus veſtras his paſcere penſis.
Inde igitur dignum pretium ſperate labori,
Vnde veniet centum vicibus cumulatius omni
Humano ſudore lucrum: nec nulla feretis
Intereà à memori populo ſolatia vitæ
Mortalis, pretiúmque manus; manet inclyta famâ

Benè illis precatur.

Gloria, nec mortale decus vigilaſſe Tonanti,
Atque illi poſuiſſe tholum. Quare, Optime mundi
Conditor, Iſacidûmque Pater, dignare paratam
Hiſce operis habitare domum, Thensámque volantē:
Pacifico donec Regi ſtent alta Sionis
Fundamenta, ſitúque æterno immobile templum.
ET MERCES *nimis ampla, tibi hunc placuiſſe laborē.*

3 *Sic fatus jubet inſtantes Arona Kalendas*

Paratur area tabernaculo.

Expectare ſacris lectâ cum prole paratum.
Tum certatim operas ſeptis intendere vela,
Atriáque ingenti circum qradrangula ductu
Explanare, & utrumque latus protendere centum

Longa 100. cubitos, lata 50.

In cubitos, quibus hinc Borean, hinc excipit Auſtros,
Quinquaginta intus dirimi, quâ proſpicit ortus,
Et totidem aſpectant Solem quâ terga cadentem,
Plano igitur, puróque ſolo mucronibus altè
Infixas ſtatuêre baſes ex ære coruſco

Columnæ atrij. 60. argento bracteatæ.

Vicenas hinc, inde latus, qua currit utrimque
Longius: at fronti denas, tergóque dederunt:
Sexaginta omnes: totidémq; ex ære columnas
Inſervêre ſuper, vacuo queis fuſile thyrſo

Baſes 60. æneæ, mucronatæ.

Firmat opus dentem, pedibúſque immittit ahenis.
At circum argento candentes bractea ſpiras
Implicat, & ſparſis ſerpit ſuper ære corymbis.
An potiùs ſcapos ex cedro argentea circum

Scapi ſettini.

Cruſta tegit, variiſq; inſerpens frondibus ambit?
Fuſi ex argento capitum longo ordine ſuprà

Capitella argentea.

Stant calathi, qui torta gerant velamina byſſo
Verticibus ſummis duplices ſuſpenſa per uncos,
Intentique tenent funes vela, atque columnas

Columnæ & vela.

Affixis ſolidâ clavis tellure, frementes

Neu

Digitized by Google

Neu rapiant ſeptum venti, neu carbaſa jactent
Quæ quinos tantùm in cubitos ſurgentia cingunt
Exteriore domum vallo, templúmq; coronant;
Nec prohibent, ne celſa ſuper delubra pateſcant,
Spectentúrque procul fuſis circum atria turbis:
Quodque ſatis viſus arcent hæc ſepta profanos,
Exercéntq; metus caſtos; adeundáque monſtrant
Mentibus ac votis potiùs, quàm corpore ſacra.
Libera præcipuè ſpatia, & tranquilla miniſtris
Summotá ſic plebe patent, intentáque prorſus
Relligio, expendénſque omnes Reverentia ritus. Atrium patens in Sacerdotum miniſteria.
At frontem, quâ ſe medios direxit in ortus
Solſtitiis, ingens textu cortina tuetur
Ingreſſus, quinque ad valli ſuſpenſa cylindros,
Viceniſque patens cubitis; quas inter Eoa Velum atrij cubitos 20. longum.
Oſtia lata aperit quatuor contraria Phœbo,
Queis adeant aras Myſtæ, queis munera tectis
Importent, pecudúmque greges, armentáque ſanctis
Lecta focis: longè populi, longè atria denſis
Conferti obſervant cuneis, cupidóſque reducto
Tranſmittunt velo viſus, ſpectántq; ſilentes,
Attonitique aras, pedibúſq; per atria nudis
Succinctos tunicis niveo de ſtamine Myſtas. Sacerdotes nudis pedibus.
Et quoties veli feſtis aulæa diebus
Altiùs attollunt uncis mordentibus anſæ,
Æternùm mediis cernunt altaribus ignem,
Pontificémq; preces Summum cum thure ferentem Velum atrij interdum attollebatur.
Interiore Adyto: ſacrúmq; undare vaporem;
Obſtantéſq; oculis duplici velamine telas:
Ac tandem prætenta optant tot vela recludi:
Nunc cortina vetat primóque in limine pendens
Abdita quadruplici involuit myſteria textu,
Opponítq; oculis totum mortalibus orbem. Polymita vela tria.

Hæc poſtquàm perfecta foris, capit ordine Moſes 4
Interiore locum campo, dupléxque tremendæ Tabernaculi area longa 30. cubitos, lata 10.
Deſignat penetrale domus: pars tertia quippe
Veſtibulum in templi, cælo ſe fundit aperto
Circumquaque patens, nudóq; ſub ætheris axe.
In medio campi ſpatio, qua vergit ab ortu

Solis

Solis in occaſum, deſcribitur area tecto
Ter denos tenſa in cubitos longo obice valli

Baſes argenteæ 40. in utroque latere.

Lata decem, ductóque baſes rectangula ſulco
Accipit argento fuſas: panguntur utrimque
Fulcra quater denis pedibus, quibus agmine junctas
Vicenas ſtatuêre trabes, quas veſtiit auro

Tabulæ 20.

Beſeleel, laterúmq; dedit compage viciſſim
Commiſſas validi in ſpeciem conſurgere muri.
Cardinibus ſtantes geminis argentea figunt
Fulcra ſolo, geminiq; pedes ſub pondere perſtant:

Altæ cubitos 10.

Ipſa autem denis cubitis ad ſidera ſurgunt.
At partem occidui ſubtentam limite Solis

Tabulæ 8. ad occaſum.

Sex clauſêre pares tabulæ, binæq; minores
Committunt coſtis latera, & munimine firmant.
Tum verò quinque ordinibus compagine tota

Baſes 16. Tabulæ firmatæ vectibus.

Trajecti exteriùs vectes, quos aurea cyclis
Admittit ſeries, ac ſacris poſtibus aptat
Firmantes tabulata uno ſimul omnia cinctu.
At mediis quintus tabulis latet abditus ordo,

Quinque ordinibus

Excurrúntq; intus per cæca foramina vectes,
Inq; vicem ſeſe commiſſi pyxide cludunt.

Externi omnes.

An trabibus fuit hæc etiam, ut reor, extima zona?
Nec tenues intra tabulas iviſſe latenter
Crediderim contos; cæco aut reptaſſe meatu
Indutos auro vectes, aut cortice nudos.
Nec magnum illa darent trabibus retinacula robur
Abdita per medias, arctóq; foramine cedros.

Tabularum coronis.

Verticibus ſuper æquatis ſedet apta coronis
Interiùs, fulvóſque tegit, ceu regula, poſtes.

5

Sancta Sanctorũ.

Sanctius inde Adytum Moſes quadrum undique, denis
Metatur cubitis; quatuórq; in fronte columnas
Conſtituit ſepto: ſuprà capita aurea fulgent:

Columnæ 4. velum intimum ferentes.

Argento inſiſtunt trunci, quos aurea velat
Bractea, cælatóq; involvit cortice ſylvam.
Quam ſuper ex uncis capitum mirabile pendet
Aulæum, dirimitq; domos, & condita velat

Intexti velo Che.

Interiora adyti, ſanctiq; oracula currus.
Apparent cæli facies, alatáq; flammis

Agmina

Agmina plumipedum, & forma quadricorporis ora, rubim, & flores.
Et Iuvenum attoniti vultus, corámq; ſtupentes
Numine, compreſſis hyacintho, & murice pennis,
Horrentéſq; comas cocco, & pallentia byſſo
Ora pavent; varij laqueantur ſtamine flores.
Hinc ad veſtibulum vicenis tenditur ædes 6
Exterior cubitis; ſimili quam ſuppara textu Domus
Solis ad exortus, & proxima ad atria claudunt. exterior,
Quinque ferunt ſtantes plinthis velamina thyrſi, ſeu Sancta.
Aurea verticibus queis pulvinaria ſurgunt, Columnæ
Aurea cruſta tegit caulem: ſed ahenea ſidunt 5. ferentes
Fulcra ſolo; terrámq; aulæi fimbria lambat, velum
Ni teretes unci ſuſpendant dentibus oras. exterius.
Vt pateat prior iſta domus, cùm thura Sacerdos
Illaturus init, Menſáq; recentia liba,
Atq; oleo ſeptem lychnuchi paſcere myxos:
Stant procul intentæ plebes, Adytúmq; ſalutant.
Iam ſtabant tria membra domus; tentoria Moſes 7
Attolli jubet, & junctas in tegmina pelles Velum
Ire ſuper, duplicémq; umbris involvere cellam. tecti ex
Mox picturati contexta volumina cœli cortinis
Funibus evolvunt intentis, altáq; ſupra 10. byſſinum.
Obnixi tabulata trahunt; ſeſe explicat ingens
Carbaſus, & denos byſſo trahit agminis orbes.
Lucent intexti velo ſtellante colores:
Tenditur, & laterum vallos radicitùs ambit
Quadraginta ingens cubitis, quâ currit ab ortu
Solis in occaſus, operitq; volumine terga.
Hanc ſuper è Cilicum textu vela aſpera villis Velum
Hirſuto centone tegunt, qui latior imbres cilicinum
Arceat: hinc primam rejecta lacinia frontem ex cortinis 11.
Protegit, ac terram ſacro ponè horrida verrit. Velum è
Adduntur rubeæ pelles, & hyanthina tecto pellibus
Terga ſuper detracta capris, quæ nigrior unxit rubris.
Purpura cum ferrugineo moriens hyacintho. Velum ex
Sive per antennas gemino pendentia malo janthinis.
Hæc intenta ſuper fuerint velamina templum,
Vt longè excutiant imbres, hiemémq; ſonantem,
Devolvántq; procul nimbos pendentibus alis. Quæ forma tecti.

Seu

Seu potiùs pleno ſupra laquearia ductu
Byſſina caprinis hæſerunt addita velis
Defenſura diem, facturáq; pellibus umbras;
In tecto vela 4. *Rarus enim nubes illic denſabat Orion.*
Quidquid id eſt, quatuor tecto velamina pendent:
Tot populo obnubit Moſes myſteria ſcenis.

8 *Sic ubi deſcripta partes, intentáq; vela;*
Arca poſita in domo interiore. *Ipſe Dei currum Moſes penetralibus imis*
Invehit, ac mediâ auguſtum pulvinar in æde
Conſtituit, tabuláſq; ſinu, geminiſq; tenentem
Marmoribus Legem, directis vectibus Arcam
Propitiatorium, ceu Oraculum. *Componit. Supra Iuvenum ſimulacra volantum*
Frontibus adverſis, penniſq;, hinc inde locantur,
Qui ſolium, umbellámq; ferant nitentibus alis
Contigui: medium accipiunt Oracula Numen
Afflati ardeſcunt poſtes, vela omnia fumant
Cherubiciq; tremunt intexti ſtamine vultus,
Oppanſo quoties Iuvenum ſe in brachia fundit
Deſcendens Deus, & voces trans ſuppara mittit.

9 *Exteriore dein tecto componitur Ara*
In Sanctis altare thymiamatis, *Aurea ſuffitu ſacros ſparſura vapores*
In Sanctum penetrale Adyti: nam proxima velo
Erigitur, corámq; Dei calet obvia curru,
Spirantémq; vomit veli trans carbaſa fumum.
Candelabrum aureum ad meridiem *Tum laterum medio dextrâ, lævâq; locantur,*
Candelabrum ingens ſeptem per brachia lychnis,
Quâ mediam ſecat inde diem Titania lampas,
Et plenam excluſis tenebris agit æthere lucem:
Menſa panum ad Aquilonem. *Inde rigens fremit unde Aquilo glacialibus alis,*
Horrentémq; famem terris hiemantibus infert;
Aurea Menſa gerit diſco cerealia liba,
Præſentéſq; epulas ſemper, duodenáq; præfert
Azyma; ne vigiles juſta unquam annona miniſtros
Significatio myſtica utriuſque. *Deficiat; ſua ſint animis, ſua corporibúſq;*
Pabula; lucem habeant mentes, & corpora fruges.
Nulla fames unquam, aut tenebræ ſacra limina tangant.

NAM

NAM PENUS EST DOMUS ALMA DEI, ET CELLARIA LUCIS.

Veſtibulo poſt hac infert Altare cruentum 10.
Vriades: mediam præbent vacua Atria ſedem
Sacrificis devota popis: ſed ponere ſcalas
Circumquaq; nefas, gradibúſq; attollere molem.

Altare æreum in atrio.

Purâ igitur tellure ſuper circum undiq; ſtructis
Ceſpitibus, clivo aſſurgens attollitur umbo,
Suggeſtúmq; ſitu procul adſpectantibus offert,
Impoſitúmq; altare gerit; cava viſcera ſubter

Extans in umbilico ſine gradibus.

Accipiunt lapſos cineres fallente camino,
Introrſúmq; abdunt fluxas à crate favillas;
Quas facilè eructant patulo declivia ductu,
Exportare foras, quoties trans caſtra neceſſe.
Sic facilè acclivi tumulo fert ligna Sacerdos,
Acceditq; focos, urendáq; munera ponit,
Et per plana ſuper gyro circum ambulat ignes,

Vacuo ſubter umbone ad cineres.

Cornua contingens defuſo ungenda cruore;
Quod ſupereſt bibulo pateris in margine vergit;

Crepido altaris.

Nam ſicci ſubter cineres, avidóq; vapore
Ardens terra bibunt, quicumque crepidine fuſus
Sanguis: hiat ſiccas Ariel toto aggere fauces.
Hic modus eſt & forma ſitus, quocumque locandum
Leviadæ per teſqua ferant, fingendáq; Nubes
Caſtra vocet, ſedémq; notet ſtatione columna.
Portatur geminis altare ſolutile contis;
Suſpenſúmq; ferunt humeris, & vectibus ignem,
Et crate æternum flamma paſcuntur ahena.

Crates ærea ſeparatim portata.

Vt ſtetit hoc altare ſitu, juxtáque lebetum
Ære cavo, tripodúmq; ingens cum pelvibus ordo,
Hamatæq; manus, tractandiſq; ignibus ungues,
Defixæq; jugo furcæ, quibus hoſtia cæſa
Pendeat, ac tergo ſpoliandos præbeat artus,
Tum tabulæ, in quibus exta ſecent lanianda ſecures.

Lebetes pelues, lanienæ arma.

11

Denique de ſpeculis fuſam muliebribus infert
Beſeleel concham ingentem, fontémq; coruſcum.
Infoſſi ſcrobibus lapides, cæcique cavantur
Inter ſaxa lacus, fuſas ſiphonibus undas,
Qui capiant, abdántque cavis, neu ſordida circum
Strata

Labrum æneũ inter altare, & Sancta. Terra ſubter ca-

vata ad ſorbendã aquam.

Strata luto inficiant plantas, neu lubrica fallant.
In medio defixa baſis tectum inter, & aram
Arcanique tubis ducti per ſepta meatus,
Qui labri exonerent fontes; nitet ignea luce
Lamina, & adverſos ſpeculis jacit obvia vultus
Emiſſaq; ſonant ſeptenis fontibus unda.

12 Kalendis vocatus cœtus.

Vix ea ſunt compoſta loco, cum lampade purâ
Exoriens faſtis Nizan iterum inchoat annum,
Clangentéſq; tubæ caſtris primordia Lunæ
Significant, populúmque cient ad ſacra vocantes.
Convenêre Duces; Tribuúmque exercitus omnis
Confertis ſeptum cuneis, atque atria vallat.

Populus ante atrium.

Veſtibulo obtentum Moſes in limine primo
Aulæum jubet attolli, longéque patentes
Proſpectus facere effuſis ante atria turbis;

Principes intra.

At Proceres intra ſeptum ſtare ordine primos,
Ac fidei juſſa populo ſe ſiſtere teſtes;
Nominibus præſtare ſuis, quæ publica vota,
Optatúmque Arona ſacris offerre Tonanti.
Ad quos ſic medius ſubjecto ceſpite fatur:

Moſes attentos facit.

En auguſta Dei tandem donaria gentis
In medio ſtant Iſacidæ, cœli æmula ſedes,
Majeſtate verenda domus; tantóque tremenda
Ampliùs, acceſſu quantò dignatur adiri,
Et templo propiore Deus. Sic ille piorum
Munera vincere amat, doniſque excedere vota.

Templũ in medio eius?

Ecquis enim præſens adeò præſumere Numen
Sperando auderet? nobis nunc ergo putandum
Seriò quàm caſtas poſcat præſentia mentes,
Quam nunc ipſe loco, vobis ſpectantibus, addet.
Quare ego dum tectis olei circumfero concham,
Auguſtámque domum luſtrali conſecro ritu
Vnguenti; quo veſtra Deus ſibi ritè dicari

Mentes dedicãdæ præcipuè oleo gratiæ.

Dona jubet, ſeptémque dies inſiſtere pompâ;
Vos animorum adytis, medióque in pectore templum
Auguſtum penetrale Deo ſacrate dicantes,
QUAS MAVULT HABITARE DOMOS: *defundite myrrhas,*
Et caſiam, calamúmque, & olentia cinnama lætis

Menti-

Digitized by Google

Mentibus, ut pingui penitùs niteatis olivo.
Quod niſi fit, ritus fruſtrà uſurpamus inanes.
NAM PIETAS INTERNA PLACET; COELÓQVE PROBANTVR
PRAECIPVE MEDIIS ANIMI PENETRALIBVS ARAE.
Sic fatus mirâ populi dulcedine corda 13 Pietatis ſenſus in populo.
Perfudit; ſubiitque ingens reverentia mentes,
Et fragrans pietatis odor difflatus in auras
Pectore ab accenſo Vatis cum voce per omnes
Se longè effudit cuneos. Ceu ſpiritus Euri
Cùm per odoratas meſſes, pretioſáque ſucco Odor gratiæ, & virtutis.
Virgulta hærentem collegerit aëra pennis,
Spirantéſque crocos, & balſama raſerit alis,
Halantes præfert animas, & flamina longè
Vnguentata vomens cœlum ſpiramine mulcet, Odoratæ auræ.
Exultant aurâ volucres, blandúmque vaporem
Cantibus accipiunt, & odoro carmine miſcent.
Haud aliter læti Iſacidæ fragrantia vota
Vocibus in cœlum mittunt, ſua, séque dicantes
Numinis obſequio: confeſtim cuncta ſacrari
Vnanimes clamore jubent. Tum protinùs Heros
Ex utraque domo foribus pendentia primis
Tolli vela jubet: tabulis ardentibus auro
Compoſita procul apparent Oracula Thenſæ, Vnctio domus, & vaſorum.
Aligeríſque horrenda domus, qui poplite nixi
Mole fatiſcentes ſubtendunt Numine pennas.
Ipſe priùs puro perfuſus flumine Labri,
Incipit hinc Moſes oleum defundere conchâ,
Alatóſque Dei currus, & marmora Legis
Oblinit, ac dextrâ largos inducit odores:
Tum valli tabulata, foríſque, intúſque, baséſque,
Carbasáque, & vectes ſtillato irrorat olivo.
Ac ſimul ut domus interior functa unguine, byſſus Velum ante Arcam.
Ante fores arcens oculos demiſſa columnis
Excluſit viſus adytis: dein ſpargit acerram
Ingentem, mediámque aram medicamine ſacrat
Vnguenti, menſam, & lances, & brachia ſeptem
Lychnuchi, totidem ex auro geſtantia myxos;
Vasáque myxorum, carpunt quæ forfice fungos.

Et muri tabulas, intentáque tegmine vela,
Centonéſque ſuper ſtratos, rubicundáque terga;
Tum labri fontes, cratémque altaris aheni,
Armáque ſtructa focis: pòſt, ſepti ex ære columnas,
Intentáſque ſuper longinqua per atria telas;
Denique odorato nihil non ceromate tinctum.
Fragrat odor, myrrhæq; procul, caſiæq; vapores
Cum calamo per caſtra volant ſpargentibus auris:
Crocei imbres in theatris. *Ceu Cilicum ſi quando madent proſcenia nimbis,*
Ingentémque ſuper caveam prægnantia nardo
Nubila ſe rumpant, aut fundat amaracus imbrem,
Copia perfuſos mulcet Nabathæa Quirites;
Haud ſecùs Hebræas afflat Seplaſia nares.
14 Nubes, & columna migrat in novã domum. *Primus ut hic perfectus honos, Deus ecce per auras*
Invehitur nova tecta ſuper, veterémque relinquens
Extra caſtra domum, celebratum Encænia Nubes
Advolat, ac templi in faſtigia ſuſtinet umbram
Impendens, latéque operit pavitantia caſtra:
At ſubter ſuſpenſa volans à Nube columna
Dei gloria manifeſta domum occupat. *Deſiliit, ceu ſponte cadens, tectóque quievit*
Infundens totis radios penetralibus auro
Ardentes, & luce; tremunt accenſáq; fumant
Carbaſa velorum, ſpargénſque per omnia lucem
Spiramenta vapor Numen teſtatur anhelâ
Immenſum ſediſſe domo; nec poſſe teneri
Finibus anguſtis adeò: populum ire per omnem,
Inſidet mentibus. *Mentibus affectare viam: cupere omnibus ingens*
Eructare jubar, certámque volentibus ultrò
Præſidio cum lucis opem præſtare paratum:
Sed trepidat Moſes, trepidæq; ad lumina gentis
Tanta, Sequeſter adhuc, populo ſua temperat ora:
Tot, tantóſque adytis delubra vomentia Soles,
Non audet Moſes intrare. *Nec penetrare audet velum, nec tangere limen,*
Subductos donec radios caligo recondat,
Vibrantéſque faces tectis, & fulgura ceſſent.
Intereà affatur populum, firmátque paventes.
15 Trepidos confirmat. *Ignaros auferte metus, admittite contrà*
Spem potiùs lætam, Iſacidæ, quam ſenſibus offert
Tam præſens in Nube Deus: ſpectatis ut olli

Veſtra

Digitized by Google

Veſtra placent hæc dona? ſacrámque ut poſſidet ædem?
Nec dubium eſt, queis vos oculis, & munera dexter
Aſpiciat, vobis foveat quas pectore curas.
Nunc poſtquam eſt devota domus, poſitæq; petenti
Stant aræ, poſcit certo ſibi jure miniſtros,
Delectóſque vocat, ſua ne qui altaria tangant Aaron & filij vocati ad ſacerdotiũ.
Injuſſi, vel non electo è ſanguine creti:
Protinus ipſe ratum faciet, quem mandat honorem
Prodigio; arcebit fraudes altaribus ignis;
Sortis in hoc ductu fraternum ne quis amorem
Obiiciat; ſacris ſolus depoſcitur Aron
Cum ſobole; hac ſolâ deinceps de ſtirpe Sacerdos Sacerdotium in ſola familia Aaronis.
Iſuciis erit in Tribubus. Deus author honoris,
Vnguento capitis ſua patri altaria tradit,
Et ſobolem vocat in partes, atque admovet aris,
Vnguento ſacrante manus; hos ſegregat omni
E populo, Chriſtóſque ſuos ſibi ſciſcit olivo
Veſtibus inſignes ſanctis, ſacráque tiarâ;
Præterea, qui vaſa ferant, & mobile templum
Convectent humeris, ac juſsâ in parte miniſtrent, Levitæ pro primogenitis aſciti à Deo.
Leviadas tradit famulos; hanc denique totâ
Excepit de gente Tribum pro ſtirpe dicandam
Primigenâ, ſibi quam Phariâ jam ſtrage ſacrarat;
Inde mares thalami primos ſibi vindicat aris:
Quinque caput ſiclis patitur cujuſque rependi;
Dum natos hac lege patres in tecta reportant,
Levitas totâ retinet pro gente miniſtros:
Siſtite nunc ergo ſacris Aronn volentes:

Vix ea dicta, Duces aris Arona dicandum, 16
Levitáſque Deo donant in munia templi Aaron cum filiis oblatus Deo.
Productos fratrum è medio: ſimul hoſtia triplex
Siſtitur, & ſacra veſtes, puriſque caniſtrum
Extructum laganis, populo plaudente, feruntur.
Tum ſic prima virum affatus ſub limina Moſes:

Nunc animis, jam nunc mortales abiice curas; Aaronis ſors & dignitas Sacerdotũ.
PONE HOMINEM PROCVL, ET COELESTES INDVE SENSVS:
Quódque ſuas vocat in ſortes hinc concipe NVMEN
ALTER ERIS DEINCEPS, *ut qui te viderit aras*

 Adſtan-

Adſtantem, ſciat eſſe Deum, quem pectore geſtes
Interpres, mediúſque hominum, cœlique Sequeſter,
SINTQVE TVI POPVLO VIVENDI REGVLA MORES.
Quam mirata domus primùm gnatique ſequantur,
Lavatur ad fontē ſpecularem. *Mox alij linguâ ſpectent, factiſque docentem.*
Sic fatus præit ad fontes, prætentáque Labro
Vela ſubit; ſpoliat fratrem, veſtéſque profanas
Detrahit, ac prorſus perfuſum proluit undâ.
Mox femur adſtringens candente ſub ilia byſſo
SVBLIGAR *induci jubet, emunitque pudorem;*
Neu qua ſacros inter ritus fortuna cadentis
Subligar. *Offendat, viſúque ferant intecta ruborem.*
Tunica ſtricta. *Tum* TVNICAM *duplici è byſſo, tortáque nitentem*
Inductam collo ad talos à vertice fundit.
Non rugis, non illa ſinu, non follibus undat,
Sed manicis habiles artus ad munia STRINGENS
Tenditur, & membris hæret concinna movendis,
Ceu campeſtre ſagum, tegitur quo miles in armis.
Zona textilis picta, ut ſpoliū ſerpentis. *Hanc circum medio volvens in pectore* ZONAM
Multiplicem textu, pictiſque imitante colubri
Floribus exuvias hyacintho, & murice cingit.
Amplexu gemino renes, & pectora ſtamen
Implicuit cocco, redeunt in pectora nodi;
Defluit ad tunicæ, ſuperat quà tænia limbum,
Vt ſpolium extremas allambat textile ſuras.
Sic tunicâ, & cinctu tectum producit in ora
Adſtantum procerum, populique, ac talia fatur.
Aſpicitis, Cives, quàm caſtum altaria poſcant
Tropologia tunicæ, & zonæ. *Pontificem? quos hæc doceant velamina cultus?*
Flumine luſtratos artus, quæ ſtamina velant
Arcta ſuper, ſtringúntque virum, nil deinde ſolutum
Corpore, nil animóque vagum, fluxúmve relinquunt.
MORVM NORMA TIBI *primis hæc veſtibus eſto,*
PRAECINCTVS PVDOR, *& membris excluſa libido.*
Coge animum, niveóque jecur ſtringatur amictu;
Senectæ juventa, Virtus. *Muniat exuviis colubri prudentia pectus,*
Et vigeant morum vernante leberide flores,
QVAMQVE MAGIS *canos circumdabit infula crines,*
TAM

Digitized by Google

TAM MAGIS *æternâ virtus ſtet viva juventâ;*
SIC ANIMI VIGOR, *& ſenium tibi fœdera ſervent.*
Hæc ubi dicta, palam telas poſcens HYACINTHO 17
Tunica hyacinthina induitur.
Florentes TVNICAMQVE *auro, maliſque ſonantem*
Puniceis, textum Phrygio mirabile limbo
Explicat, inducitque humeris, quâ fiſſa supernè
Veſtis hiat, capitique injecta recumbit in armos,
Et plumante premens collum circumtegit orâ;
Orâ, quæ barbam unguento, crinémque madentem
Lambit, & infuſo capiti roratur olivo.
Illius ora superior ad colliũ Pſal. 132. 2.
Sub mediâ ponè aſſuitur cervice cucullus
Textilis, atque aurum cocco, cum murice miſcet.
Lana ingens undante ſinu, ceu cyclas, in orbem
Funditur: alterno dependent addita textu
Capitiũ.
Aurea puniceis per limbum cymbala pomis,
Mala granata. Cymbala aurea.
Vocaliſque ferit tinnitu fimbria talos:
Malorum fragmenta rubent accenſa pyropis,
Confertaq; patent tunicis ſub cortice gemmæ.
Intexti quatuor referunt Elementa colores,
Byſſum terra creat, concreſcit purpura ponto,
In coloribus elementa 4.
Ignis ineſt cocco, nigricans aër hyacintho.
Stellarúmque choros, miróque ſonantia circum
Stellæ & cœlum in auro, & pomis.
Sidera concentu ſimulat tinnitibus aurum:
Sic totum geſtantem humeris, & ſyrmate mundum
Pontificem fas ire adytis, totique Tonantem
Muneribus placare Orbi, caſtóque precatu.
Tum vario textu quadrilicem, auróque rigentem 18
Superhumerale, ſeu Epomis.
Inducit THORACA *humeris, & pectus obarmat*
Loricatum auro, & virgato ſtamine byſſi.
Advelant manicæ medios hinc inde lacertos:
Balteus extremas compeſcit ad ilia partes:
Balteus.
At ſummas gemini gemmis nodantibus oras
Sardonyches fulgent humeris, inſcriptáque ſcalpro
Sardonyches duo in humeris.
Hinc, atque inde Patrum partiti nomina geſtant
Ordine, quem ſua cuique dedit natalibus ætas,
Sex humero inſculpti dextro, totidémque ſiniſtro.
PONTIFICEM MAIORVM ONERAT SIC GEMMEA VIRTVS!

Digitized by Google

Tropologia.

QVAM PORTAT TAMEN IPSE SVA, SVPERATQVE FERENDO,
HORTATVRQVE SVOS *ad Patrum exempla minores,*
Ipſe Patrum populique Pater, ceu MAXIMVS ATLAS,
Qui cælum thorace ferat, duodenáque ſigna,
Impoſitoſque humeris binos ſummi, ætheris axes,
Dimidiiſque globis diviſum æqualiter orbem;
Quem gerit exſuperans, ac toto vertice tranſit,
Deſpectatque; DEI MVNDVM PORTANTIS IMAGO;
Cujus opus ſubjectum oculis, ſempérque paternâ
Geſtatur, memoriq; inter ſtat brachia curâ.

Atlas pōtifex mūdo altior.

Imago Dei.

19 *Nec ſatis eſt geſtare humeris; ſed pectore condi*
Divinum mandatur opus, mirabile gemmis
Et pretio, doctaq; manus calamine fulgens,
Quo RATIO *fixit* MENTIS *cum nomine ſedem.*
Quadrato quatuor textu coiere colores,
Quos aurum fulgore animat, vivique per artem
Accendunt flores, quatuorque in verſibus ordo
Gemmarum ſerie illuſtri; quæ nomina monſtrant,
Sculpta ſuper duodena Ducum: cælatáque ferro,
Reſpondent paribus numero ſibi ſingula gemmis.
Stat fratrum quadrata acies: natalia verſus,
Et ſeriem ſtatione locant. Stat SARDA *ſupremo,*
Sanguineóque ſinu Rubenos nomine fulget:
Rarior inventu Simeona TOPAZIVS *ambit:*
Inſcribit gremio Iudam viridante SMARAGDVS.
Tres alij verſu gemmas tenuere ſecundo:
Nomine cælatus Danos CARBVNCVLVS *ardet:*
Nephthali cæruleo SAPPHIRI *inſcriberis auro:*
Fortunate, tuum Gad nomen IASPIDE *firmas.*
Tertia dein ſequitur ſeries lapidúmque, ducúmque;
Sculpitur in LIGVRI *violis Aſer* HYACINTHI:
Iſſachar auratum guttis ſortitur ACHATEM:
Zabuloni, AMETHYSTE, *places, inimice, Lyæo.*
Quartus habet reliquos extremo margine verſus:
CHRYSOLITHVS *præfert Ephramum concolor auro:*
Poſtpoſitum ſolatur ONYX *candore Manaſſem:*
Beniaminus habet BERYLLO *nomen in imo.*
Sic auro incluſi lapides in pectore fulgent,

Rationale in pectore.

Quali forma.

Gemmæ 12. verſibus 4.

Gad felicitas. Gen 30. 11.

Tropologia. Patriarchæ fun-

Funda-

Fundamenta domus ſancta, gentiſque columna: damenta domus.
Quos DOCTRINA *ſitu ſolidat, quos lumine* VERVM Doctrina & Veritas
PERFICIT, *& quorum loquitur per fulgura Numen,* quid.
Demonſtrátq; hominum ſortes, atque abdita pandit.
Et quoties de Lege refert reſponſa Sacerdos Summus Pontifex
Conſultus; Regnique vices, & publica fata, Dei oraculum.
Aut privata, rogant dubiis in rebus egentes
Conſilio, ac Numen venerati ritè precantur; Allegoria
Pontifici adſiſtens Summo pracordia pellit
Spiritus, & gemmas arcano illuminat igne,
Inſtigatque animi fibras, & fata recludit.
TVM LINGVAM MODERANTE DEO *certiſſima fundit* S. Spiritus illi adſiſtens ad doctrinā fidei & morum.
Effata, & procul omnis abeſt ambagibus error,
Seu doceat Legem exponens, ſeu ſacula formet
Moribus, ac ritus populis pro tempore condat;
Non obliqua ſonant ſacro de pectore verba:
Non angunt perplexa animos: ſed ſe ipſe Sacerdos
Explicat, ut pateat MANIFESTO *in lumine* VERVM.
Hac VRIM, THVMMIMQVE *ſacris, qua prodita chartis* Vrim & Thummim, quid.
Pontificis Summi Moſes inſcribere juſſus
Pectore, DOCTRINAMQVE *ſinu,* VERVMQVE *ſacrare*
Luminibus gemmarum, & quadri textilis auro.
HINC POPVLOS, REGESQVE, *Dei cognoſcere juſſa*
In dubiis, & Pontifici ſummittere Summo Scientia & Lex
Imperij faſces fas; & parere neceſſe eſt Dei in corde &
Promenti reſponſa ſacro, qua pectore Numen oie Summi Pontificis.
Edidit, ac mentis manifeſto in lumine ſcripſit.
Propterea inſculpti gemmis pracordia Reges
Inſiſtunt, ceu PRIMA DEI, ET PENITISSIMA CVRA;
Quorum quippe ſalus, populi complexa ſalutem: Reges, prima Dei cura
VNVM TOT POPVLIS VIGILAT CAPVT, ET VALET VNVM,
TVTATVRQVE SIMVL POPVLOS TOT NVMEN IN VNO.
Fatidicum gemmis ergo ſtat pectore ſtamen Rationalis firmitas in nexu.
Pontificis, textúque duplex, quadrúmque figurâ,
Quod gemino adſtringens infernè fibula morſu

 Inſerit

Digitized by Google

Inſerit in ſaguli, quâ congruit angulus, oras:

Catenulæ duplices aureæ.

At ſuper ex auro duplices, hinc, inde catenæ
Trajecta in ſummos, quos obiicit annulus, orbes,
Suſpendunt humeris geminos thoracis ad uncos,
Qui ſuper ex auro poſtico in margine fulgent:

Tropologia manu, & verbo docet.

Sic totum firmatur opus, nexúque cohæret.
Connixi DOCTRINAM humeri cum pectore portant;
QVODQVE DOCET LINGVA, PRAESTAT VIRTVTE SACERDOS:

Matth. 23. 4.

QVEIS ALIOS ONERAT, SVBIECTAT FASCIBVS ARMOS:
NEC DIGITO TANTVM IPSE MOVET, SED ROBORE TOTO:

21 Sic meritò geſtat CIDARIM; quam denique Moſes

Tiaræ Pontificiæ maieſtas.

Productam capiti impoſuit; cecidêre trementes
Conſpecto fulgore Tribus; ſub pondere tanto
Pontificis genua ægra tremunt, cervixq; laborat:

Adoranda Angelis ipſis.

Poplitibúſque ſolo poſitis cum Moſe Phalanges
Aligerûm Iſacis advertunt lumina caſtris
TER SANCTVM venerati omnes diademate NOMEN.

Forma rotunda, ut hemicycli.

Dimidium è tortâ byſſo contextus in orbem
Pileus, aſſutis quem circum faſcia ſpiris
Volvitur intextos miſcens flores hyacintho
Byſſum operit, junctóſque ſuper ſinuatur in orbes
Lemniſco cingente caput, ſupráque rotundo
Verticis amplexu tegit uſque ad tempora canos.

Conſuta ex tænia voluta in ſpiras.

Nullus apex, nullus turbor, ſurgente tiarâ,
Qualis Achamenios diſtinguit acumine Reges:
Nullus ab infractâ propendens parte cucullus.
Sed ſummo inductus capiti, undique pileus hæret,
Inq; orbes circum ſpirâ currente coronat.

Calyculi in ſpiris inſtar coronæ.

Intexti calyces auro, cum floribus errant
Per ſpiras, toruliſque triplex diadema figurant:
In ſummo coeunt flores, claudúntque coronam
Vertice, ceu mundi radiantia ſidera in axe.

In lamina aurea nomen ineffabile.

At ſuper anticos in frontis margine crines
AVREA adorandum proponit LAMINA NOMEN,
QVOD NEQVE LINGVA LEGAT, NEQVE VOX SONET, obvia quamvis

Con-

Digitized by Google

Conſpicuis quatuor pandant elementa figuris,
Aureáque impreſſo praſcribat pagina cælo,
Pagina, quã cidari adnectens HYACINTHINA VITTA
Alligat; ac ponè exundans velut infula pendet,
Aut impulſa leves lemniſco perſtrepit auras.

Vitta hyacinthina.

Hoc ſimul auguſtus cultu ſeſe intulit Aron,
Perculit attonitas viſu Reverentia mentes:
Majeſtáſque Dei cælo procedere viſa,
Et geſtare humeris, ſibi quem circumdedit orbem,
Naturámque habilem rerum, quâ Conditor extra
Induitur, séque ut manifeſto oſtentat amictu
ABDITA MENS, INTUSQUE IMMENSO effuſa receſſu
Exſuperat, ſua séque extra geſtamina fundit;
Fas tamen ex habitu abſtruſam cognoſcere mentem,
Veſtigare latens mundi ſub pegmate Numen;
QUIPPE DEUM, coram immenſo defixa theatro
Machina conſpicuum, cunctis ea gentibus infert.
Quod populum paucis Moſes ſic admonet ore.

22 Pontificis Majeſtas, Imago divinæ. Dei veſtis, naturæ creatæ ſpecies.

Cognoſcitur ex veſte Deus.

Ecce patet Deus, Iſacidæ, mediúmque per agmen
Ambulat, ac veſtras inter tentoria figit
Ipſe domos: vos illa niſi docet Orbis imago,
Et Natura ſinu immenſo, quam ſuſtinet intus
Spiritus, ac vitam inſinuans complectitur omnes
Cælorum, terráq; globos, quos Numine fundat
Ipſe ſuo, indutóſque ſibi, ut velamina, geſtat;
En aliâ coram vobis in imagine Numen,
Et contracta magis ſpecies. Sic blanda poteſtas
Majeſtatis, in Iſacios ſe commodat uſus!
Cernitis ut ſanctâ procinctus veſte Sacerdos
Pectore vos humeriſque ferat, tantóque paratu
Veſtibus intextum, vobis qui ſerviat, Orbem?
Illius Dominum vobis, rerúmque parentem
Conciliet, ſummo cujus fert vertice NOMEN?
GRANDIBUS impendens effulget fronte figuris,
Incurritque oculos, neu vos fiducia Patris
Deſtituat, neu vos Domini à formidine terror.
Cognoſcent aliæ gentes per veſtra ſubacta
Arma, per in veſtri patrata exempla favorem
Hoc regnare Dei ſolum ſuper omnia NOMEN.

Allegoria Deus in Pontifice.

Vt in imagine & mundo textili.

Providẽtia ſingularis in filios in Rationali.

Fiducia, & timor.

 Huc

Digitized by Google

Huc olim populi poſitis erroribus omnes
Illi omne genu curvabitur. *Accurrent, huc Iſacias volventur ad aras;*
Depoſcéntq; Deum veſtro de ſanguine clarum.
Quæ vos ergo decet pietas? quam ſedula cultu
Relligio? tanto quam caſti Præſide mores?
EDICO, *prohibete animis, & corpore labes:*
Obſequium conferte; nihil committere deinceps
Fas erit hic, ubi tanta Dei præſentia vindex.
Tu verò, tu Pontificis, quo pectore partes,
Aaronis partes. *Queis humeris attende, geras, præq; omnibus Aron*
Sollicitè advigila; caſtis pater inſtrue gnatos
Ritibus exemplo, & linguâ, dignúmq; tiarâ
Hæredem tibi ſinge manu. TVA MAXIMA VIRTVS
DISCIPLINA DOMVS GEMINAE, DOMINIQVE, TVAEQVE.
IN TE GNATORVM VIRTVS, ET CVLPA REDVNDANT.
23 *His ubi Pontificem Moſes, populiq; catervas*
Aaronis filij loti vestiuntur. *Formavit monitis, properat dein ordine natos*
Spargere aquâ, lotóſq; ſacra circumdare byſſo,
Adſtringit zonis tunicas, & pilea donat
Byſſina contextis byſſo munita corollis.
Adſtant in niveo quatuor velamine fratres,
Aaroni ungitur caput, & manus. *In mediis genitor virgato murice fulget.*
Quem ſuper unguentum fundens a vertice Moſes
Imbuit, & crines largo permulcet olivo:
Fragrat odor, pinguéſq; fluunt per tempora ſtillæ
In barbam, & tunicæ collum quâ circuit oras.
Deinde manus patris geminas largo unguine tingẽs,
Filiis manus tantum. *Natorúmq; linit palmas, & odoribus implet*
Pinguibus; at divina oleo penetrante poteſtas
Animorũ unctio à gratia. *Inſeritur, vivúmque animæ perlabitur ignem,*
Suave halans penitùs perducit Gratia mentes,
Vnde foras mirum virtus expiret odorem.
Hostia pro peccato. *Tum tecti ante fores, primúmque in limine velum*
Admotum ſtatuit vitulum; natóſque, patrémque,
Mactandámque ſuper cervicem imponere palmas
Aronem natóſq; jubet; ceu noxia fiat,
Tangentum manibus transfuſis hoſtia noxis.
Sic jugulo abſcondit cultros, pateráq; cruorem

Exce-

Exceptum, digito inducens in cornua fundit
Altaris, circumque linit: pars cætera ad imam
Fuſa baſim tinxit ſummas tumuli aggere glebas.
Mox exemptum adipem Moſes vitalibus extis,
Quódq; jecur rete obnubit, renéſq; gemellos
Impoſitos adolet flammis, & munera libat
Prima facis, cratémq; ſuper componit ahenam.
Exultant avidi flammis ſurgentibus ignes,
Ceu primos Altare Deo gratetur honores.
At reliquos artus cæſi trans caſtra juvenci Vituli corpus extra caſtra crematum.
Exportant juvenes, tergúſque, & turgida crudo
Inteſtina ſimo ſtructis in ceſpite flammis
Abſumunt, quippe hæc noxis devota piandis
Hoſtia, Pontificem, & natos à crimine purgat.
Dein aries, altérq; aries ſiſtuntur ad aram 24
Impoſitis pariter capiti inter cornua palmis. Aries in holocauſtum.
It totus prior in cineres, ſectiſq; crematur
Artubus, ut fuſum in gyro bibit ara cruorem:
Scandit odor cœlum, totúſq; expirat in aſtra.
Arietis alterius perfuſum altare cruore Aries in hoſtiā pacificam.
Circumquaq; rubet ſupremi à margine limbi,
Pontifici poſtquam Summo, gnatiſq; ſacrandis Auriculæ dextræ, & pollices tincti ſanguine.
Auricula tincta eſt illo pars infima dextra,
Pollentéſq; manus digiti, quæ robora palmis,
Pollicibúſq; pedum dextris cruor illitus hæſit
Obſequij, Fideiq; notâ, fortiſſima dextris
Commendante opera; & cœptis jungentia finem. Tropologia.
Vtq; illo firmata pedum veſtigia ritu,
Edoctaq; manus dextros pertendere fines;
Purpureum altaris tollit de ſanguine rorem,
Vnguentóq; ſacro miſcens, aſpergine luſtrat Sanguine & unguēto aſperſos facit Chriſtos Dei.
Veſtes, atque viros; populiq; ex ordine tollit
EXSORTES, HOMINEMQVE SVPRA, *ceu Numine plenos,*
Fragrantiſq; olei nitida mulcedine Chriſtos,
PVPILLAMQVE OCVLI, *qui deſpicit omnia cœlo.*
DENIQVE COELESTES GENIOS, GENIISQVE VERENDOS:
Queis actis urenda Deo dat munera dextris, Oblatio.
Attol-

Attollíque jubet manibus, frugéſque, adipémque
Azymáque offerri; ſublatáque protinus ipſe
Suſcipit, Altariſque focis ardentibus infert;
Pacifica injectis cœlo volat hoſtia flammis:
Atque oculos vertit faciles ad munera Numen,
Propenſúmq; animos, potiùs, quàm munera ſpectat.

Pectuſculum, & armus dexter.

At pecudis reliquos artus, partéſque miniſtris
Sepoſitas, circum inſtructi cepêre lebetes
In tripodum extantes fulcris, furit æſtus ahenis,
Elixáſque dapes properans admurmurat unda.
Nam prono jam Sole vocant convivia menſas;
Intereáque Duces ſua templo munera ſiſtunt.

Aaron, & filij perſtant in atrio. Hebdomade dedicationis dotà.

Aronem, gnatóſque nefas excedere ſeptis,
Veſtibulóque exire priùs, quàm ſeptima pompam
Abſolvat cum luce dies: nam ritè dicando
Pontifici, temploque Deus ſolemnia ſeptem
Sacra jubet durare dies; repetíque piandis
Altaríque, viriſque ſuos juſſo ordine ritus.
Et perſtare intus ſanctis in veſtibus omnes:
Vngi aram ſeptem vicibus, totidémque cremandis
Extra caſtra procul flammam inſtaurare juvencis.
Altari toties iterare piamen olivo.
Ergo ſibi intendunt ad templi limina telas,
Excubiáſque agitant ſcenis, & ſacra retractant.
Morte luant, ſi fortè pedem extra limina portent,

25 *Puniceo jam manè dies octava rubebat,*

Octava die ſacrificare jubetur Aaron. Levit. 9.

Pontificiſque novi ſtantes ante atria turbæ
Primitias avidè expectant, queis talia Moſes
Orſus ait: Deus hunc vobis fortunet honorem,
O Cives; & tanta tibi hæc bene gloria vertat
Sacrorum Rex atque Pater, ſortíque tuorum;
Hoc habitu, licèt Iſacidûm jam vota capeſſas
Omnia non indigna Deo: complectere gentem
Vt fratres, ſtirpémque Ducum, quos pectore geſtas,
Quorum inſtar nunc priſcam adytis inferre juberis,
Antiquámque Fidem, lectus tanto unus honori:
At vos, Iſacidæ, quibus hæc nunc gloria ſervit,

nem de celo pro-

Conſpirate animis in vota placentia cœlo,
Et caſtas afferte manus, quæ munera blandè

Com-

Commendent libanda Deo, pacémque reportent. mittit Moſes.
Non ibit, ſic ſpero equidem, quæ purpurat ortum
Lampas in Heſperios hanc lucem condere fluctus,
Ante ſua quàm clara Deus det pignora mentis,
Emiſsámque polo confirmet fulgure ſortem.
Sic Moſes: capit imperium non ſegnior Aron, 26
Albatique patrem juvenes comitantur ad aras. Primitiæ Aaronicæ.
In medio mox Pontificis cadit hoſtia prima
Cæſa manu: Nadabus pateris, Abiúſque cruorem
Accipiunt: Eleazar aquas, Ithamárque lavandis
Approperant extis, adipémque, & viſcera cæſis
Eripiunt, aut ligna focis in crate reponunt.
Cornua tincta rubent, fuſúſq; crepidine ſanguis Ignis vetus remotus ab Altari.
Altaris, reſperſit humum: prior omnis ab arâ
Ignis abeſt, jámque heſternæ ſcintilla favillæ
Nulla ſuper; friget crates, purámque ſtruuntur
Cæſarum ſupra pecudum cum frugibus artus;
Conſperſique molâ ſimilæ rorantis olivo:
Pura ſalis neque mica deeſt; queis ritè paratis
Omnibus in tumulo altaris ſtans, oráque verſus
Ad Thenſam, tectiq; fores, tum deinde precari
Pro ſe, próque omni populo ſic incipit Aron.
Cælorum, terraq; Sator, cui condita parent Aaron orat pro ſe, tum pro populo ad altare. Hebr. 7. 27.
Omnia, quâ magnus gremio complectitur orbis;
Quem Verbo, nutúque creas, & Numine cingis,
Hoc oro, mea mè primùm ne crimina templo
Summoveant indignum aris; neu munera fœdent
Impuræ de corde manus, ac lumina vertant
Hinc tua; neu vitiis faciam te primus iniquum
Ipſe meis, populóque; tuum eſt cum prole parentem
Immeritos quos ſponte tuis penetralibus infers,
Efficere ut digni meritis hæc munia tractent:
Et quod conciliant aliis, lætentur amicum,
Placatúmq; ſibi Numen: primiq; fruamur
Pace tuâ; tum tuti aliis illam ore precemur.
NAM SIBI, QVI NEQVAM EST, ALIIS FRVSTRA ILLE LABORET Eccli. 14 5.
ESSE BONVS. SVA CVIQVE PRIOR IVSTISSIMA VIRTVS,

Hoc

Hoc primum: tum deinde tuum hoc Pater aſpice regnum;
Hæredémque tua gentem, quam fœdere Legis
Exod. 19. 5. *Accitam tabulis propriiſ ſolido* ASSE *Peculi*
Inſtituis, teſtéſq; adhibes, & ſanguine ſignas.
Da, precor, ut maneat tabulis immobilis hæres;
Nil ex ASSE *tuo perdat; ſed fœdera ſervans,*
Atque apices legis minimos, patria omnia cernat;
Et tecum tua dona adeat: Chananeïde victâ
Affectet ſtellas animis, ſpémque ardua ſurſum
Inferat, ac pacti obtineat patrimonia cœli.
Cœli hæreditas ſperata in lege, ut Christi umbrâ. *Has illam te Patre, domos ſperare jubeto.*
DEGENERES HABITENT TERRAS; NOS POSCIMUS ASTRA,
Quo tua nos legis via fert ſignata per umbras;
Inſculptique docent lapides; quos pectore geſto,
Quos humeris, ſanctáſq; Adyti ſimul infero ſedes.
Christi mors reſerat cœlos. *Ibimus ante tuos trans hæc velamina vultus.*
Ille ſuâ Summus ſcindet; qua morte Sacerdos
Quem petimus; quémque hâc Genitor moliris in umbra.

27 *His dictis tumuli clivo deſcendit ab ara;*
Aaron intrat Sancta. *Et cum Moſe ſubit primi ſacraria tecti;*
Importátq; preces adytis: ignîq; remoto;
Artubus altari medio jacet hoſtia ſtructis;
Expectátque faces: mox ut penetralibus Aron
Proceſſit, populo juſſus ſic fauſta precari.
Benedicit populo. Levit. 9. 23. *Elatis cœlo manibus; Deus, inquit; ab alto*
Vos ſuper immensâ Charitum de nube ſuarum
Impluat, & largas Virtutis in horrea meſſes
Augeat, aggeſtis opulentâ in pace maniplis:
Dirigat huc faciles oculos, ſempérque ſereno
Ignis è cœlo miſſus in altare. Levit. 9. 24. *Vos, & veſtra juvans ſpectet molimina vultu.*
Vix ea, cùm radiis vibrantibus æthere fulſit
Majeſtas, ſeséque Dei teſtata per auras
Gloria, magnifico fulgetra innoxia curru,
Innocuáſque faces jaculata invexit aperto
Empyreo: recidêre ignes, ceu ſidera, lapſi
Axibus, ac puro ludentibus aëre flammis

Adjecêre

Digitized by Google

Adjecêre diem Soli; mox agmine facto,
Confluxu junxêre globos, rectáque cadentes
In ſolidum, fluxêre ſuper conſtructa per aram
Viſcera, & altaris mediâ frigentia crate;
Ac ſimul hauſta vorant, artúſque, adipémque, moláſque,

Abſumit hoſtias poſitas in altari.

Oſsáq; momentóq; bibunt libamina flamma,
Fragrat odor, rapidúſq; infert vapor omnia cælo;
Quo tamen haud revolant ignes, ſed faſcibus hærent
Lignorum, ſuberant ſacris qui ritè parati.
Correptos igitur faſces, ſegmentáq; carpunt,
Materiáq; ardent ceu nutrimenta requirant.

Ignis remanet in altari.

Sic Altare ſuum æterno Deus ætheris igni
Conſecrat, ac Summi pariter promulgat honorem
Pontificis, conſtatque ſacri ſibi FLAMINIS *author.*
At prono cecidêre Tribus tanto Auſpice vultu;
Prodigiiſq; ſtupent adeò pollentibus, ac ſe
Obſequio, cum laude vovent, & Numen adorant.

Aaronis honor à Deo vocati aſſertus.

28 *Quos Moſes jubet attentos inſiſtere votis,*
Ac fidei meminiſſe ſuæ, tantæq; diei;
Nec videt inſtantes, qui turbent gaudia, luctus:
Caro adeò Deus abſcondit, quæ proxima Vati,
Atque adeò triſtes miſerandâ in clade nepotum
Eventus patruum celat; qui ſæcula viſu
Traiicit, in caſu vicino improvidus hæret.

Nadabi, & Abiel mors celata Moſi.

HEV! CAVEAT QVID QVISQVE, SATIS NVLLI VNDIQVE CAVTVM!
PRVDENTESQVE *timore etiam Deus angit amicos,*
Exercétq; metus inter, ſummóſq; favores.
FLVCTVAT *incertò ſapiens in pectore ſemper,*
Donec adhuc fragilis dubio natat æquore cymba;
Et placido metuit pelago, metuitque furenti;
Ad geminas illi ſemper prompta anchora ſortes.

Timor Dei dormit inter duos cleros.

Dum latæ ſenſim redeunt in tecta catervæ,
Et propè jam perfectus honos; poſitiq; lebetes
Haud procul altari flammis communibus undant,

Ire licet.

Aronem, juvenéſq; monens ſic præcipit Heros.
29 *Hic deinceps æternus erit ſacer Ignis, ab alto*

Lex de

Quem

[Margin: æterno igni promulgatur à Moyſe. Levit. 6. 12.]

Quem Pater in terras præſenti Numine miſit.
Hunc alet Altari ſemper vigilante Sacerdos
Nutrimenta ferens, ne quando pabula flammam
Deficiant; moriénſque fame ſcintilla fatiſcat
In cinerem, & ſegnes rapiat mors prompta miniſtros.
Hunc hiemes nulla extinguent, aut nubibus imbres;
IN MEDIIS ARDEBIT AQVIS: *hic caſtra ſequetur,*
Invectáque humeris vivax in crate feretur,
Reſtituétque ſacris flammam; ſolum audiet ignem
Hunc Deus: hoc ſolo gratos incenſa vapores
Thura dabunt: aris alias quaſcunque profanas,

[Margin: In rubo typo incarnati Verbi Luc. 12. 49. Hebr. 12. 29.]

Hanc præter, cenſete faces. DEVS IGNIS ET IPSE
INSTAR HABET; *cælóque olim demiſſus ut ignis*
In terras, ardere volet, præcordia flammis
Carpere, pérque omnes incendia ſpargere gentes.
Denique CONSVMENS IGNIS DEVS, *ultima mundi*
Abſumet ſcelera; ſic expiat omnia flammis.
Hoc igitur moneo repetens, rurſúmque monebo,

[Margin: Sacer ignis ſolus in uſu Altaris utriuſque.]

Hoc tantùm deinceps altari utroque litandum;
Seu pecudum caſos hîc ritè cremabitis artus,
Thurea ſeu tecto dona interiore feretis;
Solum hunc quippe Deus recipit placabilis Ignem,
Quem dedit, éque ſinu ſuper hæc ſacraria fuſum
In terras, mediis olim inſtaurabit in undis.

[Margin: Ardet in altari, ut gloria Dei.]

Sic ait: intereà flammâ exultante per auras,
Ceu fornax altare foret, totúmque coruſcis
Fulguribus circumradians allambitur igni
Æthereo; quin, ut perhibent, medio igne jubata

[Margin: An facie Cherubici Leonis? Nadab & Abiu turbati.]

Fulminibus facies apparet, & ore Leonis,
Qui voret impoſitos pecudum, & ſuper accubet artus.
Quidquid id eſt: juvenes ingens trepidatio turbat:
Aut ſpecie rerum tantâ nova gaudia ſpargunt,
Avertúntque animos juſſis: an fortè tremendis
Iudiciis negat eventus avertere fauſtâ

[Margin: Iudicia Dei.]

Tam triſtes à luce Deus? documentáne noſtris
Inſtituit ſæclis, pérque hæc exempla miniſtros
Altaris primo ingreſſu, & ſub limina format?
Ergo ubi ſe præſens in tanto lumine Numen
Oſtendit, trepidique pavent vela omnia templi,

Iám-

Digitized by Google

ámq; exhauſta ſuper cratem omnis victima flammâ,
ccurrunt temerè fratres, ut thurea primùm
mportent ſua dona adytis, ſanctóſque vapores;
racipites rapiunt prunas, quas prima coquendis
iſceribus tripodum è numero fortè obtulit olla;
nde profano igni temerant properanter acerras,
njectóque ſacro fumantes pulvere portant.
ccurrit Deus ipſe viris, primóque repreſſos
eſtibulo, involvit flammis: ſalit igneus extra
ela vapor, juvenúmq; ruens ceu fulmen in ora
ntactis penetrat vivos ſub veſtibus artus,
xhauritque animam venis, & corpora letho
ternit humi: nulla apparent veſtigia flammæ,
t mors invidiâ plaga caret: integra ſubter
ſſa manent: nulla buſti fuligine membra
orrida: non ipſi criſpati fulgure crines.
ed tamen irato manifeſtâ à Numine plagâ
mnibus horruerant animi; planctúmque caterva
n eminant; heu! ſic, Nadabe, heu! hos inter honores!
ic, Abiu, heu! miſerande, jaces? & uterq; parenti
randævo, & matri, primos ſic inter honores
u endus? populóque ingens ad limina terror
na Dei, quóque horreſcant ſacraria fratres?
eu! quid agat gemino perculſus fulminis ictu
felix pompâ genitor? quibus ille ſequatur
nera natorum lacrymis? ſed protinùs illas
bibere, & ſiccis oculis ſpectare jubetur
rri pheretro natorum funere caſtris
geminas: nam dura metu ſolatia Moſes
lia dat patri, & natis. Cohibete dolorem,
querulos animo gemitus; neu ſcindite veſtes:
eu lacerate comas, caput aut nudate tiarâ.
ugebunt alii extinctos, & juſta ſepultis
erſolvent; vos ſtate loco, atque inſiſtite ſacris,
OC AGITE, *& nuſquam luctu deflectite mentem,*
e vos exitio ſimili, populúmque ruinâ
tempeſtiva lacryma, lamentáque raptent.
Nec templo proferte pedem, dum funera curant
Eliſaphan, Miſaëlque. NEFAS CONTINGERE *mortis*

Thymiama oblatum.

Profanũ ignem adhibent.

Igni ſacro extincti, ut fulmine.

Temeritas punita à Deo.

Timor omnium.

31

Aaronis quis ſenſus illo caſu.

Illum & fratres Moſes lugere vetat.

Quia illata mors à Deo in exemplũ.

Digitized by Google

Exuvias iſtis manibus, quas conſecrat aſtris
Auguſti nitor unguenti, & mortalibus inde
Exoluit curis: doceant vos iſtáque primos
Exempla; & caſtos hoc fratrum funere ritus
Inſtituant: ſic, nempe, Deus ſua jura tuetur,
Sic ſancit, primóque ſuos in limine Vindex
Morte Sacerdotes meritos caſtigat, & arcet,
Vt puros alii per noſtra piacula cultus
Condiſcant: ſic ſancta Dei ſit prodita vulgo
Nadábi, & Abiel culpa levis. *Majeſtas, qua ſic Chriſtos orditur ab ipſo*
Limine Sanctorum rapere, & depellere ſontes.
Noxa tamen levis illa fuit juvenum, aut levis error:
NIL LEVE RELLIGIO TANTO SVB NUMINE CENSET.
1. Pet. 4. 17. ET QVIS ERIT *finis pœnarum in ſponte ruentes*
CONTEMPTU? *quos ſacrilegi ſervantur ad ignes?*
32 *Sic rigidis Moſes dictis compeſcuit imo*
Funus juſſi curare Miſaël, & Eliſaphan. *Pectore ſingultus: magno ſic robore vulnus*
Accepit genitor; ſiccíſque in funere fratrum
Luminibus juvenes ambo, cùm corpora ferrent,
Hinc Miſaël, hinc Eliſaphan, turbáq; ſequentes
Levit. 10 *Extra caſtra darent miſtos lacrymis ululatus,*
Planctus populi. *Candentes byſſo tunicas, cidarimque relinquunt*
Corporibus cælo tactis, unguentáque parcunt
Probabile in ſacra veſte ſepultos. *Addere, quippe ſacer SALE quos jam condiit IGNIS,*
Et longè memores avi tranſmittet in annos.
Lino igitur tantum involvunt, & pulvere ponunt
Ignis, ſal. Marc. 9. 49. *Aggeſtis tumulo ſaxis, ceu fulminis abdant*
Relliquias, buſtúmque viris memorabile condant,
Et ſcripſit tumuli Miſael in marmore carmen:

Epitaphium. NOS SACER EXTINXIT, QVO NON ADOLEVIMVS, IGNIS.
DEBVIT HAS PRIMVS IUVENUM ERROR PENDERE POENAS,
Cauſa mortis alienus Ignis uſurpatus. NOSTRA SACERDOTES FACIANT VT FVNERA CAVTOS,
PROSIT ET HOC ILLIS EXEMPLO ILLVSTRE BIDENTAL.
NEC QVERIMVR NOS PRIMITIIS SIC FVLMINE RAPTOS,

DVM

DVM MORS NOSTRA SACRIS ALIENVM EXCLVSERIT IGNEM.

Subdidit Eliſaphan, & verba noviſſima dixit
Aſpergens conſanguineos hoc carmine Manes,
His igitur rerum tenebris, hoc volvimur aſtu?
Et fragiles adeò cæcis ſpes fluctibus errant?
Tam triſtes obitus vobis tam læta vehebat
Manè dies, quos hæc adeò funeſta videret
Veſpera? nec querimur flores calcantia fata,
Nec confuſa colu miſcentes funera Parcas:
Nec ſine ſpe, ſine ſtirpe domos utrique relictas.
NAM NVLLA EST non juſta neci mortalibus hora;
ET GENVS IMMORTALE animis, ſine ſtemmate conſtat.
FAMOSA SED morte rapi, vulgóq; pudendâ,
Aſpergit maculam vivis; functóſq; ſiniſtris
Iudiciis, ſequitur Manes ea fama ſub imos.
Quæ veſtros, juvenes, caſus, quæ fata ſequetur
Suſpicio? queis poſteritas ſermonibus olim
Inquiret veſtrum facinus? quæ ſomnia finget
Accuſans, aut vina hominum turbantia mentes,
Interdicta ſacris? aut non ſatis arcta pudicis
Cingula corporibus, laxámq; à pectore byſſum:
Aut temerè inflatos ab inani murmure faſtus,
Et populari aurâ; tanta quòd ſortis honores,
Fortunámq; ſuam pectus juvenile tumeſcens
Non caperet, paulóq; animis jactantior iret
Gloria, & elato ſua ferret gaudia vultu.
Sed nihil, ô caſti Manes, nil nomen ab iſtis
Auguribus veſtrum timeat: ſtat fama, vigétq;,
Arbitriiſq; aliis longè intemerata vigebit,
Ius dicente Deo; cujus ſe gloria tantis
Aſſerit exemplis; veſtráq; in morte, litandi
Prodidit eximios ritus, quos poſtulat aris:
Formavitq; ſuos omnes ſe Vindice, Myſtas
Primitiis, quos ipſe ſacris ſic ignibus hauſit;
Abſolvitq; ſemel tranquillâ pace receptos,
Cùm vos excubiis caſtos, Octava videret
Sanguine luſtrali, byſſóq; oleoq; nitentes.
Lectior haud potuit mactari victima flammis

Funebris luctus & laudatio.

Mors quæ pudenda.

Quæ culpa fratrũ. Non vinum Non libido. Non gloriola.

Mors ad gloriam Dei.

Digitized by Google

Sancita religio exemplo illo.

Æthereis, Æternum adyto, quæ paſceret Ignem,
Hæc genitor; mæſtiq; habeant ſolatia fratres.
Quippe Deo ſic partus honos: ſic condita templis
Relligio, & certo ſanciti fulmine cultus.
Ite coronati per tanta piamina, Manes,
Quos iterum Deus ipſe ſuo ſibi conſecrat igne,
Elyſióque inter diſponit ſidera cœlo,
Abramio, Electa fulgent ubi ſtemmate ſtella.

Sap. 4. 13.

Curriculo confecta brevi ſic plurima vobis
Sæcula ſunt vita; & famâ ſuperabitis annos.

Chriſti Sacerdotes quàm attenti ſint.

Sic ait. At Pœna funeſta ad ſaxa ſedentes,
Et Nemeſis, metuenda magis, gravioráque longè
Fata canunt, quæ mæſta ſuis ECCLESIA *templis*
Lugeat, heu! quoties alienum altaribus ignem
Accenſas Phlegetonte faces inferre videbit.
Vt quid enim præſente Deus ſic arſerit irâ?
Armatáque manu flammis Aronia ſacra
Vltum ierit, temerata levis quæ polluit error,
Turbatiq; animi juvenum ad primordia cultus,
Ne lapſam cœlo auderent accedere flammam?

Chriſtus ignis cœleſtis.

At nunc ille ferat patiens Phlegetontis ab igne
Ardentes aris tædas inferre miniſtros?
Æternum poſtquam in terris accenderit Ignem
Demiſſum cœlo, Verbique in fomite longè
Splendentem, populos clarâ ad ſe luce vocantem?
Nec Deus ex Adyto Vindex turbabit ab aris

Cujus Deus vindex.

Sacrilegos? neque tela manu flagrantia ſparget
In capita, infames flammas ad ſacra ferentum?
Ille Sacerdotum Cyprios in cordibus ignes,
Irarúmq; animos odiis, facibúſque cruentis
Fumantes, adſtare aris, incendere thura,
Atque ipſum tractare manu, póſtq; impia menſa
Oſcula, libatum furiali pectore Numen
Accipere, ac per ſacrilegas tranſmittere fauces
In barathrum, cœno ſcelerum quod tetrius Orco,

Deus idē nunc, qui ſemper zelum tenet.

Diſſimulans, patiénſq; feret magis ac magis? ergo
Deſierit Deus eſſe? ſui ſimiliſq;, memórq;
Non erit? illa omnis deinceps exceſſerit aris
Majeſtas? ſed ne alta quidem Sacraria cœli

Obti-

Digitized by Google

Obtineat, turpes jam non exoſa miniſtros?
O Ariel! hodiéque tuis altaribus igni
Fulmineo, radiiſq; jubas per colla frementes
Horrificans! niſi te adſcitus demitiget Agnus
Ille tuis conſors, ſolus qui præſidet aris,
Abſconditq; feram faciem, rictúſq; leonis
Vellere, pro noſtris modò manſuetiſſima noxis
Hoſtia; quo mox te ore leo, queis unguibus ardens
Inferres? queis fulminibus tibi protinùs aris
Concideret lacera Impietas? ipſaq́; ſub Orcum
Sacrilegos furiæ abriperent? Sic pallidus horror
Pœnarum ardenti rapientum in crimine ſontes
Arceret ſcelera altari, templiſque piatis,
CHRISTE, tui ſoli arderent altaribus ignes;
Viváq; templa tuis fierent corda omnia flammis,
Quæ timor, aut amor accenſa pietate ſacrarent;
Ceu cùm ſacrilegi quondam mendacia furti
Spiritus argueret vehemens, flatúq; rapinas
Dilueret: ſociam fraudis cum conjuge junxit
Sapphiram feretro: fraudéſq; horrore repreſſit;
Exemplo ſancita fides, purgatáque virtus;
Multorúmq; ſalus paucorum ſanguine parta:
Quin ipſiq; ſuâ morte invenêre ſalutem.
Ah! tua ne tandem juſtus patientia fiat
Læſa furor! poſitóq; AGNO, gerat ungue LEONEM!
Nam tua te perhibent utroque altaria vultu.
Sed ſatis, ô Muſa, ſatis; & jam fila remittunt
Obſtreprera vexata lyra, dudúmq; cothurnos
Teſqua Pharanais triverunt horrida dumis:
Et ſupereſt via longa tamen, Moſéſque Viator
Vix medium eſt emenſus iter; tamen ipſe quietem
Exiguam hortatur Nebula pendentis in umbrâ.
Hîc citharam, & laceros monet inſtaurare cothurnos.

Leonis ſpecies Deus I[...] illo ign[...] viſus.

Chriſtus agnus i[...] altari le[...]nem mi[...]gat.

Religio timore adſtring[...]tur.

Anania & Sapp[...]ra.

Chriſt p[...]tientia leonem [...]geret.

34 Pauſa f[...] ſo viat[...] neceſſa[...]

FINIS.

EMANUELE ... ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Go

Digitized by Google